

SÉBA

CABINET

TEXTE

TOMES


3 & 4

1051

2

105112

D



DESCRIPTION EXACTE
DES PRINCIPALES
CURIOSITEZ
NATURELLES
DU MAGNIFIQUE
CABINET
D'ALBERT SEBA.

DEPARTMENT OF AGRICULTURE

U. S. GOVERNMENT PRINTING OFFICE

1910

WATER RESOURCES

AND IRRIGATION

REPORT

NO. 1

LOCUPLETISSIMI
RERUM
NATURALIUM
THESAURI

1051

ACCURATA DESCRIPTIO

ET

ICONIBUS ARTIFICIOSISSIMIS

EXPRESSIO

PER

UNIVERSAM PHYSICES HISTORIAM.

OPUS,

CUI, IN HOC RERUM GENERE, NULLUM PAR EXSTITIT.

EX TOTO TERRARUM ORBE COLLEGIT,

DIGESSIT, DESCRIPSIT, ET DEPINGENDUM CURAVIT

ALBERTUS SEBA,

ET ZELA OOSTFRISIUS,

ACADEMIÆ CÆSARÆ LEOPOLDINO CAROLINÆ NATURÆ CURIOSORUM

COLLEGA XENOCRATES DICTUS; SOCIETATIS REGIÆ ANGLICANÆ,

ET INSTITUTI BONONIENSIS, SODALIS.

TOMUS III.



AMSTELÆDAMI,

Apud JANSONIOWAESBERGIOS.

MDCCLVIII.

SCD LYON 1

FOR THE YEAR 1831

THE

MUSEUM

OF THE

ROYAL SOCIETY

OF LONDON

AND

THE

OF

THE

OF

THE

OF

OF

OF

OF

OF

OF

OF

OF

OF

P R Æ F A T I O.



Rerum humanarum eam esse inconstantiam, ut amplissima & prudentissime ordinata instituta, unius hominis morte, aliquando prorsus collabantur, quemadmodum multiplicibus ab omni ævo exemplis constare potest; ita hujus etiam operis, cujus priora duo volumina, abhinc tribus & viginti annis, communi omnium applausu in lucem prodierunt, fata quam luculentissime demonstrant. Altero nimirum volumine hujus Thesauri anno xxxv hujus seculi e vulgato, Celeberrimus Auctor A. SEBA fervore continenti in id incubuerat, ut reliqua etiam volumina absolverentur. Congestæ jam pro magna parte fuerant annotationes eo requisitæ; pleræque omnes, quæ ad tertium quartumque volumen pertinent, icones aeri incisæ inque tabulas redactæ, & vel pars bona operis jam typis excusa: quum DEO visum, morte, quæ ultima rerum nostrarum linea, Viri ad extremum usque diligentissimi labores ac studia abrumpere.

En, Lector! precipuam tardata editionis causam! Nec, credo, miraberis, opus, quod regis fere sumptibus ab homine privato susceptum fuit, post obitum ejusdem aliquamdiu intactum jacuisse. Quoties vel secula effluere debuerunt, priusquam opera magnorum ingeniorum e tenebris in lucem protrudi possent? Nonne sæpius maximi momenti negotia, etiam semiconfecta, interveniente unius hominis morte, non suspensa modo, sed vel penitus extincta sunt? Quandoque (sit venia similitudini.) materiaturæ quidquid ad parandum ædificium requiritur, præsto est, jacta quoque fundamenta, quin & termini constituti sunt, qui partitiones, quas Architectus animo concepit, designent: at sicubi casus leve saltem injecerit obstaculum, unde aliud forte gravius nascitur, videas haud raro fervorem molitionis non modo languescere, sed vel plane etiam incepto desisti.

Quanto autem minus mirandum est, tristi Auctoris fato retardatam fuisse ædificii perfectionem, quod, Naturæ veluti templum, tam immensa rerum multitudine, unde construatur, indiget; & rerum quidem diversissimarum, nec adeo ubivis obviarum, sed ex omnibus orbis angulis, orisque remotissimis, conquirendarum!

Tuum igitur erit, amice Lector! lugere magis properatum Architecti e vita decessum, quam fastidiosè conqueri de diuturna operis intermissione. Age potius atque inspice, quod tandem Tibi offertur, tertium volumen! Fallor, ni materiæ, quam oculis Tuis exponit, amplitudo, elegantia, atque stupenda varietas plenissimam expectationis per tot annos protractæ consolationem Tibi attulerit. Liceat tamen prius Te pauca monere.

Ex præfatione primi voluminis, collata cum introductione ad tertiam hanc partem, haud difficulter liquere potest, aliquatenus hic ab Auctoris proposito recessum esse; ut qui utroque loco innuit, Mineralia quoque, Lapides & Petrifacta hoc tomo comprehensum iri. Verum notari velim, effecisse Musei Sebani opulentiam, ut ob materiæ, qua affluebat, ubertatem tabularum numerus longe ultra terminum prioribus tomis constitutum increaseret. Quocirca necessum fuit, eorum, quæ ad regnum lapideum pertinent, descriptiones & tabulas ad quartum i. e. postremum volumen ablegare; ut numero tabularum & spissitate singulæ hujus Thesauri partes, quoad fieri posset, inter sese æquarentur.

Superest, ut de rebus, quæ hoc tomo exhibentur, nonnulla commemoremus.

Primo quidem loco Zoophyta comparent, corpora admiratione digna, quorum aliqua vix sensibilem vitæ notam extrinsecus monstrant. Documento sint Stellæ marinæ, Caput Medusæ, Polypi, Penna marina.

Sequuntur Echini marini, quorum nonnulli Echinomelocacto, plantæ rupes amanti, tam similes sunt, ut vix, nisi contrectatione, discerni queant.

Cancræ Gammarique marini de palma etiam cum prioribus certant. Videas hic cancrum saxatilem spinis horrentem; illic astacum Norvegicum notis suis admirabilem; dumque alibi cancræ Moluccanæ cauda jaculo affinis te terret, cancellus flosculosus aliique plures spectaculo amœniore oculos mulcere queunt.

Piscium ordo sequitur. Quam abnormia hic monstra, quamque vicissim venusta corpora sese offerunt! Quæras, cur alma parens Natura, quem volucrum generi benigna concessit, favorem piscibus negaverit, ut elegantissimis coloribus, quibus complures in vita refulgent, etiam a morte superbire liceat. Quanquam igitur nativo picturæ suæ vigore ac splendore careant; conformationis tamen multiplici varietate haud minus in admirationem rapiunt.

Hic Te prudentia monebit, ne Histricem piscem incaute contrectes. Illic Tibi volupe erit mirabiles

P R Æ F A T I O.

biles piscium trigonorum & tetragonorum figuras contemplari. Occurret alibi *Anableps*; quem licet primo intuitu ita sitos habere oculos credas, ut non nisi sursum spectare queat, deorsum tamen & ad latera visum quoque dirigere mirabundus experieris. Suus etiam hic locus est *Gymnotis*, atque hoc inter *Torpedini Americana*. Mortalium nemo, nisi experientia edoctus, vel conjectura assequi potuisset, sola hujus piscis contrectatione ictum infligi, qualem ignis electricus ciet.

Ista autem hujus operis pars, quæ de piscibus agit, tanto carior esse *Ichthyophilis* debet, qui per constantes characteres diversa horum animalium genera ac species, systematice, quod dicunt, ordinare ac distinguere amant, quia celeberrimo illi piscium Scrutatori, *ARTEDIO*, tantum non omnes, quæ hic prostant, piscium descriptiones debeantur. Summus ille *Ichthyologus* propemodum universam piscium *Musei Sebani* historiam confecerat, quum sera nocte ab ædibus *B. SEBA* domum suam reversurus, per tenebras forte aberrans, in quandam hujus urbis fossarum delaberetur, misereque aquis demersus, magno Auctoris nostri damno ac dolore, vitam finiret.

Post tantum mirabilium animantium numerum longa sese offert series corporum haud minoris elegantiae ac varietatis, puta *Conchyliorum*. Quam delectabilis hic mixtura colorum, picturaeque ac conformationis diversitas datur! Invenies *Naviculam*, *Cælum*, *Terebellum*, *Cuneum*, *Cochleam*, *Normam*, *Trochum*, *Buccinum*, *Crucem*, *Cor*, *Cistellam tabacariam*, *Radulam*, *Girgillum*, *Radium textorium*; ne dicam de *Archithalassis*, plurimisque aliis. Suum, quaecumque ad hanc rerum naturalium classem pertinent, hic locum occupant, ac immensa fabricæ diversitate oculos animumque pascunt.

Iniquus autem fuerit, qui vitio vertat, quandoque meras varietates, in una eademque specie occurrentes, hic exhiberi. Quodsi nec alii Scriptores ab isto errore cavere sibi usque potuerunt, veniam profecto meretur *B. SEBA*, *Vir indefessæ industriæ*, ut qui universam, qua late patet, historiam naturalem vasto molimine complexus rigorem systematicum ubique servare nec voluerit, nec debuerit.

Neque illud etiam quenquam offendat, quod passim nomina obsoleta *Conchyliis* imposita sunt, quæ, dum viveret Auctor noster, adhuc in usu fuerant: qualemcumque enim hunc defectum supplere conabimur subjuncto huic præfationi indice, qui nomina generica secundum novam methodum exhibeat.

Tandem vasto huic operi colophonem imponunt *Corpora Marina*, quæ plantis alii, alii animalibus annumerant. Hujus tamen aut loci aut instituti non est, multis eam controversiam pertractare.

Quanta hic iterum colorum formarumque diversitas sese contemplandam præbet! A vulgari frutice ad venustissimum usque *Coralium rubrum* nihil non admirabile est. Diceres Naturam specimen voluisse edere, quo constaret, posse se plantas, plantisve similia corpora, etiamsi fronde ac foliis orba, ornatu tamen nitidissimo stupendum in modum induere.

Atque hæc sufficiant tum de contentis, tum de ceteris eximii hujus Operis conditionibus, proposita. Superest, ut certiolem Te faciam, *Lector Benevole!* quartum quoque seu ultimum volumen, quam proxime fieri poterit, proditurum. Id vero ob rationem supra memoratam, præter *Insecta*, etiam res fossiles, quæ *Petrificatæ* dicuntur, atque varios *Lapides* ac *Metallorum matrices* complectetur.

Ita Vale, *Amice Lector!* Neque enim diutius Tua abutar patientia, quem prolixiore sermone plus satis moratus sum, quo minus in dudum expectato opere perlustrando desiderium Tuum expleas. Iterum vale!



P R E F A C E.



Elle est l'inconstance des choses humaines, que la mort d'un seul homme fait quelquefois entièrement échouer les projets les plus vastes & les mieux concertés. C'est ce que prouve l'expérience de tous les siècles; & ce qui le démontre encore très clairement, c'est le sort qu'a eu cet Ouvrage, dont les deux premiers Volumes, publiés il y a déjà vingt-trois ans, ont été reçus du Public avec un applaudissement général.

Lors, en effet, que M. SEBA eut donné en 1735, le second Volume de ce *Treſor*, il continua son travail avec un zèle infatigable, dans la vue de mettre, le plutôt qu'il lui seroit possible, la dernière main à un Ouvrage commencé sous d'aussi heureux auspices. La plupart des remarques, qui devoient y entrer, étoient déjà prêtes; presque toutes les figures du troisième & quatrième Tomes se trouvoient gravées & tirées; enfin une bonne partie de ce qui restoit à faire étoit imprimé, lorsqu'il plut à Dieu d'interrompre par la mort, qui est notre dernier terme, les veilles & les travaux assidus de cet Homme célèbre.

Voilà, mon cher Lecteur, la principale cause du retardement de cette édition. On ne doit pas s'étonner qu'un Ouvrage, entrepris à de si grands frais par un simple Particulier, ait été quelque tems interrompu après sa mort. Combien de fois n'est-il pas arrivé qu'on a employé des siècles entiers pour faire paroître les productions des grands Génies? N'a-t-on pas vu très souvent des affaires de la dernière importance, qui se trouvoient déjà à demi faites, ont été non-seulement suspendues par la mort d'un seul homme, mais qu'elles sont même entièrement restées dans l'oubli? Ne voyons-nous pas encore quelquefois (qu'on me permette cette comparaison), que tout est déjà disposé pour élever un bâtiment; les matériaux sont prêts, on a jeté les fondemens, on a même tracé les compartimens dont l'Architecte a indiqué le plan: mais qu'il survienne quelque accident qui occasionne le moindre obstacle, & que cet obstacle en fasse naître un plus grand; voilà toute cette ardeur qu'on avoit de bâtir, qui commence bientôt à se ralentir, l'Ouvrage n'avance pas, & l'on se désiste même entièrement de l'entreprise qu'on avoit formée.

Y a-t-il donc moins lieu d'être surpris, que le triste sort de l'Auteur ait interrompu le travail d'un édifice, qui, comme un temple de la Nature, exige, pour sa construction, un amas prodigieux de matériaux si différens les uns des autres, de productions qui ne se rencontrent pas partout, mais qu'il faut tirer de tous les coins du monde, & des rivages de la mer les moins connus & les plus éloignés?

Ainsi, mon cher Lecteur, au-lieu de vous plaindre inutilement de la longue interruption de l'Ouvrage, regrettez-en plutôt l'Architecte, & pleurez sa mort prématurée. Jetez ensuite les yeux sur le troisième Volume qu'on vous présente maintenant. Je me trompe fort, si le nombre prodigieux d'objets qu'il renferme, leur beauté, leur magnificence, & leur étonnante variété, ne vous consolent entièrement de l'avoir attendu pendant tant d'années. Voici néanmoins quelques particularités, dont il est bon que je vous instruisse auparavant.

On peut voir clairement par la Préface du premier Volume, comparée avec l'Introduction à ce troisième Tome, qu'on s'est un peu écarté du but que l'Auteur s'étoit proposé. Il insinue effectivement dans l'un & l'autre endroit, que ce Tome-ci doit comprendre les Minéraux, les Pierres, & les Pétrifications. Mais il est à propos de remarquer, que l'abondance des matières contenues dans le Cabinet de M. SEBA, a été cause que les Planches, destinées pour ce Tome, se sont trouvées en beaucoup plus grand nombre que celles des premiers Volumes. C'est ce qui nous a engagés à transporter dans le quatrième & dernier Tome, les descriptions & les planches de tout ce qui appartient au règne des Pierres. A l'aide de cet arrangement, toutes les parties de ce *Treſor* ont à-peu-près la même grosseur & le même nombre de Planches.

Il ne nous reste plus maintenant qu'à entrer dans quelque détail de ce qui est contenu dans ce troisième Tome.

On voit d'abord les *Zoophytes*, productions admirables, dont quelques-unes donnent à peine la moindre marque extérieure de vie. C'est ce qu'on remarque à l'égard des Etoiles marines, de la Tête de Méduse, des Polypes, & des Panaches de mer.

Viennent ensuite les Hériffons ou Oursins de mer, dont quelques-uns ressemblent si parfaitement à l'*Echinomelocactus*, sorte de plante qui se plaît sur les rochers, qu'on ne sauroit les en distinguer sans les toucher.

Les Crabes & les Cancres de mer ne le cèdent en rien aux précédens. Ici c'est un Cancre saxatile tout hériffé de piquans; là c'est une Ecrevisse de Norvège, dont le caractère singulier se fait admirer. Si, d'un côté, la queue d'un Cancre des Moluques vous fait horreur par sa ressemblance avec un javelot, vous vous dédommangez de l'autre, par l'agréable spectacle que vous présentent non-seulement les petits Crabes à fleurons, mais encore quantité d'autres non moins charmans.

A la suite de cette variété d'objets paroissent les Poissons. Quelle difformité ne voit-on pas dans

P R E F A C E.

dans les monstres, tandis que l'on remarque tant de beauté & de régularité dans d'autres corps marins. On demandera, sans doute, pourquoi la Nature, si libérale d'ailleurs, n'a pas accordé aux Poissons la même faveur qu'aux Oiseaux, de pouvoir conserver, après leur mort, ces belles & magnifiques couleurs, dont la plupart d'entre eux sont ornés pendant leur vie. Mais, quoiqu'ils perdent cette couleur vive & éclatante, qui leur étoit naturelle, ils ne sont cependant pas moins dignes d'admiration par la grande variété de leurs figures.

Ici la prudence vous avertira de ne pas toucher sans précaution le Porc-épic de mer. Là vous serez charmé de contempler les figures admirables des Poissons triangulaires & quadrangulaires. Ailleurs vous verrez l'*Anableps*, autre espèce de Poisson, dont le regard singulier vous étonnera : à la première vue vous croiriez que ses yeux sont situés de manière, qu'il ne sauroit regarder, qu'en en-haut ; mais venez-vous à l'examiner de plus près, vous êtes tout étonné de trouver qu'il regarde aussi en en-bas & de côté. On n'a pas oublié de placer aussi ici les *Gymnotes*, que leur nudité a fait ainsi nommer, & du nombre desquels est la fameuse Torpille d'Amérique. On ne se seroit jamais imaginé, si l'expérience ne l'avoit appris, que le seul attouchement de ce Poisson produit la même secousse que l'on ressentiroit de l'action du feu électrique.

Ceux qui aiment à ranger & à distinguer les divers genres & espèces de Poissons, d'une manière systématique & conforme à leurs vrais caractères, feront d'autant plus de cas de cette partie de l'Ouvrage, qui traite de ces Animaux, que la plupart de leurs descriptions ont pour Auteur le célèbre *Artédi*, qui aimoit passionnément l'histoire des Poissons, & qui en avoit fait une étude particulière. Ce grand & infortuné Naturaliste avoit presque achevé la description des Poissons du Cabinet de M^r. SEBA, lorsqu'il eut le malheur de se noyer. Il avoit soupé le 27 Septembre 1735. chez M^r. SEBA. Après le repas il prit congé de la compagnie, pour retourner à son logis, paroissant fort gai & fort content. C'étoit au milieu de la nuit, & il faisoit très obscur. Il tomba, on ne fait comment, dans un canal, où il périt misérablement, avant que d'avoir pu être secouru. L'Auteur de cet Ouvrage fut très sensible à ce tragique accident, qui étoit d'ailleurs pour lui une véritable perte.

Après tant d'Animaux si merveilleux paroît une longue file de corps, qui ne sont ni moins beaux, ni moins variés. Je veux parler des Coquillages. Quel charmant spectacle n'offre pas ici ce mélange de couleurs, avec la diversité du dessin & de la conformation ! Vous y trouvez le Nautille, le Burin, la Tarière, le Coin, la Vis, l'Equerre, le Sabot, le Buccin, la Croix, le Cœur, la Tabatière à charnière, la Rape, le Dévidoir, la Navette de Tisserand ; sans parler des Amiraux, & de plusieurs autres espèces. Tout ce qui appartient à cette classe de l'histoire naturelle, se trouve ici à sa place, & ne récréé pas moins la vue que l'esprit, par l'immense diversité de figures qui s'offrent de toutes parts.

On ne doit pas trouver mauvais, qu'on ait quelquefois représenté ici de simples variétés, qui se rencontrent dans une seule & même espèce. Si d'autres Ecrivains n'ont pas toujours pu éviter cette erreur, on doit certainement la pardonner à M^r. SEBA, l'homme du monde le plus laborieux ; car ayant fait des efforts extraordinaires pour perfectionner & compléter cette partie de l'histoire naturelle dont il s'étoit chargé, il n'a ni dû ni voulu s'affujettir par-tout à une si grande régularité.

Il ne faut pas non plus reprocher à l'Auteur d'avoir donné à quelques Coquillages des noms qui ont vieilli, puisqu'ils étoient encore en usage lorsqu'il vivoit ; & d'ailleurs nous tâcherons de remédier à ce petit défaut, en joignant à cette Préface une Table, qui contiendra les noms génériques qu'une nouvelle méthode a introduits.

Nous terminerons enfin ce vaste & riche Trésor par les Coraux, sorte de productions de la mer, que quelques-uns rangent dans la classe des Plantes, & que d'autres regardent comme l'ouvrage de certains insectes. Mais cette question demande des détails & des discussions où nous ne croyons pas devoir entrer.

Nouveau spectacle, & qu'il est charmant, par l'immense diversité de formes & de couleurs, qui se présentent encore ici ! Tout y est admirable depuis l'Arbuste le plus commun jusqu'au plus beau Corail rouge. On diroit que la Nature ait voulu prouver, qu'elle pouvoit parer les Plantes & les autres corps qui leur ressemblent, des plus beaux ornemens, quoiqu'elle ne leur accordât ni feuilles ni fleurs.

En voilà assez pour donner une juste idée du contenu, de l'état & du mérite de ce magnifique Ouvrage. On doit, au reste, compter, que le quatrième ou dernier Volume paroitra le plutôt qu'il sera possible. Conformément à l'arrangement qu'on a pris, & dont on a parlé ci-dessus, il contiendra les Insectes, les Pétrifications, diverses sortes de Pierres & de Minéraux.

Je ne crois pas devoir abuser davantage de la patience du Lecteur, que je n'ai déjà que trop retenu, par les détails où je suis entré. Il ne me reste donc plus qu'à prendre congé de lui, & à lui laisser goûter à loisir le plaisir, que doit naturellement lui procurer la lecture d'un Ouvrage, qu'il attend depuis si long-tems & avec tant d'impatience.

I N D E X R E R U M N A T U R A L I U M

Q U Æ

Tertio hujus Thesauri volumine
exhibentur.

T A B. I.

- Num. 1. **F**ungus marinus, pileolo lato, orbiculari, candicans.
2. Alius, forma diversâ.
3. Alius recurvus.
4. Alius, Num. 2. similis, planitie æquali, radiatus.
5. ————— convexo rotundus.
6. ————— contractior.
7. ————— priore etiam magis contractus.
8. Monstrum marinum singulare, ad Zoophyta pertinens.
9. Idem supinatum.
10. Mentula marina sive Epipetrum. Prima species.
11. ————— species altera.
12. ————— tertia.
13. Tethyrorum species prima.
14. ————— altera, dorso squameo.
15. 16. ————— tertia, supra & infra conspicua.

T A B. II.

- Num. 1. Polypus mas, geminata serie papillarum fucricium, quæ, oculorum instar, internam radiorum faciem obsident, externa facie lævi.
2. Priori similis, minor, subtus conspicuus.
3. Alius, minor, supra conspicuus.
4. Polypus femina, major, prona.
5. Femella altera, minor, supina.
6. Juvenula alia, minor, corpore globoso.
7. Alia similis, corpore oblongo.
8. Ovula plantæ marinæ affixa, partim fœcunda, partim sterilia.

T A B. III.

- Num. 1. Sepia mas e maximis speciebus.
2. Eadem subtus conspicienda.
3. 4. Sepia junior supina & prona.
5. 6. Sepia minor (Loligo) supra & infra conspicienda.
7. 8. Ovaria Sepiæ, etiam Uvæ marinæ dictæ.
9. 10. Ossa Sepiarum, majus & minus.

T A B. IV.

- Num. 1. Loliginis species maxima.
2. Loliginis altera species.
3. Loliginis tertia species.
4. Loliginis quarta species.
5. Ejusdem speciei junior Loligo.
6. Ovarium speciei primæ.
7. 8. Eruca marina prona & supina.

T A B. V.

- Num. 1. Stella marina, Scolopendroides appellata.
2. Eadem subtus conspicienda.
3. Sceleton Stellæ marinæ.
4. Stella marina tetractis, falcata, nostras.
5. Stella marina spinosa, ex America Hispanorum.
6. Eadem supina.
7. 8. Similes duæ, grandiores.
9. Astropecten Italicus.
10. Idem supinus.
11. 12. Astropecten minor, nostras, pronus & supinus.
13. 14. 15. Stellulæ marinæ minimæ, Americanæ, quarum 13 & 15 prona ac supina.

T A B. VI.

- Num. 1. 2. Stella marina pentagona, ex Indiis Orientalibus, prona & supina.
3. 4. Stella marina triactis, Batava.
5. 6. Artocreas minus, Orientale.
7. 8. Artocreatis altera species.
9. 10. Artocreatis tertia species.
11. 12. Stella marina pentagona, Orientalis.
13. 14. Stella marina coerulescens, Americana.

T A B. VII.

- Num. 1. Artocreas majus, seu Stella marina pentaceros.
2. Stella marina pentactis, Barbarica.
3. Pentaceros gibbus & muricatus, alias Castellum montanum.
4. Pentadactylofaster spinosus, Virginianus.
5. Stella marina vulgaris, Batava.
6. Stella marina, nostras.
7. Stella marina, minor.
8. a. b. Stellula marina Curassavica, prona & supina.
9. Artocreas marinum, minusculum, Curassavicum.
10. Stellula alia marina, Curassavica.

Tom. III.

T A B L E D E S C U R I O S I T É S N A T U R E L L E S,

C O N T E N U E S

Dans le troisième Volume de ce
Trésor.

P L A N C H E I.

- Nº. 1. **C**hampignon marin, blanchâtre, dont le chapiteau est large & de figure orbiculaire.
2. Autre, de forme différente.
3. Autre, recourbé.
4. Autre, semblable à celui du Nº. 2. plat, & rayé.
5. ————— d'un rond convexe.
6. ————— plus resserré.
7. ————— encore plus resserré que le précédent.
8. Monstre marin singulier, qui appartient à la classe des Zoophytes.
9. Le même, renversé.
10. Verge marine, ou Epipetrum. Première espèce.
11. ————— Seconde espèce.
12. ————— Troisième espèce.
13. Tethie. Première espèce.
14. ————— Seconde espèce, dont le dos est couvert d'écaillés.
15. 16. ————— Troisième espèce, vuë par dessus & par dessous.

P L A N C H E II.

- Nº. 1. Polype mâle, garni d'un double rang de mammelons, dont il se sert pour fucer, & qui, comme autant d'yeux, revêtent le dessous des rayons. La partie externe ou supérieure est lisse.
2. Polype semblable au premier, mais plus petit, & vu par dessous.
3. Autre Polype, encore plus petit, vu par dessus.
4. Polype femelle, grosse, couchée sur le ventre.
5. Autre Polype femelle, plus petite, couchée sur le dos.
6. Jeune Polype femelle, très petite & ronde.
7. Autre semblable, mais oblongue.
8. Petits Oeufs, attachés à un rameau de Plante marine, les uns féconds, les autres stériles.

P L A N C H E III.

- Nº. 1. Sèche mâle de la plus grande espèce.
2. La même, vuë par dessous.
3. 4. Jeune Sèche, couchée sur le dos & sur le ventre.
5. 6. Petite Sèche, (Loligo), dans la même situation que la précédente.
7. 8. Ovaires de Sèche, qu'on nomme aussi Raifins de mer.
9. 10. Deux Os de Sèche, un grand & un petit.

P L A N C H E IV.

- Nº. 1. Calmar de la plus grande espèce.
2. Seconde espèce de Calmar.
3. Troisième espèce de Calmar.
4. Quatrième espèce de Calmar.
5. Jeune Calmar de la même espèce.
6. Ovaire de la première espèce.
7. 8. Chenille marine, vuë par dessus & par dessous.

P L A N C H E V.

- Nº. 1. Etoile de mer, connuë sous le nom de Scolopendroïde.
2. La même, couchée sur le dos.
3. Squelette d'une Etoile de mer.
4. Etoile de mer, de ce pais, à quatre rayons, & faits en forme de faux.
5. Etoile de mer, garnie d'épines, de l'Amérique Espagnole.
6. La même, vuë par dessous.
7. 8. Deux autres semblables, mais plus grandes.
9. Astropecten, ou petite Etoile d'Italie.
10. La même, vuë par dessous.
11. 12. Petit Astropecten, de ce pais, couché sur le dos & sur le ventre.
13. 14. 15. Etoiles de mer très petites, d'Amérique, dont la 13^{me}. & la 15^{me}. sont vuës par dessus & par dessous.

P L A N C H E VI.

- Nº. 1. 2. Etoile marine, pentagone, des Indes Orientales, couchée sur le dos & sur le ventre.
3. 4. Etoile marine, de Hollande, à trois rayons.
5. 6. Etoile marine, des Indes Orientales, nommée petit Pâté.
7. 8. Seconde espèce de Pâté.
9. 10. Troisième espèce de Pâté.
11. 12. Etoile marine, pentagone, des Indes Orientales.
13. 14. Etoile marine d'Amérique, de couleur bleue.

P L A N C H E VII.

- Nº. 1. Gros Pâté, ou Etoile marine à cinq rayons.
2. Etoile marine de Barbarie, à cinq rayons.
3. Etoile bossuë, à cinq rayons, & armée de pointes, aussi nommée Château de montagne.
4. Etoile de Virginie, à cinq rayons, & garnie d'épines.
5. Etoile marine de Hollande, commune.
6. Etoile marine de ce pais.
7. Etoile marine plus petite que la précédente.
8. a. b. Petite Etoile marine, de Curaçao, vuë par dessus & par dessous.
9. Pâté de mer, fort petit, de Curaçao.
10. Autre Etoile marine, encore de Curaçao.

T A B. VIII.

TAB. VIII.

- Num. 1. *Stella marina*, maxima, Americana, *Artocreas* dicta.
 2. *Artocreas minus*, placentæ polygonæ simile, ex insula D. Thomæ.
 3. *Artocreas minimum*, pronum & supinum, ex insula D. Thomæ.
 4. *Stella marina*, *Artocreas* dicta, *Barcinonensis*, supina.
 5. *Stella marina*, dodecactis, crispula, Americana.
 6. a. b. *Stella marina*, Batava, prona & supina.
 7. a. b. *Stella marina*, Italica, villosa, utrinque conspicua.
 8. *Stella marina*, maxima, Batava.
 9. *Stella marina*, Batava, pentactis, radio uno bicuspidato.
 10. a. b. *Stella marina*, nostras, minor, lævis, prona & supina.

TAB. IX.

- Num. 1. *Stella marina singularis*, ex Nova Hispania, ibi *Algol*, inter nos *Caput Medusæ* aut *Astrophyron costosum* vocata.
 2. *Solis marini*, vel *Capitis Medusæ* altera species, minor, supina.
 3. *Stella marina polyactis*, seu *Luna marina*, ex N. Hispania.
 4. *Luna marina altera*, supina.
 5. *Stella marina*, rarior, pentactis, ex India Orientali.
 6. *Stella lumbricalis*, corpore pentagono, echinata.
 7. *Stella marina*, vermiculata, ferrata, minor.

TAB. X.

- Num. 1. a. *Echinus marinus*, minutissimus, Africanus.
 b. *Idem supinus*.
 2. a. *Alius similis*, pariter Africanus.
 b. *Idem supinus*.
 3. a. *Echinus marinus*, indigenus. b. *Idem supinus*.
 4. a. *Priori similis*, alius, spinulis minutissimis obitus.
 b. *Idem supinus*.
 5. a. *Caput Echini una cum quinque denticulis*.
 b. *Idem subtus conspiciendum*.
 c. *Alveolus suo denticulo instructus*.
 d. d. d. *Tres denticuli, nudi*.
 6. a. *Echinus minor*, pullus, oblongus, Africanus.
 b. *Idem supinus*.
 7. a. *Priori fere similis alius*, binis ostioli b. *subtus patens*.
 8. a. *Echinus marinus*, nodiformis. b. *Idem supinus*.
 9. a. b. *Similis alius*.
 10. a. b. *Alius a Num. 8. vix discrepans*.
 11. a. b. *Echinus nodiformis*, ex albo cinereus.
 12. a. b. *Echinus marinus*, ex flavo violaceus.
 13. a. b. *Echinus marinus*, carulescens, infra & supra flavescens radiis ornatus.
 14. a. b. *Echinus marinus Rosæ forma*, ex albo & amethystino elegantissime pictus.
 15. a. b. *Echinus marinus*, colore Kermesino venustus.
 16. a. b. *Echinus oblongo-rotundus*, ex insula D. Thomæ.
 17. a. b. *Eadem species*, sed magis oblonga.
 18. a. b. *Echinus marinus*, ex cinereo, flavo, rufulus, pariter ex insula D. Thomæ.
 19. a. b. *Echinus marinus, singularis*, ex dilute cinereo albescens.
 20. a. b. *Echinus marinus*, ex Indiis Orientalibus, *Caryophylli flori pleno similis*.
 21. a. b. *Echinus Guineensis*, cordiformis, latiori palæ similis.
 22. a. b. *Echinus oblongus*, ex dilute spadiceo varius, Orientalis.
 23. a. b. *Echinus Indicus Orientalis*, *Briffii species*.

TAB. XI.

- Num. 1. *Stella marina*, maxima, seu *Sol marinus*, Amboinensis.
 2. *Echinus marinus*, maximus, ex Indiis Orientalibus.
 3. *Echinus Americanus*, supinus.
 4. a. b. *Echinus Orientalis*, grandior, purpureus, pronus & supinus.
 5. a. b. *Echinus malini floris colore insignis*.
 6. a. b. *Echinus dilute rosæ rubore*, Adriaticus.
 7. a. b. *Echinus*, Topasii dilute flavo colore, Africanus.
 8. a. b. *Echinus violacei coloris*, ex insula S. Eustachii.
 9. a. b. *Echinus Persicus*, coloris smaragdini.
 10. a. b. *Echinus ex viridi flavus*, Chinois.
 11. a. b. *Echinus saxatilis*, oblongo teres, Africanus.

TAB. XII.

- Num. 1. *Echinus marinus*, aculeis longis, violaceis, undique horrens.
 2. a. b. *Echinus*, minutis spinulis, griseis, instructus, pronus & supinus.
 3. *Echinus alius aculeatus*.
 4. a. b. *Echinus saturate purpureus*.
 5. a. b. *Echinus aculeatus*, major, herbidi coloris.
 6. *Echinus alius*, supinus.
 7. *Echinus minor*, purpurascens, cujus aculei pro ratione magnitudinis itidem minores sunt & teneriores, in suprema parte stellatim distincti.
 8. a. b. *Echinus aculeatus*, prægrandis, cujus pars superna aculeos gerit, in medio malini instar floris tinctos, ad apices vero purpurascens.
 9. a. b. *Echinus aculeatus*, maximus.

PLANCHE VIII.

- N°. 1. Etoile marine d'Amérique, de la plus grande espèce, ou Pâté de mer.
 2. Petit Pâté à plusieurs angles, de l'île de St. Thomas.
 3. 3. Très-petit Pâté, couché sur le dos & sur le ventre, aussi de l'île de St. Thomas.
 4. Etoile marine, ou Pâté, de Barcelone, vuë par-dessous.
 5. Etoile marine, d'Amérique, crépuë, à douze rayons.
 6. a. b. Etoile marine, de Hollande, couchée sur le dos & sur le ventre.
 7. a. b. Etoile marine, d'Italie, veluë, vuë par-dessus & par-dessous.
 8. Etoile marine, de Hollande, de la plus grande espèce.
 9. Etoile marine, de Hollande, à cinq rayons, dont l'un est fourchu.
 10. a. b. Etoile marine, de ce pais, lisse, & très petite, vuë par-dessus & par-dessous.

PLANCHE IX.

- N°. 1. Etoile marine tout-à-fait singulière, de la Nouvelle Espagne, où elle est connue sous le nom d'*Algol*, & que d'autres appellent encore *Tête de Méduse*, *Astrophyte*, *Soleil de mer*, &c.
 2. Autre espèce de Soleil de mer, ou de Tête de Méduse, plus petite que la précédente, couchée sur le dos.
 3. Etoile, ou Lune marine, à plusieurs rayons, de la Nouvelle Espagne.
 4. Autre Lune marine, couchée sur le dos.
 5. Etoile marine, très rare, des Indes Orientales.
 6. Etoile de figure pentagone, toute hérissée de pointes.
 7. Etoile marine, très petite, dont les rayons sont de chaque côté armés de dents en manière de scie.

PLANCHE X.

- N°. 1. a. Hériflon marin, d'Afrique, très petit.
 b. Le même, couché sur le dos.
 2. a. Autre Hériflon de la même espèce que le précédent, aussi d'Afrique.
 b. Le même, vu par-dessous.
 3. a. Hériflon marin, de ce pais.
 b. Le même, vu par-dessous.
 4. a. Autre Hériflon, semblable au dernier, tout couvert de très petits éguillons.
 b. Le même, couché sur le dos.
 5. a. Tête d'un Hériflon, avec cinq petites dents.
 b. Le même, vu par-dessous.
 c. Alvéole dans lequel la dent est encastrée.
 d. d. d. Trois petites dents, hors de leurs alvéoles.
 6. a. Petit Hériflon, d'Afrique, encore jeune, de figure oblongue.
 b. Le même, couché sur le dos.
 7. a. Autre Hériflon, presque semblable au précédent, percé de deux petits trous b. par-dessous.
 8. a. Hériflon marin, fait en forme de nœud. b. Le même, couché sur le dos.
 9. a. b. Autre, semblable au précédent.
 10. a. b. Autre, qui ne diffère presque pas de celui du N°. 8.
 11. a. b. Hériflon fait en manière de nœud, d'un blanc cendré.
 12. a. b. Hériflon marin, d'un jaune violet.
 13. a. b. Hériflon marin, de couleur bleuâtre, orné de chaque côté de rayons jaunâtres.
 14. a. b. Hériflon marin, fait en manière de rose, peint très artistement d'un mélange de pourpre & de blanc.
 15. a. b. Hériflon marin, d'une belle couleur d'écarlate.
 16. a. b. Hériflon de figure ovale, de l'île de St. Thomas.
 17. a. b. Autre de la même espèce, mais plus oblong.
 18. a. b. Hériflon marin, d'un jaune-cendré tirant sur le roux, aussi de l'île de St. Thomas.
 19. a. b. Hériflon marin, fort singulier, d'un cendré clair tirant sur le blanc.
 20. a. b. Hériflon marin, des Indes Orientales, semblable à une fleur d'œillet épanouie.
 21. a. b. Hériflon de Guinée, qui ressemble à un cœur, ou à une pèle un peu large.
 22. a. b. Hériflon oblong, des Indes Orientales, d'un bai-clair.
 23. a. b. Hériflon des Indes Orientales; espèce de Briffus ou Pomme de mer.

PLANCHE XI.

- N°. 1. Etoile de mer, très grande, ou Soleil de mer, d'Amboine.
 2. Hériflon de mer, très grand, des Indes Orientales.
 3. Hériflon d'Amérique, couché sur le dos.
 4. a. b. Hériflon Oriental, assez grand, couleur de pourpre, vu par-dessus & par-dessous.
 5. a. b. Hériflon remarquable par sa couleur de fleur de Pommier.
 6. a. b. Hériflon, couleur de rose, de la Mer Adriatique.
 7. a. b. Hériflon d'un jaune-pâle de Topasé, des côtes maritimes d'Afrique.
 8. a. b. Hériflon violet, de l'île St. Eustache.
 9. a. b. Hériflon de Perse, d'un verd d'émeraude.
 10. a. b. Hériflon de la Chine, d'un verd-jaune.
 11. a. b. Hériflon d'Afrique, saxatile, de figure ovale.

PLANCHE XII.

- N°. 1. Hériflon de mer, couvert de toutes parts de longs éguillons violets.
 2. a. b. Hériflon armé de petites épines grises, couché sur le dos & sur le ventre.
 3. Autre Hériflon garni d'éguillons.
 4. a. b. Hériflon d'un pourpre foncé.
 5. a. b. Grand Hériflon, muni d'éguillons, d'un verd d'herbe.
 6. Autre Hériflon, couché sur le dos.
 7. Petit Hériflon, de couleur tirant sur le pourpre, dont les piquans, petits & déliés à proportion de sa grandeur, sont rangés en étoile sur la partie supérieure de son corps.
 8. a. b. Grand Hériflon, armé de piquans, dont la partie supérieure est munie d'éguillons de couleur de fleur de Pommier dans le milieu, & de couleur pourpre aux extrémités.
 9. a. b. Très-grand Hériflon, armé de pointes.

TAB. XIII.

TAB. XIII.

- Num. 1. Echinometra Orientalis, pennis digitatis.
 2. Eadem supina.
 3. Echinometra altera, digitata, supina, ex mari mediterraneo.
 4. Echinus longissimis digitis instructus, ex mari mediterraneo.
 5. Echinometra maxima, nigra, pennis instructa, Americana, supina.
 6. Echinometra multipes, seu spinosissima, Americana, supina.
 7. Echinometra purpurea, Americana.
 8. Echinometra singularissima, ex Indiis Orientalibus.
 9. Echinometra fetosa, Sinenlis.
 10. Echinometra muscosa, Amboinensis.
 11. Echinometra Amboinensis, altera, minor, supina.
 12. Echinometra spinis orba, Amboinensis.
 A. Os ejus integrum, cum quinque dentibus suis, a latere spectandum.
 B. Idem a parte anteriore.
 C. Thecula dentis dente suo vacua.
 D. Denticulus e theca sua protractus.
 E. Officulum transversale, cujusmodi quinque inter thecas reperiuntur, comprimendis dentibus destinata.
 13. Echinus alter, pennis nudus, tuberosus, Amboinensis.
 1. 2. 3. 4. 5. 6. Diversi generis pennae folitariae, quae ad echinos supra memoratos pertinent.

TAB. XIV.

- Num. 1. 2. Echinanthus major, spinis orbus, Asiaticus, pronus & supinus.
 3. 4. Echinus oblongo rotundus, pronus & supinus.
 5. 6. Echinanthi species maxima, ab utraque parte.

TAB. XV.

- Num. 1. 2. Echinus planus seu Echinanthus maximus, Persicus, pronus & supinus.
 3. 4. Echini plani altera species.
 5. 6. Echini plani tertia species.
 7. 8. Echini plani quarta species.
 9. 10. Echinus laganoides, orbicularis, pronus & supinus.
 11. 12. Echinus planus, ellipticus.
 13. 14. Capitis mortui altera species.
 15. 16. Echinus planus, viridis, singularis, Americanus.
 17. 18. Echinus alter ejusdem speciei.
 19. 20. Echinodisci species tertia, minuscule.
 21. 22. Echinodisci quarta species, minima.
 23. 24. Echinus planus, scutiformis.
 25. 26. Echinus alter ejusdem speciei.
 27. Echinus ellipticus, ovi avium forma praeditus.
 *. Ejusdem speciei alius, irregularior.
 28. 29. Echinus pyriformis, convexo teres.
 30. Echinus alius, ellipticus.
 31. 32. Echinus minor olivam referens.
 33. 34. 35. 36. 37. 38. Minores aliae Echinorum species, haud multum discrepantes.

TAB. XVI.

- Num. 1. Conchae anatiferae, in formam arbusculae ramosae, per longas fistulas inter se concretae, ramo adherentes.
 a. b. Binae aliae species, tubis brevibus.
 2. Concharum anatiferae alia species, levis.
 3. Concharum anatiferae tertia species, coronaria, Orientalis.
 4. Conchae anatiferae bivalves, pollicipedes seu glandiformes.
 5. Balanorum tres species.
 6. a. b. c. d. Pholadum tres species.
 7. a. b. Penicillum marinum, ex Indiis Orientalibus.
 8. a. b. Penna marina, phosphorica.
 9. Penna marina, maxima.
 10. Seminarium Mytolorum.
 11. Seminarium Cancrorum.

TAB. XVII.

- Num. 1. a. b. Cancer perverfus, Moluccanus, pronus & supinus.
 2. Astacus fluviatilis, Americanus.
 3. Astacus marinus, Americanus.
 4. Araneus, seu Cancer marinus, rotundus.
 5. Cancer marinus, pusillus, Americanus.
 6. Ovarium Canceri marini, trunco suo, cui pes pinnatus etiamnum adheret, circum adcretum.
 1. 2. 3. 4. Juniores Cancelli.

TAB. XVIII.

- Num. 1. Cancer lanostus, calvatus, mas, pronus.
 2. 3. Cancer pagurus Maja, mas, aculeatus, pronus & supinus.
 4. Cancer fluviatilis, sive Gammarus, Americanus.
 5. 6. Cancer marinus, laevis, sulcatus, rarissimus, Orientalis, pronus & supinus.
 7. Cancer Pagurus, marinus.
 8. Cancer Uka una, Brasiliensis.
 9. Cancer Ciri Apoa, seu Aratu Pinima, Brasiliensis.
 10. Cancer spinosus, Amboinensis.
 11. Cancer Araneus, crustaceus, cornutus, Amboinensis.
 12. Cancer Araneus, cornutus, alter.
 13. Cancer marinus, Curassavicus, ex rubro, flosculi instar, elegantissime variegatus.

PLANCHE XIII.

- N^o. 1. Hérisson d'Orient, dont les pointes ou ailes sont rangées en manière de doigts.
 2. Le même, couché sur le dos.
 3. Autre Hérisson semblable au précédent, vu par-dessous, de la Mer Méditerranée.
 4. Hérisson, garni de très longues ailes, aussi de la Mer Méditerranée.
 5. Très-grand Hérisson d'Amérique, de couleur noire, rayé de pointes, renversé sur le dos.
 6. Hérisson d'Amérique, tout couvert de pointes, couché sur le dos.
 7. Hérisson d'Amérique, de couleur pourpre.
 8. Hérisson tout-à-fait singulier, des Indes Orientales.
 9. Hérisson de la Chine, armé de piquans.
 10. Hérisson d'Amboine, garni d'une espèce de mouffe.
 11. Autre Hérisson d'Amboine, plus petit que le précédent, couché sur le dos.
 12. Hérisson d'Amboine, dépourvu de ses pointes.
 A. Son fourreau en entier, avec ses cinq dents, vu de côté.
 B. La partie inférieure de ce fourreau.
 C. Le fourreau sans dent.
 D. Dent tirée du fourreau.
 E. Petit os transversal du fourreau, qui en a cinq pareils destinés à ferrer les dents les unes contre les autres.
 13. Autre Hérisson d'Amboine, sans pointes, & parsemé de tubercules.
 1. 2. 3. 4. 5. 6. Diverses sortes de pointes détachées des Hérissons précédens.

PLANCHE XIV.

- N^o. 1. 2. Gros Hérisson de mer, d'Asie, sans piquans, couché sur le dos & sur le ventre.
 3. 4. Hérisson de figure ovale, vu par-dessus & par-dessous.
 5. 6. Hérisson de la plus grande espèce, vu de chaque côté.

PLANCHE XV.

- N^o. 1. 2. Très-grand Hérisson de mer, plat, de Perse, couché sur le dos & sur le ventre.
 3. 4. Autre espèce d'Hérisson plat.
 5. 6. Troisième espèce d'Hérisson plat.
 7. 8. Quatrième espèce d'Hérisson plat.
 9. 10. Hérisson, sorte de Laganum, orbiculaire, vu par-dessus & par-dessous.
 11. 12. Hérisson plat, nommé petite Tête morte, de figure elliptique.
 13. 14. Autre espèce de Tête morte.
 15. 16. Hérisson plat, d'Amérique, singulier, de couleur verte.
 17. 18. Autre Hérisson de la même espèce.
 19. 20. Troisième espèce d'Hérisson plat, plus petite.
 21. 22. Quatrième espèce d'Hérisson plat.
 23. 24. Hérisson plat, de figure elliptique.
 25. 26. Autre Hérisson de la même espèce.
 27. Hérisson de figure elliptique, telle qu'est celle des œufs de certains Oiseaux.
 *. Autre Hérisson de la même espèce, mais d'une figure plus irrégulière.
 28. 29. Hérisson fait en forme de poire.
 30. Autre Hérisson de figure elliptique.
 31. 32. Petit Hérisson, qui ressemble à une Olive.
 33. 34. 35. 36. 37. 38. Autres espèces de petits Hérissons, qui ne diffèrent pas beaucoup des précédens.

PLANCHE XVI.

- N^o. 1. Conques anatifères, qui s'étant collées les unes aux autres, forment ensemble de longs tuyaux en forme d'arbrisseau rameux.
 a. b. Deux autres espèces de pareilles Conques, dont les tuyaux sont plus courts.
 2. Autre espèce de Conque anatifère, lisse & polie.
 3. Troisième espèce de Conque anatifère, couronnée, des Indes Orientales.
 4. Conques anatifères bivalves, nommées Pousse-pieds ou Glands de mer.
 5. Trois espèces de Glands de mer.
 6. a. b. c. d. Trois espèces de Pholades.
 7. a. b. Pinceau marin, des Indes Orientales.
 8. Panache de mer, luisant.
 9. Très-grand Panache de mer.
 10. Groupe ou assemblage de Moules & autres Coquillages.
 11. Groupe de Cancres.

PLANCHE XVII.

- N^o. 1. a. b. Cancres marin, des Iles Molucques, couché sur le dos & sur le ventre.
 2. Ecrevisse de rivière, d'Amérique.
 3. Ecrevisse de mer, d'Amérique.
 4. Araignée, ou Cancres marin, de figure ronde.
 5. Petit Cancres de mer, d'Amérique.
 6. Ovaire d'un Cancres de mer, adhérent au tronc du corps avec un des pieds qui lui tiennent lieu de nageoire.
 1. 2. 3. 4. Jeunes Cancres.

PLANCHE XVIII.

- N^o. 1. Cancres velu, mâle, couché sur le ventre.
 2. 3. Cancres Squinado Meas, mâle, armé de pointes, vu par dessus & par dessous.
 4. Cancres de rivière, d'Amérique.
 5. 6. Cancres de mer, lisse, rayé, très-rare, des Indes Orientales.
 7. Cancres Squinado, de mer.
 8. Cancres Uka una, du Brésil.
 9. Cancres Ciri Apoa, ou Aratu Pinima, du Brésil.
 10. Cancres d'Amboine, armé d'épines.
 11. Cancres, ou Araignée de mer, crustacée, cornue, d'Amboine.
 12. Autre Cancres, ou Araignée cornue.
 13. Cancres de mer, de Curaçao, bigarés de rouge en manière de fleur.

TAB. XIX.

TAB. XIX.

- Num. 1. Cancer macrochelos, Amboinensis.
 2. 3. Cancer fosculofus, pronus & supinus.
 4. 5. Cancer Araneus, crustatus, pronus & supinus.
 6. 7. Cancer marinus, levis, latipes, Americanus.
 8. Cancer macrochelos, seu longimanus, spinosus, Orientalis.
 9. Cancer macrochelos, spinosus, alter, minor, Orientalis.
 10. 11. Cancer Araneus, crustatus, alter, margaritifera.
 12. Cancer saxatilis, ex rubro maculatus, Americanus, rarior.
 13. Cancer fosculofus, Amboinensis, rarior, elegantissimus.
 14. Cancer Americanus, argenteus, supinus.
 15. Cancer marinus, minor, vociferans.
 16. 17. Cancer longimanus, spinosus, saxatilis, pronus & supinus.
 18. Cancer incomparabilis, elegantissime pictus, Orientalis.
 19. 20. Astacus, Pediculo marino similis; *Leo Rondeletii*.
 21. Cancer planipes, spinosus, minor, orbicularis.
 22. 23. Araneus marinus, pronus & supinus.
 24. Cancer fosculofus.
 25. Aranei marini altera species.

TAB. XX.

- Num. 1. Ursa-Cancer, seu Squilla lata, Amboinensis.
 2. Squilla arenaria, marina, mas.
 3. Squilla arenaria, marina, femina.
 4. Cancer Pagurus, hirsutus, Americanus.
 5. Cancer fulcatus, terrestris, sive montanus, Americanus.
 6. Squilla arenaria, prona.
 7. 8. Cancer Heracleoticus, pronus & supinus.
 9. Cancer marinus, scutiformis.
 10. 11. Cancer Americanus, venustissime variegatus.
 12. Cancer macrochelos.
 13. Araneus marinus, minutissimus.

TAB. XXI.

- Num. 1. 2. Cancer crumenatus, Orientalis, pronus & supinus.
 3. Astacus marinus, Norvegicus.
 4. Squilla Crangon, Americana, major.
 5. Squilla Crangon, Americana, altera.
 6. Squilla Groenlandica, mas.
 7. Femella prioris, prona.
 8. Squilla marina, Batava, mas.
 9. Squilla mas, ex freto Davisii.
 10. Femella prioris.
 11. Squilla mantis, Amboinensis.
 12. Squilla mantis, Amboinensis, maxima.

TAB. XXII.

- Num. 1. Cancer spinosus, maximus, Orientalis; *Paguri species*.
 2. 3. Cancer spinosus, seu Hippocarcinus hispidus *Aldrovandi*.
 4. Cancer brachychelos, crumenatus, ruber, Americanus.
 5. Testa Canceri, quae species Paguri spinosi.
 6. Testa Canceri coronati, Orientalis.

TAB. XXIII.

- Num. 1. 2. Histrix pisces, seu Orbis echinatus, vel muricatus, major, Americanus, pronus & supinus.
 3. Orbis muricatus & reticulatus, sive Ostracion subrotundus, aculeis undique brevibus, triquetris, armatus.
 4. Ostracion bidens, sphaericus, aculeis undique densis, triquetris, armatus, seu minor orbicularis, *Listeri*, *Willoughby*, *Raji*.
 5. Ostracion cathetoplateo oblongus, ventre tantum aculeato & subrotundo.
 6. Orbis Lagocephalus.
 7. 8. Orbis, pisces solaris dictus.
 9. Ejusdem speciei alius, minimus.

TAB. XXIV.

- Num. 1. Ostracion tetraodon, subrotundus; dorso lineis nigris vario, aculeis brevissimis undique.
 2. Ostracion tetraodon, subrotundus, albescens, aculeis exiguis, depressis, in dorso & ventre.
 3. Ostracion triangulatus, figuris hexagonis, partim tuberculosis & quasi radiatis, aculeis duobus in imo ventre.
 4. Ostracion quadrangulus, tuberculis & maculis variis, nigricantibus, lineaque longitudinali in dorso ornatus.
 5. Ostracion quadrangulus, nigrescens; tuberculis minimis & maculis albis variis.
 6. Ostracion triangulus, tuberculis exiguis, innumeris asper; aculeis carens.
 7. Ostracion triangulatus, totus maculosus & tuberculofus; aculeis duobus in imo ventre.
 8. Ostracion quadrangulus; aculeis duobus in capite, & totidem in imo ventre.
 9. Ostracion antierius quadrangulus, sed dorso acuto, gibboso; aculeis duobus in capite, & totidem in ventre.
 10. Ostracion oblongo ovatus, aculeis undique longis, teretibus & retroverlis.
 11. Ostracion unciali minor, subrotundo quadrangulus; maculis nigris variis.
 12. Ostracion triangulus; tuberculis exiguis, innumeris, asper; aculeis carens; major.
 13. Ostracion quadrangulus, minor, subflavescens, figuris hexagonis, velut radiatis, undique pictus, aculeis duobus in capite, & totidem in imo ventre.

PLANCHE XIX.

- N°. 1. Cancere d'Amboine, à longs bras.
 2. 3. Cancere parfemé de fleurs, couché sur le dos & sur le ventre.
 4. 5. Cancere, ou Araignée crustacée, vuë par dessus & par dessous.
 6. 7. Cancere marin, léger, à pieds larges, d'Amérique.
 8. Cancere à longs bras, ou à longues mains, hérissé de pointes, d'Orient.
 9. Autre Cancere d'Orient, à longs bras, couvert d'épines, plus petit que le précédent.
 10. 11. Autre Cancere, ou Araignée crustacée, chargée de perles.
 12. Cancere saxatile, d'Amérique, très rare, tacheté de rouge.
 13. Cancere d'Amboine, parfemé de fleurs, très rare, d'une grande beauté.
 14. Cancere d'Amérique, argentin, couché sur le dos.
 15. Petit Cancere de mer, qui crie.
 16. 17. Cancere saxatile, à longs bras, hérissé d'épines, vu par dessus & par dessous.
 18. Cancere d'Orient, dont le dessin & les nuances sont d'une beauté incomparable.
 19. 20. Ecrevisse de mer, semblable au Pou de mer, à laquelle Rondelet donne le nom de *Lion*.
 21. Petit Cancere aux pieds plats, de figure orbiculaire, hérissé d'épines.
 22. 23. Araignée de mer, couchée sur le dos & sur le ventre.
 24. Cancere parfemé de fleurs.
 25. Autre espèce d'Araignée de mer.

PLANCHE XX.

- N°. 1. Cancere nommé Ours, ou Squille large, d'Amboine.
 2. Squille marine, sablonneuse, mâle.
 3. Squille marine, sablonneuse, femelle.
 4. Cancere Squinado, ou *Pagurus*, hérissé de poils, d'Amérique.
 5. Cancere de terre ou de montagne, rayé, d'Amérique.
 6. Squille sablonneuse, couchée sur le ventre.
 7. 8. Cancere heracleotique, vu par dessus & par dessous.
 9. Cancere marin, fait en forme de bouclier.
 10. 11. Cancere d'Amérique, très bien bariolé.
 12. Cancere à longs bras.
 13. Araignée de mer extrêmement petite.

PLANCHE XXI.

- N°. 1. 2. Cancere Oriental, fait en forme de bourse, couché sur le dos & sur le ventre.
 3. Ecrevisse de mer, de Norvège.
 4. Grande Squille d'Amérique.
 5. Autre Squille d'Amérique.
 6. Squille de Groenlande, mâle.
 7. Femelle de la Squille précédente, couchée sur le ventre.
 8. Squille marine, de Hollande, mâle.
 9. Squille mâle, du Détroit de Davis.
 10. Femelle de la Squille précédente.
 11. Squille nommée *Mantis*, d'Amboine.
 12. Autre Squille *Mantis*, très-grande, d'Amboine.

PLANCHE XXII.

- N°. 1. Cancere Oriental, très-grand, armé de piquans; espèce de *Pagurus* ou *Squinado*.
 2. 3. Cancere hérissé d'éguillons, connu d'*Aldrovand* sous le nom d'*Hippocarcinus*.
 4. Cancere rouge, d'Amérique, à bras courts, & fait en forme de bourse.
 5. Coque ou Ecaille d'un Cancere, qui est une espèce de *Pagurus* hérissé de pointes.
 6. Coque d'un Cancere couronné, des Indes Orientales.

PLANCHE XXIII.

- N°. 1. 2. Porc-Epic de mer, ou grand Poisson rond, d'Amérique, armé de pointes, couché sur le dos & sur le ventre.
 3. Porc-épic, presque rond, hérissé de toutes parts d'éguillons courts & triangulaires.
 4. Porc-épic sphérique, petit, tout couvert de piquans, drus & triangulaires, décrit par *Lister*, *Willoughby* & *Ray*.
 5. Porc-épic, plat-oblong, n'ayant que le ventre garni d'éguillons & un peu arondi.
 6. Poisson rond à tête de Lièvre.
 7. 8. Poisson rond, nommé Solaire.
 9. Autre Poisson de la même espèce, mais plus petit.

PLANCHE XXIV.

- N°. 1. Ostracion à quatre dents, rond, bariolé de raies noires sur le dos, & tout hérissé d'éguillons très courts.
 2. Ostracion à quatre dents, rond, blanchâtre, dont le dos & le ventre sont garnis de petits piquans rabatus.
 3. Ostracion triangulaire, à figures hexagones un peu tuberculées & comme radiées; aiant au bas-ventre deux éguillons.
 4. Ostracion quadrangulaire, parfemé de tubercules & de taches noirâtres, & orné sur le dos d'une raye longitudinale.
Nº. 2. On voit ici le dessous du corps de la Seche précédente, qui est d'un blanc cendré. Tout son ventre, à l'endroit où il se joint à la tête, est comme ouvert: on le prendroit pour une poche de cuir corroyé, qui est tendue & gonflée. C'est de cette

poche que sortent la tête & le gros tuyau qui est sous le col. Du reste ce ventre est long; & se termine par un fond de figure ovale. Sa partie postérieure n'a aucune ouverture, mais elle est bien fermée de tous côtés.

Nº. 3, 4. Jeune Seche, couchée sur le dos & sur le ventre.

Nº. 5, 6. Autre petite Seche, dans la même situation que la précédente.

Nº. 7, 8. Deux Ovaires, dont l'un est rempli de petits œufs blanchâtres & semblables à des raisins. Les œufs de l'autre Ovaire sont noirs, & imprégnés de la semence du Mâle: ils renferment par conséquent déjà les Embryons. Ces œufs sont connus sous le nom de *Raisins de Mer*.

Nº. 9, 10. Deux *Osses de Seche*, un grand & un petit.

P L A N C H E Q U A T R I E M E.

Nº. 1. *Calmar de la plus grande Espece.*

Ce Genre est connu sous différents noms, & a sous lui diverses Espèces. Il y en a qui lui donnent le nom de *Lolium*, parce que sa queue se termine en pointe. Les Grecs l'appellent *Τένδο*; les François *Calmar*, & *Araignée de Mer*; les Latins lui donnent aussi ce dernier nom, & celui de *Loligo*. On ne peut pas dire néanmoins qu'il ait aucune ressemblance avec l'Araignée; il tient beaucoup plus de l'*Etoile marine*, quant à la tête. Ces Animaux ont aussi un grand nombre de mammelons, à l'aide desquels ils peuvent s'attacher à tout ce qu'ils rencontrent. Celui que nous représentons ici vient du Brésil, où on l'a pris sur le rivage. Il s'en trouve aussi beaucoup en Europe, & particulièrement sur les Côtes de France & d'Italie. Quoique la Mer jette souvent sur nos Côtes de Hollande une quantité prodigieuse de *Seches*, il est cependant très rare d'y rencontrer des *Calmars*, à moins qu'il ne regne quelque vent impétueux ou quelque tempête. Les deux Bras du *Calmar* sont beaucoup plus longs & plus gros que ceux de la *Seche*. Ils sont aussi placés vers la partie supérieure de la tête, au même

atque Polypo profundius in cute demersæ hærent. Rostrum nigricans, aduncum, Psittaci majoris rostro non absimile est: de eo autem Tabulâ priore jam egimus. Oculi, penitus è capite protuberantes, quodammodo Cancrorum referunt oculos, vitulinis tamen magnitudine pares, tonoque argenteo splendidi. Pupillam eorum crassa quædam tunica obtegit. Grandior tubus, atramentum projiciens, cujus os valvula moderatur, *Æliano* Aposphagma, *Galeno* Tolos Hyposphagma, audit. Os dorsale, Sepiæ ossi perquam simile, antiquis scriptoribus *Ostracon* & *Testa*, sive *Scutum*, vocatur, tegminis loco inserviens supernæ corporis parti contegendæ, & in æquilibrio detinendæ, tectum cute exteriori. Neque cæterum ulla fere toto in Pisce ossium vel cartilaginum occurrunt vestigia. Venter subtus æqualis est, mollis, lævis, oblongo teres, ex cinereo dilute flavescens. Ad mediam corporis superni partem pinna, qualis Piscium, sedet, molliore veluti e cartilagine conflata, utrumque in latus amplè producta, retro in caudam desinens acuminatam, instar fere latiorum Rajæ piscis pinnarum, qua inter natandum sese promovet Animal, nullis præterea remis, pinnisve gaudens. Loligines multis in regionibus sapida inter fercula numerantur, & sale conditæ peregre mittuntur. Dignum sanè est adtenta contemplatione monstruosum hocce Animal, à Sapientissimo rerum Conditore nobis oblatum, ut in hoc æque, ac aliis omnibus rebus creatis, infinitam Ejus Potentiam intuentes adoremus.

Num. 2. *Loliginis altera species.*

Priori fere, quoad formam, similis, radios saltem stellatos, pro rata, haud adeo magnos, & bina elongata brachia multo gerit breviora magisque teretia. Quin & horumce brachiorum fines duntaxat, uti in Sepiis, papillis succatricibus sunt conspicui, minimè vero, uti quidem in præcedente, tota superficies. Collum quoque multo longius est, & minutiores in capite hærent oculi, Afellorum æmuli. Supernam ejus faciem puncta obserunt purpurascentia, copiosissima quidem in dorso & maxima. Pinnæ etiam, uti binæ alæ, utrinque sub cute adfixæ, sese extendunt fere in formam anchoræ, cujus unci a basi latiore convergentes, crassam in medio costam nacti, dein apice acuto terminantur. Subtus ex dilute cinereo albicans regnat color.

Num. 3. *Loliginis tertia species.*

Huic color est supra obscurè fuscus, corpus gracile, at valde longum, minutum caput, radii stellati breviores, minoribus itidem papillis præditi. Bina brachia longiora minutis in omni superficie scatent papillis. Lata pinna caudæ extremo adsidet. Tubus, atramentum emittens, sub collo hæret. Cætera cum priore convenit hæc species, nisi quod osse careat dorsali.

Num. 5. *Loliginis quarta species.*

Proxime prægressæ hæc quoad formam, extensionem, & colorem, similis est: at caput gerit, radios stellatos,

endroit & dans le même ordre que les huit rayons étoilés, avec lesquels ils forment le cercle de l'Etoile. Le dessous de ces bras est tout parsemé de mammelons, qui tiennent fortement à l'aide de certaines membranes coriaces, & servent peut-être aussi en même tems à la génération. Ces bras sont beaucoup plus profondément enracinés dans la peau, que ceux de la Seche & du Polype. Le bec est noirâtre, crochu, & assez semblable à celui d'un gros Perroquet: nous en avons déjà fait mention dans la Planche précédente. Les yeux qui sont à fleur de tête, ressemblent en quelque sorte à ceux des Ecrevisses; mais ils sont de la grosseur de ceux de Veau, & aussi éclatans que l'argent. La prunelle est revêtue d'une membrane fort épaisse. On voit une valvule à l'ouverture du gros tuyau qui verse la liqueur noire. Elien donne à ce tuyau le nom d'*Aposphagma*, & Galien l'appelle *Tolos Hyposphagma*. L'Os du dos, qui ressemble fort à celui de la Seche, étoit connu des Anciens sous les noms d'*Ostracon* & de *Testa*, ou *Bouclier*. Cet os, qui est revêtu de la peau extérieure, sert à couvrir la partie supérieure du corps, & à la tenir dans l'équilibre. Du reste on ne remarque dans tout le corps de ce Poisson presque aucune trace d'os ou de cartilages. Le dessous de son ventre est uni, mol, lisse, de figure ovale, & d'un jaune-clair-cendré. Il porte vers le milieu de la partie supérieure du corps, un aileron semblable à ceux des Poissons, & qui paroît être fait d'une espèce de cartilage fort mollasse. Cet aileron s'étend fort sur les côtés, & finit par derrière en une queue pointue, à peu près comme les larges ailerons de la Raye. Le Calmar se sert de cet aileron pour nager, d'autant plus qu'on ne lui en remarque aucun autre, ni quoi que ce soit qui lui tienne lieu de rames. Il y a bien des pays où l'on fait grand cas de ces Poissons, que l'on met au rang des meilleurs mets, & que l'on envoie fort loin après les avoir salés. On peut dire que cet animal monstrueux est tout-à-fait digne de notre admiration, & que Dieu ne l'a exposé à nos yeux, qu'afin que nous adorions en lui, de même que dans toutes les autres créatures, sa grande sagesse & sa puissance infinie.

Nº. 2. *Seconde Espece de Calmar.*

Celui-ci est presque fait comme le précédent, du moins à l'égard de ses rayons étoilés; mais ils sont plus petits à proportion, & ses deux bras sont aussi beaucoup plus courts & plus ronds. Il n'y a même que les extrémités de ces bras, qui soient couvertes de mammelons, comme dans les Seches; au lieu que ceux du Calmar précédent en sont parsemés sur toute leur superficie. Son col est aussi beaucoup plus long; mais ses yeux qui ressemblent à ceux des Merlus, paroissent beaucoup plus petits. La partie supérieure de son corps est marquée de taches de couleur de pourpre, qui se trouvent en plus grand nombre sur le dos, où sont aussi les plus grandes. Ses ailerons sont attachés de chaque côté sous la peau, comme deux ailes, & s'étendent presque en manière d'ancre, dont les afourches qui partent d'abord d'une base fort large, forment dans le milieu une grosse côte & se terminent ensuite en pointe. La partie inférieure de son corps est d'un blanc cendré.

Nº. 3. *Troisième Espece de Calmar.*

Le dessus du corps de celui-ci est d'un brun obscur. Il est mince & fort long. Il a la tête petite, les rayons étoilés fort courts, & de très petits mammelons. Ses deux bras sont fort longs, & leur superficie est toute parsemée de petits mammelons. Un large aileron est placé à l'extrémité de sa queue. Le tuyau qui verse la liqueur noire, est situé sous le col. Du reste cette Espece ressemble à la précédente, si ce n'est qu'elle n'a point d'os sur le dos.

Nº. 4. *Quatrième Espece de Calmar.*

Ce Calmar a la même forme, la même longueur & la même couleur, que celui dont nous venons de parler; mais sa tête est beaucoup

stellatos, oculos, tubumque atramentarium, multo minori. Attamen & osse orba est, ut prior, dorsali, & pinnam, haud grandem, caudæ extremo habet adhaerentem.

Num. 5. Ejusdem speciei junior Loligo.

Num. 6. Uvæ marinæ, seu Ovarium, è quo species Num. 1. excluditur. Coloris est saturate cærulei, botrumque refert rore quasi obnubilatum, antrorsum in acumen convergens.

Num. 7. *Eruca* hæc est *Marina*, quam vivam, una cum aliis maris ejectamentis, Zandvoordo accepimus. Prona ejus, ventralis quasi, pars in omni ambitu, a capite ad caudam usque, circum latera, ternis aut quaternis, pedunculorum veluti, seriebus est conspicua, quæ tenuissimis è pilis confectos Pictorum ferè referunt penicillos, tonumque reflectunt multicolorem, Auri præprimis fulgore, & virore amœnissimo, ditissimum. Dorsum glabrum est, & serici instar, mollissimum, coloris helvi, quasi murini. Capitis nullum occurrit vestigium, nisi, quod minutum ab antica parte foramen hiet, quo nutrimentum capit Animal.

Num. 8. *Eruca* eadem supina, suos commonstrans pedes, quorum infimi, pulchro digesti ordine, mobiles sunt, & natatui, loco pinnarum, inserviunt. Mucilagine taboque Piscium mortuorum vivere videtur.

T A B U L A Q U I N T A.

Stellæ Marinae.

Stellarum Marinarum plurimæ quoque species dantur, quas inter Zoophyta pariter referre licet. Lactes enim sive sperma suum eadem ratione, ac *Polypus*, emittere videntur, unde viventes fœtus prodeunt. Haud interim valida est, quam agunt, vita: at contractatæ radios suos saltem quodammodo contrahunt instar *Limacum*, quibus tamen major inest vitæ vis, quam Stellis marinis. Quas nostra ejectione littora, prope Schevelingam sæpe in sabulo maris sese etiamnum moventes videre licet. Zandvoordo vivæ mihi adlatæ sunt in aqua marina, quas sic per triduum adservavi: postmodum verò sensim languescentes omnem denique motum perdidere. Mucosa maris materie videntur vivere. Nec capitis, nec rostri, ne dicam viscerum, ulla reperiuntur vestigia. Interim probabile tamen est, oris analogon ipsis alicubi patere, quo, instar forte plantarum, succos nutritios adtrahant. In prægressis Tabulis actum jam est de *Urticis*, *Pulmonibus*, *Erucis marinis*, &c. quibuscum sanè quoad vitam atque modum adcrendi conveniunt Stellæ marinæ.

Num. 1. *Stella marina, ad oram maris meridionalis, belgici, reperta.*

Radios hæc habet admodum graciles, longis acutisque apicibus terminatos, supra ex saturate luteo cinereos, & reticuli instar, areolis profundè impressis undique distinctos.

Num. 2. Eadem supina, subtus conspicua, ubi color est dilutior. Plurimæ spinulæ superficiem radiorum exasperant. Hiatus hic quidam cernitur quinquefidus in corpore itidem pentagono.

Num. 3.

beaucoup plus petite, de même que ses rayons étoilés, ses yeux, & le tuyau d'où sort la liqueur noire. Il est aussi sans os sur le dos, comme le précédent. L'aïeron qui tient à l'extrémité de la queue est assez petit.

Nº. 5. Jeune Calmar de la même espèce.

Nº. 6. Grape de *Raisins marins*, ou *Ovaire*, d'où naissent les Calmars de la première espèce. Cet Ovaire est d'un bleu foncé, & ressemble à une Grape de raisins qui est comme couverte de rosée, & qui finit en pointe par devant.

Nº. 7. Nous représentons ici une *Chenille marine*, que nous avons reçue de Zandvoord toute vivante, avec diverses autres choses que la Mer avoit jettées sur le rivage. Elle a de chaque côté tout le long du ventre, depuis la tête jusqu'à la queue, comme trois ou quatre rangées de petites pattes, faites de poils fort déliés, & qui ressemblent assez à ceux des pinceaux dont se servent les Peintres. Ces espèces de pattes jettent un éclat qui forme diverses couleurs, parmi lesquelles on remarque sur-tout la couleur d'or, & un beau verd qui est très agréable à la vue. Son dos qui est lisse & aussi doux que de la soie, paroît de couleur brune & presque comme celle du poil de Souris. On ne lui remarque aucune trace de tête: elle a seulement à la partie antérieure un petit trou, par lequel elle fait entrer sa nourriture.

Nº. 8. La même *Chenille* couchée sur le dos, afin que l'on puisse voir ses pattes, dont les inférieures qui sont très-bien rangées paroissent fort mobiles, & lui tiennent lieu d'aïerons pour nager. Il est à croire qu'elle se nourrit des glaires & de la nourriture des cadavres de Poissons.

PLANCHE CINQUIÈME.

Etoiles de Mer.

Il se trouve aussi plusieurs espèces d'Etoiles de Mer, que l'on peut encore mettre au nombre des Zoophytes; car il est très vrai-
Tom. III.

semblable qu'elles jettent leur Lait ou leur Semence de la même maniere que le Polype, & que les fœtus en sortent vivans. On ne peut pas dire qu'elles ayent beaucoup de vie: cependant elles ne laissent pas de retirer leurs rayons lorsqu'on les touche, à peu près comme font les Limaçons, qui sont cependant beaucoup plus animés. On en trouve souvent sur le rivage de la Mer près de Scheveling, qui donnent encore des marques de vie, par les mouvemens qu'on leur voit faire sur le sable. On m'en a apporté de Zandvoord dans de l'eau de Mer, qui étoient encore toutes vivantes, & que j'ai conservées de cette maniere pendant trois jours; elles s'affoiblirent insensiblement ensuite, & perdirent enfin tout leur mouvement. Il est à croire qu'elles se nourrissent d'une matière glaireuse qu'elles rencontrent dans la Mer. On ne leur remarque aucune trace de tête, ni de bec, ni même de visceres. On doit croire cependant qu'elles ont du moins quelque chose qui leur tient lieu de bouche, afin de pouvoir tirer leur nourriture, peut-être à la maniere des Plantes. Elles ont beaucoup de rapport, tant à l'égard de leur vie qu'à l'égard de leur maniere de croître, avec les *Orties*, les *Chenilles* & les *Poumons marins*, dont nous avons fait mention dans les Planches précédentes.

Nº. 1. *Etoile marine, trouvée sur la Côte du Zuider-Zée.*

Les rayons de cette Etoile sont fort minces, & armés à leur extrémité d'éguillons longs & pointus. La partie supérieure de ces rayons est d'un jaune foncé, & on leur remarque tout autour de petits carreaux profondément gravés, & semblables aux mailles d'un Filet.

Nº. 2. On voit ici la même Etoile que la précédente, mais couchée sur le dos, afin que l'on puisse considérer la partie inférieure de son corps, qui est d'une couleur moins foncée. Ses rayons sont hérissés d'un grand nombre de petits éguillons. On remarque une espèce d'ouverture à cinq côtés, au milieu de son corps qui forme aussi un pentagone.

Nº. 3.

Num. 3. *Skeleton Stella Marinae.*

Constat hoc Sceleton duris veluti ex officulis, quæ mirum in modum inter se articulata firmam animalis compagem efficiunt. Nullum hic ordinem obtinere, sed tumultuario omnia confluisse quis crederet: tam difficulter constructionis normam oculo licet distinguere. Telam grossiore è filo ruditer contextam diceret. Color est dilute flavescens. Radii quini late expansi sunt. Munificentia D. Christophori Beudeker, Viri Historiæ Naturalis, rei Numismaticæ, aliarumque scientiarum & amantissimi, & peritissimi, hocce sceleton obtinuimus. Pauca sunt Stellarum marinarum species, quas hunc in modum evolvere licet: in aliis enim obstat magnitudo & crassities, in aliis nimia mollities, aut facile dissolvenda materiei veluti glutinosæ indoles, in aquis fatiscens. D. J. H. Linck in Tractatu de *Stellis marinis*, pag. 32, huicce speciei nomen dat *Stella coriacea, pentapetala, cancellata*.

Num. 4. *Stella marina, tetractis, falcata.*

Eo nomine venit apud modo laudatum *Linckium* pag. 19. Similem huic, at grandiozem, *Rumphius* quoque exhibet Tab. XV. lit. D.

Num. 5. *Stella marina papillosa.*

Basi est leviter pentagona, ex cujus ambitu radii quinque turgentibus jugis, at mediis quasi membranis aliquo usque inter se juncti, prodeunt obtusos in apices terminati. Universa superficies papillis aut ampullulis quasi regulariter juxta se mutuo ordinatis confita spectaculum elegans præbet.

Num. 6. Eadem supina exhibetur, qua facie centrum est stellatum, ex decem radiolis constans, quinosque canales, quorum singuli in singulos radios excurrunt, emittens.

Num. 7. & 8. *Stella marina, pentaceros, tuberculosa.*

Radii quinque, in obtusos apices terminati, superna facie jugis singuli suis turgent, quæ altiora, qua ex centro Animalis oriuntur, paulatim, ut ad apices radiorum protenduntur, humiliora evadunt, ac tandem evanescent. Ima facie plani sunt radii, suoque quilibet canale secundum longitudinem distinguuntur. Utraque superficies tuberculis plenissima.

Num. 9. & 10. *Astropecten regularis, minor, Italicus.*

Supinam pronamque faciem accurate exaratam damus, ut Curiosi notas characteristicas eruere, genusque & speciem pro suo quisque systemate determinare possint.

Num. 11. & 12. *Astropecten regularis, minor, nostras, margaritifera.*

Elegantissima hæc Stellula obtusioribus ac pro magnitudine sua brevioribus, quam prior, radiis donata, iisdemque etiam gibbosis, superna facie undique margaritis veluti majoribus, minoribusque, confita est.

Num. 13. 14. & 15. *Stellula marina, minutissima, Americana, in Musco marino inventa.*

T A

N^o. 3. *Squelette d'une Etoile de Mer.*

Ce Squelette est comme composé de petits os durs & articulés ensemble d'une manière tout-à-fait admirable, & propre à donner de la solidité au Corps de l'Animal. On croiroit presque qu'il n'y a aucun ordre dans tout cet arrangement, & que tout y est en confusion, tant il est difficile de distinguer à l'œil la manière dont il est fait. Ne diroit-on pas que c'est une toile d'un tissu fort grossier? La couleur de ce Squelette est d'un jaune clair. Il a cinq longs rayons. Nous l'avons reçu de Mr. Christophe Beudeker, grand amateur de l'Histoire Naturelle, grand Antiquaire, & fort versé dans plusieurs autres Sciences. Il y a peu d'Etoiles marines que l'on puisse préparer aussi bien que celle-ci: les unes sont ou trop grandes ou trop épaisses, les autres sont trop mollasses & d'une substance visqueuse, qui se corrompt & se dissout aisément dans l'eau. Mr. J. H. Linck dans son Traité des Etoiles marines, pag. 32. donne à cette espèce le nom de *Stella coriacea, pentapetala, cancellata*.

N^o. 4. *Etoile de Mer à quatre rayons, faits en forme de faux.*

C'est Linck qui nous fournit cette dénomination, p. 19. *Rumphius* nous a donné, à la Planche XV. Lettre D. la figure d'une Etoile de cette espèce, mais elle est plus grande.

N^o. 5. *Etoile de Mer à mammelons.*

Sa base approche du pentagone; & de sa circonférence naissent cinq rayons, un peu relevés en bosse, joints en partie les uns aux autres par une espèce de membrane, & terminés en pointes émoussées. Toute sa surface est ornée de mammelons ou tubercules, placés assez régulièrement les uns à côté des autres.

N^o. 6. Le même Animal vu par dessous. Le centre de sa

base est figuré en étoile composée de dix petits rayons; & il en sort cinq canaux, qui se distribuent dans chacun des cinq grands rayons.

N^o. 7. & 8. *Etoile de Mer de cinq rayons, & à tubercules.*

Ses cinq rayons, qui se terminent en pointes émoussées, ont le dos relevé en bosse très sensiblement près de leur origine, & s'aplatissent à mesure qu'ils s'en éloignent, jusqu'à ce que près de leur extrémité ils soient tout à fait plats. Ils sont aussi entièrement plats par dessous, & chacun d'eux a un canal qui s'étend suivant sa longueur. La partie supérieure & inférieure de cet animal est chargée de tubercules.

N^o. 9. & 10. *Petite Etoile de Mer d'Italie, régulièrement ouvragée, de l'espèce qu'on nomme Astropecten.*

Nous donnons ici une figure exacte de la partie supérieure & inférieure de cette Etoile, afin que les Naturalistes en puissent tirer les marques caractéristiques propres à déterminer le genre & l'espèce auxquels elle appartient dans leur système.

N^o. 11. & 12. *Petit Astropecten de ce pays, régulier & perlé.*

Cette petite Etoile est très belle. Ses rayons sont plus obtus & à proportion de leur grosseur plus courts que ceux de la précédente: ils ont aussi le dos relevé en bosse. Sa surface supérieure est parsemée de tubercules plus ou moins grands & assez ressemblans à des perles.

N^o. 13. 14. & 15. *Etoiles de Mer, très petites, trouvées dans de la Mouffe marine, en Amérique.*

P L A N

T A B U L A S E X T A.

Num. 1. *Stella marina, Pentagona, regularis, ex Indiis Orientalibus.*

Radius ejus quilibet tuberculis, nitido ordine digestis, quasi fimbriatur, dum aream ipsam partis supernæ minores aliæ veluti pustulæ exasperant duriore & calcaria è materie concretæ, coloris saturate cinerei.

Num. 2. Eadem, subtus conspicua, quæ elegantior est, quam supra, tuberculis nimirum Stellæ limbum, concinno ordine, circumscribentibus, aliisque minoribus per planam superficiem nitidè digestis.

Num. 3. *Stella marina, triactis, Batava.*

Rarior est hæc species, tribus duntaxat brachiis instructa. Superna æque ac inferna superficies tenuibus veluti spinulis horret.

Num. 4. Eadem, subtus conspicua, tricorner monstret hiatum, in quo nonnisi villosa quædam materies comparet, detrito panniculo laneo similis.

Num. 5. *Stella marina, Orientalis: Artocreas minus.*

Ex Indiis Orientalibus, inter alia, missam accepimus. A forma nomen habet *Artocreatis*, cujus ad similitudinem à Naturâ veluti affabrè constructa est. Sic cuncta, quæ oculus contemplatur, in admirationem summi Architecti nos rapiunt.

Num. 6. Eadem supina, faciem exhibens nitidissimè comparatam, totumque Stellæ ambitum textilibus quasi opusculis fimbriatum.

Num. 7. *Artocreatis altera species.*

Et hæc pentagona est, uti prior, at minor, neque tamen minus concinne fabrefacta. Peripheriam ejus tubercula margaritis similia ornant, quibus alia dein minutiora desuper adcrevere. Superna faciei area itidem elegantissime elaborata est.

Num. 8. Eadem subtus conspicua.

Num. 9. *Artocreatis tertia species.*

Hæc ornamentorum venustate prioribus antecellit. Non solum enim marginalia tubercula, margaritis similia, pulcherrimo hic ordine digeruntur, & quasi singula seorsim fimbriantur; sed & area superior, elegantissima, minutis pustulis, manipulatim, stellæ in formam, dispositis, è simili manipulo, centrum obfidente, prodeuntibus, nitet.

Num. 10. Eadem subtus conspicua, alio adparatu exornata.

Num. 11.

P L A N C H E S I X I E M E.

N^o. 1. *Etoile marine, pentagone, réguliere, des Indes Orientales.*

Tous les rayons de cette Etoile sont couverts de tubercules très-bien rangés, qui forment comme une espece de frange. La partie supérieure du centre de l'Etoile est aussi toute couverte de divers autres petits grains d'un gris cendré, & d'une matiere dure & semblable à de la chaux.

N^o. 2. La même Etoile couchée le ventre en-haut, où elle paroît beaucoup plus belle que sur le dos. En effet, tout le contour de l'Etoile est brodé de tubercules situés dans un très bel ordre, & on en voit d'autres encore plus petits, qui couvrent toute la superficie, & qui ne sont pas moins bien rangés que les précédens.

N^o. 3. *Etoile marine, de Hollande, à trois rayons.*

Cette espece n'a que trois rayons, & est fort rare. Elle est hérissée sur le dos & sur le ventre de petits éguillons.

N^o. 4. La même couchée le ventre en-haut, où on lui remarque une ouverture à trois cornes, dans laquelle il ne se trouve qu'une certaine matiere qui ressemble à du drap réduit en filets.

N^o. 5. *Etoile de Mer, Orientale, nommée petit Pâté.*

Cette Etoile nous a été envoyée, avec d'autres choses, des Indes Orientales. On lui a donné le nom de *Pâté*, parce qu'elle

ressemble parfaitement à un Pâté. Cette merveille nous apprend à admirer par-tout les œuvres du Créateur.

N^o. 6. La même, vue par-dessous, où elle paroît très-bien faite, toute sa circonference étant ornée d'une espece de tissu très-bien fait.

N^o. 7. *Seconde Espece de Pâté.*

Celle-ci est de figure pentagone, de même que la première, mais elle est plus petite, quoi qu'elle ne soit pas moins bien faite. Toute sa circonference est ornée de tubercules qui ressemblent à des Perles, & sur ces tubercules on en voit d'autres encore plus petits. Le centre de la partie supérieure est aussi très-bien fait & d'une grande beauté.

N^o. 8. La même, couchée sur le dos.

N^o. 9. *Troisième Espece de Pâté.*

Cette Etoile l'emporte sur toutes les précédentes en beauté. En effet, les Tubercules situés sur sa circonference, & qui ressemblent à des Perles, sont non seulement très-bien rangés & forment chacun comme une espece de frange; mais la partie supérieure du cercle est encore d'une beauté surprenante, étant ornée de petits grains disposés par pelotons en maniere d'Etoile, & qui en renferment d'autres qui occupent le centre du cercle.

N^o. 10. La même, couchée le ventre en-haut, & qui découvre encore d'autres beautés.

Num. 11. *Stella marina, pentagona, Orientalis.*

Superior hujus Stellæ superficies plurimis scatet globulis majoribus, minoribus, margaritarum æmulis, per aream à radiis stellatis interceptam distributis, quas inter alii minutiores confiti sunt. Peripheriam quoque globuli fimbriant, vitreis similes ampullulis, quarum orificia versus centrum directa sunt.

Num. 12. Eadem, subtus conspicua, qua itidem miro artificio elaborata est. Ampullulæ hîc marginales orificia sua, veluti epistomiis clausa, extrorsum porrigunt.

Num. 13. *Stella marina, carulescens, Americana.*

Quinis hæc radiis, longum protensis, gaudet, quorum facies superna pustulis rotundis, tanquam squamulis, densè stipatur, harumque interstitia minutis punctis consperguntur.

Num. 14. Eadem, supina, hiatus labia arcte conniventia monstrat. Tubercula heic introrsum nitide disposita sunt. Color & hac in parte ex plumbeo carulescit.

T A B U L A S E P T I M A.

Num. 1. *Artocreas lentiginosum, majus; seu Stella reticulata, lentiginosa, pentaceros.*

Stella hæc pentagona, parte supina, reticulo veluti obducta est, cujus singulis internodiis, qua concurrentes lineæ sese interfecant, tuberculum insidet lenticulare, prominulum, spectaculo fanè quam jucundissimo. In medio sive centro Stellæ area cernitur circularis, elevatior, e qua in orbem quini iterum protenduntur radii, turgiduli quidem, at planiores tamen, qui sese, tanquam altera Stella, super priora cornua diffundunt. Margo sinuosa totius Stellæ papillis veluti, aut denticulis, ferrata est, qui è globosis tuberculis, tanquam mammillis, exsurgunt, nitidissimo ordine digesti. Colore est partim ex cinereo flavescente, partim obscurè ruffulo. D. Joh. Heimr. Linckio, Lipsiensî, Historiæ Naturalis Stellarum marinarum editione occupato, plurimas Stellarum ejusmodi species contulimus ad perfectionem operis suscepti, nitide fanè & perquam erudite postmodum elaborati. Plura omnino ab eximio hocce Viro expectanda fuerant Orbi Erudito; nisi otii penuria, & secuta deinceps præmatura mors, maximarum mater vicissitudinum, & propositorum destructrix, obstitisset. Inter eas, quas laudatissimo huic Viro misi, species quædam est & forma & magnitudine huic, quam isthæc Tabula ostendit, par, ab ipso in memorato de Stellis marinis libro, Tab. XLI supra, & Tab. XLII infra, repræsentata.

Num. 2. *Stella marina, pentactis, regularis, Barbarica.*

Elegantissima hæc Stella, quinis instructa radiis, prælongis, illibata nobis ex oris maritimis Barbariæ adlata est, insolito fanè adparatu decorata. Quælibet equidem horum Animantium species singularem meretur adtentionem, ut admiranda cujuslibet structura, variusque pro cujusvis peculiari genio habitus & vesti-

N^o. 11. *Etoile marine Orientale, de figure pentagone.*

La partie supérieure de cette Etoile est couverte d'un grand nombre de globules, dont il y en a de gros & de petits, & qui ressemblent tous à des Perles. Ces grains, parmi lesquels on en remarque d'autres plus petits, sont répandus sur la superficie du cercle où se réunissent tous les rayons. Le contour de l'Etoile est aussi orné de globules, que l'on prendroit pour autant de petites bouteilles de verre, dont les orifices aboutissent vers le centre.

N^o. 12. La même, représentée par-dessous, où elle paroît aussi d'une structure admirable. Les orifices des petites bouteilles que l'on voit ici sur toute la circonférence, se jettent tous en dehors, comme si chacun d'eux étoit fermé par un bouchon.

N^o. 13. *Etoile marine d'Amérique, de couleur bleue.*

Celle-ci a cinq longs rayons, dont le dessus est couvert d'un grand nombre de grains ronds qui paroissent comme de petites écailles. Les interstices de ces grains sont remplis par de petits points.

N^o. 14. La même, couchée le ventre en-haut, & dont l'ouverture est bien fermée. Les tubercules que l'on voit ici en dedans sont disposés dans un bel ordre. La couleur de cette partie est d'un bleu plombé.

P L A N C H E S E P T I E M E.

N^o. 1. *Gros Pâté fait en maniere de Lentille; ou Etoile à cinq rayons, faite en forme de Rets & de Lentille.*

Cette Etoile de figure pentagone est comme couverte d'un Rets sur le dos. Sur chaque jointure de ce Rets, à l'endroit où

toutes ces lignes viennent se réunir, paroît une espece de nœud ou tubercule élevé, fait comme une Lentille, & très agréable à la vue. Dans le centre de l'Etoile se trouve une éminence circulaire, de laquelle partent cinq autres rayons assez épais, & de figure plate. Ces rayons s'étendent en rond, & vont ensuite se jeter sur les premiers, où ils forment comme une seconde Etoile. Tout le contour tortueux de l'Etoile est garni de mammelons, ou armé de petites dents très-bien rangées, lesquelles partent des tubercules qui sont comme autant de mammelles. La couleur de cette Etoile est en partie d'un jaune cendré, & en partie d'un roux obscur. Dans le tems que Mr. Linck de Leipfich travailloit à l'Édition de l'Histoire naturelle des Etoiles de Mer, je lui communiquai plusieurs de ces Etoiles, dans la vue de contribuer à rendre plus parfait le bel Ouvrage, auquel il a mis depuis la dernière main, & dans lequel il y a beaucoup d'érudition. Cet habile homme n'auroit pas manqué d'enrichir le Public de plusieurs autres Ouvrages, s'il eût eu plus de loisir, & s'il n'eût été enlevé par une mort prématurée, qui est toujours la source des plus grands changemens & fait échouer tous les plus beaux projets. Parmi les diverses especes d'Etoiles que j'ai envoyées à cet habile homme, il s'en trouve une qui est de la même grandeur & de la même forme que celle dont nous donnons ici la figure, & elle est représentée dans son Livre des Etoiles marines à la Planche XLI, où elle est couchée sur le ventre, & à la Planche XLII, où elle est située sur le dos.

N^o. 2. *Etoile marine de Barbarie, réguliere, & à cinq rayons.*

Cette Etoile, qui est d'une grande beauté, a cinq longs rayons, & quelque chose de bien singulier dans sa structure. On nous l'a apportée en son entier des Côtes de Barbarie. Il est hors de doute qu'il n'y a aucune de ces Etoiles, qui ne mérite une attention toute particuliere, soit que l'on considère leur structure qui est tout-à-fait admirable, soit que l'on fasse attention à la maniere dont

& vestitus, intentâ contemplatione demum perspiciatur intime; at inter reliquas sane isthæc principem ferè locum sibi vindicat: est enim tota quasi ad amussim fabrefacta, omnique in parte nitidissimam ostendit proportionem. Stellata ejus superficies granulis rotundis, profunde in cutim depressis, minutarum margaritarum æmulis, æquabilissime obsita, & dilute cinereo flavescens ruffo limbo succingitur. Radium deinde stellatorum latera, in omni ambitu, oblongis veluti bulbulis, in funiculum quasi colligatis, fimbriantur. Quilibet iterum horumce bulbulorum oblongum emittit corniculum, sive papillam. Exterior vero radiorum margo longis undique denticulis ferratus est, eleganti ordine digestis, ut, qua parte radii sunt crassissimi, longiores quoque promineant denticuli, sensimque evadant breviores, prout adtenuatis radiorum finibus magis adpropinquant.

Num. 3. *Pentaceros gibbus & muricatus; seu Castellum montanum.*

Stella hæc, superna parte gibbosa, extantibus tribulis, quasi muricibus, horret. Area ejus centralis propugnaculum sive castellum refert, erectis veluti cornibus munitum. Tota cæterum superficies, tuberculis colliculisque undique prominentibus inæqualis, fimbriarum sive denticulorum ornatu carens, ex dilute ruffo cinerea, saturate bruno colore obumbratur.

Num. 4. *Pentadactylofaster, spinosus, regularis, Virginianus.*

Hæc Stellæ species tam supernâ, quam infernâ, parte acutis ubique spinis, nitido ordine digestis, horret, colore tincta saturate ruffulo. Ab oris Virginie nobis transmissa est. In Linckiana Stellarum Historia eadem supra & subus Tab. IV exhibetur.

Num. 5. *Stella marina, vulgaris, Batava.*

Harum numerus longe maximus è mari nostro ad littora ejicitur. Unde æstivo tempore, post ventorum furores & procellas, in oris maritimis jacentes inveniuntur. Nihil ornatûs ostendunt, nisi, quod minutis veluti granulis conspersæ, radiis instructæ longis & tenuibus, colorisque sint ex saturate ruffulo flavescens.

Num. 6. *Stella lacertosa, nostra.*

Quinos hæc radios protendit tenues, caudulis Lacertarum similes, ex segmentis veluti articulatis contextos. Corpusculum ejus, solidi argentei Batavi, figuram navis impressam gerentis, *Scheeps-schelling* dicti, haud exsuperans magnitudinem, Stelli formem in area sua picturam ostendit. Color est dilute cinereus.

Num. 7. *Stella lacertosa, minor.*

Hæc, multo minor priore, ex dilute cinereo grisea, longe tenuiores, magisque acuminatos, porrigit radios, itidem veluti ex articulis conflatos. Corpusculum minore Sestertio, sive Stufero, haud majus est.

Num. 8.

dont elles sont revêtues, & qui est toujours conforme à leur nature, soit enfin que l'on contemple attentivement les parties internes qui les composent. Cependant on peut dire que la plus belle de toutes semble être celle ci. En effet, elle est faite pour ainsi dire en perfection, & on remarque dans toutes ses parties la plus juste proportion. Sa surface étoilée qui tire sur le jaune, & qui est ceinte d'une bordure d'un roux-cendré-clair, paroît par-tout également couverte de petits grains ronds, enfoncés profondément dans la peau, & semblables à de petites perles. Les côtés des rayons étoilés, sont garnis dans toute leur circonférence de petites têtes ou tuyaux oblongs, qui forment ensemble comme un collier. Chacun de ces tuyaux pousse au bout une sorte de mamelon, ou de petite corne oblongue. Le bord extérieur des rayons est dentelé de tous côtés de petites dents, longues, & très bien rangées; enforte que les plus longues se trouvent situées aux endroits où les rayons ont le plus d'épaisseur, & qu'elles deviennent insensiblement plus courtes à mesure qu'elles s'approchent davantage de l'extrémité ou de la partie la plus mince des rayons.

+ N°. 3. *Etoile à cinq rayons, bossuë, & garnie de pointes en forme de Chauffe-trape.*

Cette Etoile a le dessus du corps relevé en bosse, & est toute hérissée de pointes faites en façon de chauffe-trape. Le cercle qui forme le centre, représente comme une Forteresse ou un Château avec ses Ouvrages à cornes. Tout le reste de sa surface peinte d'un roux-clair-cendré, qu'ombre un brun obscur, est toute couverte de tubercules ou d'éminences qui la rendent raboteuse. Il ne regne point de dentelure tout autour de ses bords.

Tom. III.

N°. 4. *Etoile de Virginie, à cinq rayons, régulièrement disposés, garnie d'épines, & couverte d'éguillons.*

Cette espece d'Etoile est hérissée de tous côtés, tant sur le dos que sur le ventre, d'éguillons pointus très bien rangés. Sa couleur est d'un roux foncé. On nous l'a envoyée des Côtes de Virginie. Cette même Etoile se trouve représentée, couchée sur le dos & sur le ventre, à la Planche IV de l'Histoire des Etoiles par Mr. Linck.

* N°. 5. *Etoile marine de Hollande, commune.*

La Mer jette sur le rivage un grand nombre de ces Etoiles, que l'on trouve en Été sur nos Côtes après de violentes tempêtes. Elles n'ont rien de remarquable, si ce n'est qu'elles sont parsemées de petits grains, & ont de longs & minces rayons. Leur couleur est d'un roux foncé, tirant sur le jaune.

* N°. 6. *Etoile de ce País, à rayons en queues de Léopard.*

Cette Etoile a cinq rayons assez minces, qui ressemblent à de petites queues de Léopard, & sont composés de diverses pieces articulées ensemble. Elle n'est pas plus grande que cette espece de monnoye de Hollande, que l'on nomme *Scheeps-Schelling*, & sur laquelle on voit l'empreinte d'un Vaisseau. On remarque dans le milieu la figure d'une Etoile. Sa couleur est d'un cendré clair.

N°. 7. *Autre pareille Etoile.*

Celle-ci est beaucoup plus petite que la précédente, & d'un gris cendré. Ses rayons, qui paroissent aussi beaucoup plus minces & plus pointus, semblent pareillement comme formés de plusieurs jointures. Son corps n'est que de la grandeur d'un de nos petits sols.

D

N°. 8. *Petite*

Num. 8. *Stella marina, Americana, minor.*

Stellulam hanc, ex Curassoa mihi missam, elegans ornat, superna parte, pictura. Area centralis æque, ac quinque ejus radii, horumque margines, undique parvis veluti margaritis confiti sunt. Sub lit. b. eadem supina representatur.

Num. 9. *Artocreas marinum, minusculum, Curassavicum.*

Priori fere similis est hæc Stellula, nisi, quod area centralis latius diffusa sit.

Num. 10. *Stellula alia marina, Curassavica.*

Prona hujusce facies tenuibus undique denticulis horrida est. Color ex cinereo flavus.

T A B U L A O C T A V A.

Num. 1. *Stella marina, maxima, Americana, Artocreas dicta.*

Tota hujus superficies tam prona, quam supina, duris, veluti lapidosis aspera est tuberculis majoribus, minoribus, partim nullo, partim certo ordine dispositis. Ex basibus illa profundè radicatis surgunt in apices acuminatos. Area superna seorsim in aliam, minorem, extumescit stelliformem expansionem, dum circulare in ejus mediò spatium in quinque obtusos diffluit radios, itidem extantibus corniculis horridos. Quum Artocreas hoc tam insolitæ sit magnitudinis, ut ipsi æquale nunquam vidisse meminerim, hinc superiorem ejus faciem hic saltem demonstro. Pars averfa peculiare habet nihil, nisi quod foramine, pro corporis magnitudine, pateat tanto majore, quam aliæ Stellæ. Capite cæterum & ore caret, nec nisi per foramen illud stellatum suum videtur pabulum adtrahere, quod forte in gelatinoso consistit maris excremento. Color est ex ruffo cinereus.

Num. 2. *Artocreas minus, placenta Polygonæ emulum.*

Supra & infra rotundis id ocellis conspicuum, & in omni ambitu globosis tuberculis ornatum est. Ex insula S. Thomæ illud accepi.

Num. 3. *Artocreas minimum, subtus & supra conspicuum, ex insula S. Thomæ.*

Videtur id recens natum esse, estque pro ratione molis suæ satis tumidum & crassiusculum.

Num. 4.

* N^o. 8. *Petite Etoile de mer, d'Amérique.*

Cette petite Etoile, qui nous a été envoyée de Curaçao, est très bien peinte sur le dessus du corps. Le cercle qui occupe le centre, ses cinq rayons & leurs bords, sont par-tout couverts de petits grains que l'on prendroit pour autant de petites perles. Cette même Etoile est représentée, couchée sur le dos, à la Lettre b.

N^o. 9. *Autre petite Etoile de mer, de Curaçao.*

Cette petite Etoile est presque semblable à la première, si ce n'est que la partie qui occupe le centre s'étend un peu davantage.

N^o. 10. *Troisième petite Etoile de mer, de Curaçao.*

Le dessous de cette Etoile est par-tout hérissé de petites dents. Sa couleur est d'un jaune cendré.

P L A N C H E H U I T I E M E.

* N^o. 1. *Etoile de mer, d'Amérique, de la plus grande espèce, nommée par les Latins Artocreas.*

Toute la surface supérieure & inférieure de cette Etoile est tapissée de gros & de petits tubercules, durs & comme pétrifiés, dont les uns sont bien rangés & les autres sans aucun ordre. Ces

tubercules sont profondément enracinés & se terminent en pointe. Le centre supérieur se jette en dehors, & forme en même tems une autre éminence plus petite, faite en manière d'Etoile, tandis que l'espace circulaire du milieu s'étend en cinq rayons obtus, hérissés de petites cornes. Comme cette Etoile est d'une grandeur si extraordinaire, que je ne sache pas en avoir jamais vu de pareille, j'ai cru qu'il étoit à propos d'en représenter ici du moins la partie supérieure. Quant à la partie inférieure, on n'y remarque rien de particulier, si ce n'est que l'ouverture qui s'y voit, est à proportion de la grandeur de l'Etoile. Du reste on ne lui découvre ni tête, ni bouche, & il est apparent que c'est uniquement par cette ouverture faite en manière d'étoile, qu'elle tire sa nourriture, qui consiste peut-être dans la matière visqueuse que la mer rejette. Sa couleur est d'un roux cendré.

* N^o. 2. *Petite Etoile de mer, à plusieurs angles.*

Cette Etoile est couverte tant dessus que dessous de petits yeux ronds, & garnie tout autour de tubercules de même figure. Je l'ai reçue de l'Isle St. Thomas.

* N^o. 3. *Autre petite Etoile de l'Isle St. Thomas, vuë par dessus & par dessous.*

Il paroît que cette Etoile ne faisoit que de naître lorsqu'on l'a prise, & elle est assez grosse & assez épaisse eu égard à sa petitesse.

N^o. 4. *Etoile*

SCD LYON 1

Num. 4. *Stella marina, Artocreas dicta, Barcinonensis.*

D. Salvador, rerum Naturalium Cultor peritissimus, hanc nobis, inter alia curiosa, Barcinone transmisit. Infernam ejus hinc sistimus superficiem, utpote supernam pictam elegantius. Pars enim superior nonnisi circularibus ocellis est distincta: cum contra facies averfa, pulchre reticulata, peripheriam monstrat lineam veluti margaritarum circumscriptam. Concurrentes heic hiatus in centro arcte obserantur adposita Stellula quadam reticulata, rarissime alioqui occurrente. Coloris est ex ruffo flavi.

Num. 5. *Stella marina, Americana, dodecactis, crispula.*

Radii ejus duodecim, superna parte, quasi corrugati, hebetibusque spinis horrescentes, subtus suo singuli hiatu patent, æque ac in Stellis pentagonis. Cæterum dentata sunt omnium latera. Color est saturate fuscus, ex cinereo flavo variegatus.

Num. 6. *Stella marina, Batava.*

Ad oras maris nostri hæc ejicitur species, inter maximas & minimas media. Quini ejus radii concinne elaborati, & ad latera ferrati sunt. Sub lit. b. eadem supina conspicitur.

Num. 7. *Stella marina, Italica, villosa.*

Inter alia rariora hæc ex Italia mihi missa est, quoad picturam & formam proxime accedens priori, nisi, quod major sit, & in centro circulum minorem, quasi osculum, ostendat. Sub lit. b. eadem subtus conspicienda sistitur, qua parte discrepat a præcedente Num. 6. siquidem isthæc & villosior sit, & hiatus radiorum arcte conniventes habeat.

Num. 8. *Stella marina, maxima, Batava.*

Est hæc inter maximas Stellarum species, quæ nostris in littoribus reperiuntur, nobisque Zandvoordo, unâ cum aliis, adlata est. Supra ex dilute cinereo flavescit, & glabra minutissimis notatur punctis. Radiorum ambitum globuli, in lineam quasi margaritarum colligati, ornant; latera vero deinceps denticulis ferrata sunt. In centro Stellæ circulus eminentior furgit.

Num. 9. *Stella marina, Batava, pentactis, radio uno bicuspidato.*

Rarissima heic anomalia occurrit, dum unus e quinque radiis, ad sui medium usque bisectus, binos utrinque divergentes ostendit apices. Zandvoordo eadem, una cum priore, mihi adlata est. Cæterum
priori

* N^o. 4. *Etoile de mer, reçue de Barcelone.*

Mr. Salvador, très versé dans l'Histoire Naturelle, m'a envoyé de Barcelone cette Etoile avec d'autres curiosités. Nous représentons ici la partie inférieure, qui est beaucoup plus belle que la partie supérieure. En effet, la partie supérieure n'est remarquable que par les petits yeux ronds dont elle est parsemée; au lieu que l'autre côté est fait en réseau, bordé tout autour comme par un cordon de perles. Les ouvertures qui se réunissent ici dans le centre, sont étroitement fermées par une espèce de petite étoile taillée en losange, ce qui ne se rencontre que très rarement. Sa couleur est d'un jaune tirant sur le roux.

* N^o. 5. *Etoile de mer d'Amérique, crépuë, à douze rayons.*

Ses rayons qui sont au nombre de douze, paroissent comme ridés par-dessus & hérissés d'éguillons obtus: ils ont par-dessous chacun une ouverture, comme cela se remarque dans les Etoiles à cinq rayons. Du reste, tous les côtés de ces rayons sont dentelés. La couleur de cette Etoile est d'un brun obscur, bigarré de jaune cendré.

N^o. 6. *Etoile de mer, de Hollande.*

Cette Etoile, qui se trouve sur nos Côtes, est de grandeur médiocre. Ses cinq rayons sont très-bien faits, & découpés sur les côtés en dents de scie. La Lettre b. représente cette même Etoile couchée sur le dos.

+ N^o. 7. *Etoile de mer, d'Italie, velue.*

Parmi diverses raretés qu'on m'a envoyées d'Italie, j'ai reçu cette Etoile, qui ressemble fort à la précédente, tant à l'égard de sa forme, qu'à l'égard de la manière dont elle est travaillée. Toute la différence qu'on y remarque, c'est que celle-ci est plus grande, & a dans son centre un plus petit cercle qui paroît comme une petite bouche. La partie inférieure de cette Etoile, représentée à la Lettre b. diffère de la même partie que montre le N^o. 6. en ce que celle-ci est beaucoup plus velue, & que les ouvertures de ses rayons sont plus étroitement ferrées.

N^o. 8. *Etoile de mer, de Hollande, de la plus grande espèce.*

Cette Etoile, que nous avons reçue toute vivante de Zandvoord avec diverses autres choses, est une des plus grandes espèces que l'on trouve sur nos Côtes. Elle a le dos d'un jaune cendré, lisse, & marqueté de fort petits points. Le contour des rayons est orné de petits grains, qui forment comme un rang de perles. Les côtés sont dentelés dans leurs bords. Le centre de l'Etoile est occupé par un cercle qui se jette en dehors.

N^o. 9. *Etoile de mer, de Hollande, à cinq rayons, dont l'un est fourchu.* *

Cette Etoile tout-à-fait singulière a un de ses cinq rayons fendus jusqu'à la moitié, & dont les deux branches s'écartent l'une de l'autre. Je l'ai reçue aussi de Zandvoord en même tems que la précédente, à laquelle elle ressemble assez, si ce n'est que les points
dont

priori similis est, nisi, quod facies ejus superna majoribus quodammodo punctis conspersa sit, & limbus radiorum tenuibus fibrulis, tanquam fimbriis villosis, succingatur.

Num. 10. *Stella marina, Batava, minor, levis.*

Hujus radii, minime ferrati, exiguis saltem granulis in ambitu stipantur. Ex dilutissime cinereo albescens veluti squamata est. Lit. b. eandem supinam representat.

T A B U L A N O N A.

Num. 1. *Stella marina; seu Sol marinus, radiis instructus numerosissimis, mire cincinnatis; Caput Medusæ alias, & Astrophyton costosum, seu Algol dictus, ex Nova Hispania.*

Singularissimum hoc Naturæ opus, nobis ex America, Hispanorum ditioni subjecta, adlatum, inter Marinas Stellas jure refertur, varia à variis sortitum nomina. Alii enim vocant *Stellam Marinam crispulam*, alii *Solem Marinum*, *Caput Medusæ*, *Astrophyton*, &c. Est sanè admiratione quam dignissimum, quod tam minuto è corpusculo oriundi quinque radii tot deinceps singuli in propagine, ferè innumeras, inextricabilem adeo in modum crispatas, sese tantam ad longitudinem usque expandant, ut evoluti animalis diameter sesquipedem æquet; cum interim cincinnatus quilibet ramulus vita motuque gaudeat, & suis articulis, ad ultimos usque fines capillares productis, sese crispare queat, cincinnosque licet perplexissimos, in æquore maris, iterum explicare: haud aliter profectò, quam volucres remiges suas pennas in aère ad volandum expandere norunt. Philophysicorum plurimis Stella hæc *Caput Medusæ* vocatur, juxta priscam Gentilium fabulam, qua Medusæ capilli in angues mutati dicebantur. *Gesnerus* Lib. IV. de Aquatilibus *Stellam arborescentem* vocat: quod quidem nomen improprium videtur esse, quia horizontaliter excurrunt ejus rami, minimè vero in altum exsurgunt, uti in arboribus. Potior ejus est cum Sole comparatio, ut *Solem Marinum* vocare liceat, cujus radii latissime expansi sensim, ut remotiores sunt a centro, magis adtenuantur. Si Stellas mare parit cœlestibus Stellis similes, quid ni & Solem & Lunam generet Oceanus ad similitudinem horumce in Cœlo? Omnipotens sane Cœli Terræque Conditor aquas etiam & immensa maria produxit, innumerisque fœcundavit Animantibus maximis æque ac minimis. Psalm. CIV, 25. Ita ubique numerus rerum creatarum infinitus, formarumque inexplicabilis diversitas, innotescit; sic stupenda Dei magnalia omni ex parte oculos nostros alliciunt, ut perducamur hisce ad Illius cognitionem, cujus ex Verbo, spiritu, & inexhausta potentia, isthæc omnia profluxere. Stupet quidem ejusmodi magis, quam intelligit, humanus animus. At indefesso tamen Naturæ scrutinio plura sæpe, quam quis expectare poterat, deteguntur. Unde vel maxima nascitur Indagatori oblectatio, qui ad incognita sese penetrans Deum ubique, ut infinitum Architectum, miratur, & inventa qualibet suos in usus convertit. Verum explicent isthæc prolixius Verbi Divini Interpretes. Nos ad institutum nostrum redimus. Sol marinus, cujus pronam hic faciem sistimus, in centro corporis sui circulum monstrat

dont elle est parsemée sur le dos sont moins petits, & que le contour des rayons s'effile dans les bords en maniere de franges, ou de filets fort déliés.

Nº. 10. *Etoile de mer de Hollande, lisse, & très petite.*

Les rayons de cette Etoile ne sont point dentelés, mais seulement tictés tout autour de petits grains. Elle est d'un blanc cendré, & comme couverte d'écailles. Sa partie inferieure est représentée à la Lettre b.

PLANCHE NEUVIEME.

Ex Christiania Norvegiæ Astacum hunc, aliaque rariora, liquore condita accepi. Testa superior, cruciatim divisa, decurrente per mediam longitudinem linea eminentiore distinguitur. Oculi prægrandes sunt. Os, in acumen desinens, quatuor cirros minores, articulatos, porrigit. Sub ore alia bina cornicula, multo longiora, ad finem usque arcte annulata, prominent. Cauda octo constat ex articulis, quorum quilibet pilosa utrinque pinna instructus est. Caudæ extremo latiores pinnae adcrevere, itidem pilis fimbriatæ. Flagella antica, perlonga, inter se æqualia, extremum præprimis articulum forcipatum, in

Nº. 13. *Araignée de Mer, extraordinairement petite.*

Elle a deux bras fourchus & courts, huit pieds longs & menus, le corps finissant en pointe par devant, & d'assez petits yeux situés l'un & l'autre à côté du nez.

PLANCHE VINGT-UNIEME.

Nº. 1. *Cancres Oriental, vu par dessus.*

Je doute presque s'il le faut ranger parmi les Ecrevisses de Mer, ou parmi les Cancres: il semble pourtant approcher davantage de ces derniers. Il est d'un beau rouge corallin, d'une charman- te madure, & d'un manger assez bon. Ses entrailles principale- ment étant bien accommodées font un mets agréable, à ce que di- sent des gens dignes de foi qui en ont mangé dans les lieux où l'on prend ces sortes de Cancres en vie. Rumphius donne une Figure de celui-ci, mais si mauvaise qu'on n'y peut point connoi- tre la vraie conformation des parties de son corps. La coque qui le couvre par dessus, est composée de plusieurs articulations, jointes ensemble d'une maniere qu'elles peuvent se fermer & s'étendre lorsque l'Animal se meut promptement avec ses gros pieds. Cet- te coque est comme onnée d'une couleur plus claire sur la tête, qui ressemble à celle d'une Ecrevisse. Sur le reste du corps elle est vergetée de taches en façon de marbrure. Sa queue formée de trois articulations, est par-tout sillonnée de longues rayes. Ses bras sont gros, rouges, munis de pinces dentelées inté- rieurément de dents blanches en maniere de scie; mais le bras

Tom. III.

gauche est beaucoup plus gros & plus pesant que le droit. Ses pieds au nombre de six, sont chacun composés de cinq jointures, en comptant les ongles pour une. Ses ongles sont hérissés de toutes parts de petits faisceaux de poils, tandis que les autres jointures sont sur leurs surfaces marbrées de taches faites en ondes, & sur les bords armés d'une dentelure de scie. Ses yeux sont gros, situés de chaque côté de son nez pointu. Du devant de la tête sortent quatre cornes, dont les deux plus longues sont faites par anneaux, & les deux autres plus courtes par de grandes articula- tions, dont la dernière jette un petit cornichon, & se termine enfin par un nœud.

Nº. 2. *Le même, vu par dessous.*

Ses articulations sont d'un bleu-pâle, & moins couvertes de co- que. Les autres parties de son corps sont d'un jaune-clair, & semblent cochées d'entaillures.

Nº. 3. *Ecrevisse de Mer, de Norvege.*

Nous l'avons reçu conservée dans de la liqueur, avec d'autres raretés de la Ville d'Ansoje en Norvege. Sa coque du dessus du corps se partage en croix, dont la ligne longitudinale est relevée en bosse. Ses yeux sont extrêmement gros; sa bouche finit en pointe, & donne quatre cornes, menues, faites par jointures. De la partie antérieure de la tête, naissent encore deux autres cornes articulées de la même maniere, mais beaucoup plus lon- gues. Sa queue est formée de huit tables, dont chacune fournit de chaque côté une nageoire bordée d'une frange de poils; la der- niere table de la queue plus large que les autres, est aussi liserée dans son contour d'un semblable effilé. Ses mains sont grandes, d'une

O

in ambitu dentatum, admodum longum, gerunt. His proxima bina pedum paria itidem exiguis forcipibus gaudent. At ultimi quatuor pedes unguibus tenuiter dentatis muniti sunt. Rara habetur hæc species, nec adeo frequenter reperitur. Dilute rubellus est color.

Num. 4. *Squilla, Crangon, Americana, major.*

Surinamo unà cum aliis missam accepi. Astaco fluviatili major est, testamque superiorem eleganter pictam monstrat. Oculi protuberant; multæque barbulae ori adsident. Breviora plura, & bina longiora cornicula inde exporriguntur. Flagella duo, longa, forcipata, in Squillis nostratibus haud occurrentia, gerit, quæ minutis punctis, tanquam verruculis, pulchre notata, longis, tenuibus, & acuminatis forcipibus instructa sunt. His proximum par pedum asperulis pariter forcipibus pollet. Reliqui pedes minutos in ungues desinunt, & subtus in principio villosi sunt. Cauda senis tegitur testis articulatis, quarum singulae pinnam gerunt brevibus pilis hispidam. Extremum caudæ pinnis itidem majoribus fimbriatur. Color est ubique rubicundus.

Num. 5. *Squilla, Crangon, Americana, altera.*

Hæc pariter Surinamensis, loco brachiorum forcipatorum, bina gerit cornua incurva, longum prominula, spinosa, crasso principio è capite oriunda, in acumen desinentia, ex aculeatis articulis, sese mutuo arcte excipientibus, constantia. Sub his bina alia visuntur minora, longioribus ex articulis constructa, in fine bifurcata. Supra oculos dein duo iterum incurva cornua, breviuscula, emergunt, quorum è radicibus fila duo, longa, tenuia, propullulant. Testa superior minutis aculeis, recurvis, horret. Caudam testæ sex articulatae, villosisque pinnis præditæ, tegunt: quæque extremo caudæ adherent, pinnae mediocriter latae sunt. Decem adsunt pedes, longi, simplicibus unguiculis instructi. Cauda, utpote carnem continens optimam, pro more omnium Astacorum & Squillarum, præ aliis omnibus pergratum præbet ferculum. Coctu superficies eleganter rubrum acquirit colorem.

Num. 6. *Squilla Groenlandica; mas.*

Alio penitus modo, quam nostrates, comparata hæc est. Decem gerit pedes longos, quinque ex articulis, longis, constructos, si ungues exceperis: eorum bini anteriores pilosis gaudent unguiculis; bini verò subsequentes minutis forcipibus instructi sunt. Testa superior acutis horret spinulis. Anterius sub oculis barba prominet, quam leni constituunt pili, quasi setacei, longissime exporrecti. Oculi protuberant, subque his binæ cernuntur pinnae villosæ, natatui inservientes. Cauda, in gibber curvata, octo constat articulis, versus extremum caudæ pinnatum sensim adtenuatis. Ad utrumque caudæ latus quatuor hærent pinnae, quarum singulae in binos desinunt incurvos unguiculos. Carnis parum inest. Sapor idem est ac nostratium.

Num. 7.

d'une égale longueur, armées de très-longues pinces dentelées en dedans & en dehors. Ses pieds sont au nombre de huit, dont les quatre premiers sont munis de petites pinces, & les quatre suivants se terminent en ongles dentelés en dents de scie. Cette Espece se trouve rarement. Sa couleur est d'un rouge fort pâle.

Nº. 4. *Squille d'Amérique, grande.*

Je l'ai reçue de Surinam; elle est plus grosse qu'une Ecrevisse de riviere, & a son écaille joliment madrée. Ses yeux sortent hors de la tête. Son museau est bordé de quantité de petites barbes. Elle pousse du devant de la tête plusieurs cornes, entre lesquelles il y en a deux beaucoup plus longues que toutes les autres. Elle est remarquable par deux grands bras fourchus, chagrinés de petits points, & armés de pinces longues, menues, pointues; ce qu'on ne voit point dans les Squilles de notre país. Ses deux premières pattes de devant sont aussi munies de petites pinces semblables de figure. Ses autres pieds sont velus par dessous, & se terminent en ongles courts. Sa queue est composée de six tables articulées, dont chacune donne une nageoire velue tout autour de petits poils. La dernière table de la queue se termine en nageoires effilées. Sa couleur est toute rouge.

Nº. 5. *Autre Squille, d'Amérique.*

Elle vient aussi de Surinam. Au lieu de mordans, elle a deux fort grandes cornes un peu courbées, grosses dans leur origine, s'amenuisant insensiblement, pointues au bout, formées de jointures ferrées & hérissées d'aiguillons. Deux autres cornes naissent sous celles-ci, mais plus minces, beaucoup plus petites, compo-

sées de longues articulations, & fourchues au bout. Sur le sommet de la tête au dessus des yeux, on voit deux autres cornichons recourbés, qui poussent de leurs racines deux longs filets menus en guise de cornes. Sa coque est armée sur le dessus du corps de pointes crochues. Sa queue est composée de six écailles articulées ensemble, qui ont de chaque côté des nageoires velues, dont celles du bout de la queue sont d'une médiocre largeur. Sa couleur quand elle est cuite devient d'un beau rouge, & la chair de sa queue est particulièrement un manger délicieux, ainsi que dans d'autres Squilles ou Ecrevisses.

Nº. 6. *Squille de Groenlande, Mâle.*

Cette Squille est faite tout autrement que celles de notre país. Elle a dix grands pieds formés de cinq articulations, sans compter les ongles. Les deux premiers pieds de devant finissent par un faisceau de poils; & les deux suivants ont de petites pinces. La croute qui couvre le dessus du corps est hérissée de courtes épines. Du devant de la tête, au dessous des yeux, naissent six longues cornes, ressemblant assez à de grandes foyes de sanglier. Ses yeux sont à fleur de tête, & ont par dessous deux nageoires velues pour nager. Sa queue courbée en bosse a huit articulations, qui vont en s'amenuisant insensiblement jusques à l'extrémité, laquelle se termine en aileron. Sur sa queue il y a de chaque côté quatre nageoires, qui finissent chacune en deux ergots crochus. Elle a peu de chair, mais au reste du même gout que celle de nos Squilles.

Nº. 7. *Femelle*

Num. 7. *Fœmella prioris, prona.*

Quoad formam mari suo convenit: at corpore est minore. Ovula eodem in loco, quo nostrates, gerit.

Num. 8. *Squilla marina, Batava; mas.*

E maximis hæc est speciebus. Binis duntaxat gaudet cirris longum prominulis, binisque aliis brevioribus, qui, extuberantes inter oculos, tanquam è naso, articulo triplici orti, bifidi deinceps protenduntur. Testa superior scuto longo, duriusculo, cujus extremum acuminatum oculos dispescit, tegitur. Antici duo pedes, pro Animalculi magnitudine, satis lati, loco forcipum, binos quilibet unguiculos, longiorem & brevior, gerunt. Pedes bini subsequentes subtus villosi sunt. Reliqui pedes, sub ventre siti, minutis singuli unguiculis gaudent. Cauda, senis conflata ex articulis, carnem edulem continens, aquæ falsæ incocta, recurvatur, quam qui deglubere satagit, utraque manu opus habet; siquidem sinistra manu prehendi caput, dextrâ cauda debeat, tumque tantillum ad se mutuo premi: ita testa caudæ facile secedit, & caro inde protrahitur. Ut minuta sint hæc Animalcula, haud desunt tamen Homines, quibus vel ea ferè sola, copiose ingesta, aut inter alios cibos assumta, integrum obsonii demensum constituunt. Sub cauda utrinque quini adhuc hærent unguiculi pilosi, ad natandum comparati. Testæ superiores punctis conspersæ sunt. Ad caudæ finem, qui latiusculus est, acuminata spina hæret.

Num. 9. *Squilla, mas, ex freto Davisii.*

Nostratibus pro parte accedit, nisi quod testa ejus superior glabra sit & gibbosa, pluresque barbam pili constituent. Anticis etiam pedibus bini sunt forcipes, uti in Astacis; & aculeatum corniculum supra nasum prominet.

Num. 10. *Fœmella prioris.*

Subtus numerosissimis obsita est ovulis. Cætera cum Mare convenit.

Num. 11. *Squilla mantis, Amboinensis.*

Hæc species, ex Amboina missa, plerumque ad squillas refertur, & hîc locorum quoque inter illas reperitur; licet multo minor sit. Dorsum ejus minimè scutatum est; sed testa superior è duodenis constat articulis, carnem continentibus. Barba, itidem geniculata, binos protendit pilos acuminatos, binosque alios quasi pennarum æmulos, tandemque duos adhuc breviores. Cæterum & antici pedes gemini magnis instructi sunt forcipibus spinosis; dum pedes reliqui in ungues desinunt, exceptis posticis, utpote qui longis admodum uncis terminantur. Pinnatæ locum caudæ molliculi quidam aculei suppleant.

Num. 12.

N^o. 7. *Femelle de la Squille précédente, vue par dessus.*

Sa figure est la même, & son corps un peu plus petit. Elle porte ses œufs dans le même lieu que les Squilles de nos côtes.

N^o. 8. *Squille de Mer de Hollande, Mâle.*

Celle-ci est une des plus grandes. Elle a quatre cornes, deux grandes, & deux fort courtes. Ces dernières naissent du devant de la tête, par une triple articulation, & se fendent ensuite en deux branches. Ses yeux sont gros, situés à fleur de tête. Sa croute sur le corps est revêtue d'une autre écaille dure, dont le bout pointu partage les deux yeux. Ses deux bras qui sont assez larges, ont au lieu de pinces deux ergots, dont l'un est long & l'autre très-court. Les deux pattes suivantes sont velues par dessous. Ses autres pattes sont munies de petits ongles. Sa queue est composée de six articulations, & contient une chair bonne à manger. Quand on cuit cette Squille dans de l'eau salée, la queue se recourbe si fermement que qui veut en tirer la chair, a besoin de tenir l'Animal des deux mains, de prendre la tête de la main droite, & la queue de la gauche, en presser un peu les coques l'une contre l'autre, & la chair en sort sans peine. Il y a des gens qui font leur provision de ces fortes de petites Squilles pour leurs repas, & les mangent ou seules en grande quantité, ou avec d'autres mets. Notre Squille a sous la queue cinq gros ergots velus, qui lui servent à nager. Les écailles qui la couvrent sur le dessus du corps, sont picotées de points. Sa queue se termine en une épine pointue au milieu de l'aileron.

N^o. 9. *Squille Mâle, du Détroit de Davis.*

Elle approche assez des Squilles de notre pais, mais elle a la croute lisse, relevée en bosse, plusieurs cornes au devant de la tête, ses deux pieds de devant fourchus comme les Ecrevisses, & sur le nez une petite corne pointue.

N^o. 10. *Femelle de la Squille précédente.*

Elle porte sous le corps un nombre prodigieux d'œufs, & du reste ressemble parfaitement à son Mâle.

N^o. 11. *Squille Devineresse, d'Amboine.*

Cette Espece d'Animal se met au rang des Squilles, quoique plus petit qu'elles. Le dessus de son corps cependant n'est point couvert de croute dure, mais formé d'une douzaine d'articulations qui contiennent intérieurement de la chair. Ses six cornes faites par jointures dans leur origine, finissent les unes en deux petites cornes, les autres en deux longues foyes piquantes, & la troisième paire en maniere de nageoires. Ses deux bras sont munis de pinces garnies d'épines. Ses pieds finissent simplement en ongles, excepté ceux de derriere qui se terminent en fourche. Sa queue est garnie d'éguillons flexibles en place de nageoires.

Num. 12. *Squilla mantis, Amboinensis, maxima.*

Nomen *Mantis* huic Squillæ datum est à Locustarum quadam specie, cui prope accedit. Aliis vocatur *Enchlorus*; Italis *Kambaretto*. Testa superior, è sedecim conflata articulis, scuto caret. Longiuseculi duo tubuli, subcurvi, oculos in fine suo sustinent; & præter hos cornicula duo, in principio geniculata, exporriguntur. Pedes bini, antici, longi, forcipati sunt. Sequuntur utrinque tres alii, acutis unguiculis instructi. Numerantur dein viginti alii pedes postici, admodum curti, bifidi. Ultimum tandem pedum par, longius, bifurcatum est. Cauda, uti prioris, è quatuor spinulis acuminatis constat.

TABULA VICESIMA ET SECUNDA.

Num. 1. *Cancer spinosus, maximus, Orientalis, Paguri species.*

Ad Paguros, de quibus ante egimus, pertinere videtur; siquidem testa superior spinis prægrandibus, crassis, acutis, Uncorum quasi æmulis, in ambitu horreat, ejusque area aliis tuberculis crassis, brevibus, itidem acuminatis, tanquam monticulis, inæqualis sit. Rostrum, sive os, longum prominens, ramosum, binis apicibus acuminatis terminatur. Oculi utrinque juxta acutos illos processus siti sunt: horumque a latere bini prodeunt pedes minuti, geniculati, geminatis unguiculis, quasi forcipibus, instructi, quorum ope esca ori ingeritur. Præterea bini adsunt majores, villosi, pedes, crassis præditi unguibus, eidem usui inservientes. Hos deinceps sequuntur flagella duo insignia, crassa, quorum dextrum, multo validius, in se met ipsum veluti coactum est. Forcipes horum pilosis undique fasciculis hispidi sunt. Sinistri tamen lateris forceps dextro multo est gracilior. Reliqui flagellorum articuli aculeis magnis, validis, acuminatis, armati sunt: itidemque pedes seni, longum protensi, quorum quilibet quinque gaudet articulis, nigroque ungue. Nec solum spinosa est testa superior, sed & marmoris in modum variegata; ejusque pars postica firmiter compacta, & rotundata est. Color ex ruffo flavescens pigmento Arantio variegatur.

Num. 2. *Cancer spinosus, seu Hippocarcinus, hispidus, Aldrovandi.*

Miratu dignissimus iste Cancer, Rumphio *Cancer saxatilis spinosissimus* dictus, non tantum in tegmine superiore, quod mire gibbosum, & quasi in montes & valles distinctum est, sed in aliis quoque partibus pilosa quasi tela, & pungentes aculeos, manipulatim compositos, ostentat. Caput, veluti turritum, acuminatum, spinosis processibus undique asperum est. Brachia itidem crassa, longa, ramos, in omni ambitu, ramorumque propagines emittunt. Quin vel ipsi forcipes similibus undique horrent. Octo postici pedes, pari modo constituti, aculeis crassis, pungentibus, simplicibus, ubique pleni sunt. Sic & cauda sese habet plurimis brevibusque articulis geniculata. Pedes posteriores in minutum & brevem terminantur unguiculum. Color dilute cinereo griseus per omnia regnat.

Num. 3.

N^o. 12. *Autre Squille Devineresse, d'Amboine, très-grande.*

Les Auteurs Latins lui ont donné le nom de *Mantis*, de la ressemblance qu'elle a avec une Espece de Sauterelle. Les Italiens la nomment *Kambaretto*. Sa croute sur le dessus du corps est composée de seize jointures. De la partie antérieure de la tête s'avancent deux tuyaux courbés, au bout desquels les yeux sont situés. Il sort aussi du front deux cornes articulées dans leur origine, & finissant en pointe. Ses deux mains sont grandes & armées de pinces. Ses trois premiers pieds de chaque côté, sont munis de petits ongles aigus. On lui compte encore vingt autres pieds très-courts & un peu fourchus; suivent enfin deux autres pieds beaucoup plus longs & plus fourchus. Sa queue se termine par quatre pointes crochues.

tions, & garnies au bout de deux ergots en forme de pinces, avec lesquels il porte sa nourriture à la bouche. A côté de ces petites pattes sont deux autres pieds plus grands, velus, & munis de gros ongles servant au même usage. Enfin à la droite & à la gauche de ces deux pieds velus, s'avancent ses deux prodigieux bras, garnis par-tout de grands piquans. Le droit est beaucoup plus fort, plus large, & plus ramassé que le gauche. Leurs pinces sont hérissées de faisceaux de poils, mais la pince du bras droit est plus grosse que celle du bras gauche. Ses gros pieds au nombre de six, sont d'une extrême longueur, formés de cinq jointures, que termine un ongle noir. La coque qui le couvre sur le dessus du corps, est non seulement sursemée de tubercules aigus, mais encore décorée d'une jolie marbrure. Cette coque devient aussi plus ferrée & plus arrondie sur le derrière du corps. Sa couleur est en partie orangée, en partie d'un roux jaunâtre.

N^o. 2. *Autre Cancre hérissé d'éguillons.*

Ce Cancre est vraiment digne d'admiration, c'est le *Cancre Saxatile chargé d'éguillons* de Rumphius; en quoi il est bien nommé, car il n'est pas seulement hérissé de piquans par bouquets sur toute la coque du dessus du corps, mais il est garni sur tout le reste du corps, ou d'épines, ou de faisceaux de poils aigus. Sa coque est ici convexe, relevée en bosse, & là affaissée & allant en pente. Sa tête pointue est défendue de tous côtés par des épines avancées. Ses bras fourchus sont gros, longs, jettant de toutes parts des branches épineuses, aussi bien que les pinces. Ses huit pieds sont faits de la même manière, & se montrent par-tout armés de forts éguillons pointus. Il en est de même de la queue, qui est formée de plusieurs courtes articulations. Ses pieds de derrière sont munis d'un ongle mince & court. Sa couleur est par-tout d'un gris-cendré clair.

N^o. 3. *Le*

PLANCHE VINGT-DEUXIEME.

N^o. 1. *Cancre Oriental tout hérissé d'épines, très-grand; Espece de Squinado.*

Il semble en effet qu'il appartient aux Cancres surnommés Squinado, dont nous avons parlé ci-dessus; car il est de toutes parts hérissé de très-grandes & très-grosses épines pointues, comme aussi de tubercules gros, courts, piquans, qui rendent sa surface extraordinairement inégale & raboteuse. Son bec branchu s'avance fort avant, & se termine en deux pointes aiguës, vers lesquelles ses yeux sont situés. De chaque côté paroissent encore deux petites pattes extrêmement menues, composées d'articula-

Num. 3. *Idem supinus.*

Hæc ejus superficies haud minus spinosa est. Jure profecto adpellari posset *Noli me tangere*: vivum enim qui contrectare aufit, haud sane illæsus recesserit. Neque & alia Animantia ei tantopere undique armato injuriam facile inferre posse videntur. Ecce miracula Summi Conditoris, universam per naturam rerum disseminata! ut Homini infinita Ejus potentia, quam creata quævis loquuntur, manifesta fiat, & calcar addatur ad sanctissimum. Ejus nomen cultu devotissimo omnique præconiorum genere extolendum.

Num. 4. *Cancer Brachycheilos, crumenatus, ruber, Americanus.*

Minio veluti infectus dilute flavis maculis variæ formæ, marmoris instar, variegatur. Utrouque è latere obtusus quidam extat processus, ejusmodi hemicyclo similis, quo crumenas suas firmant mulierculæ. Pars antica lata est & rotunda; postica vero angustius convergit. Oculi protuberantes, in testa superiore collocati, multum ab invicem distant. Specimen hoc, utpote brachiis, pedibus & cauda carens, primum duntaxat demonstramus.

Num. 5. Aliam hic exhibemus testam, brachiis & pedibus mutilam, Cancris ad Paguros spinosos pertinentis, illi, quem sub Num. 1 hujus Tabulæ depictum dedimus, proxime accedentis. Spinis ea undique & tuberculis eleganter inæqualis, ex pallide cinereo-flavo perfundata; diluto rubore quam pulcherrime illuminatur.

Num. 6. *Testa Cancris Coronati, Orientalis.*

Clausum hæc diadema refert; quum ornatu certe insolito superba, varias elaborata in figuras, profundis fulcis, nubeculas quasi efformantibus, distincta, parte postica minutis tuberculis globosis, tanquam gemmulis, & adparatu dentato, lineam unionum æmulante, in ambitu fimbrietur. Oculi minime, uti in aliis Cancris, articulo sustinentur, sed ampli, ex orbitis suis protuberantes, saturate Arantii sunt coloris.

T A B U L A V I C E S I M A E T T E R T I A.

Postquam Cancrorum atque Astacorum historiæ in Tabula præcedente finem imposuimus, proximum est, ut transeamus ad exhibenda quædam è Museo nostro specimina Piscium fluviatilium & marinorum, exoticorum, præcipue vero illorum, quos apud alios Authores vel non, vel alia in formâ & specie, repræsentatos invenire licet. Nec enim omnibus eadem semper occurrunt, sed alii alia acquirendi occasione gaudent, quæ, licet idem ad genus pertineant, specie tamen multum inter se discrepant: unde uno ab Homine omnibus absoluta numeris Historia expectari vix potest; siquidem nova quotidie & incognita ipsi offerantur ex inexhausto copiæ cornu Omnipotentis Conditoris, cujus adeo numerosa sunt Opera, ut eorum reperiri finis nunquam valeat.

Num. 1.

Nº. 3. *Le même, vu par dessous.*

Il n'étoit pas une moindre quantité d'épines dans cette posture: on pourroit l'appeler avec raison l'Animal *Noli me tangere*, car qui oseroit le prendre vivant ne le feroit point sans piquure, & il ne semble pas que d'autres Animaux puissent aisément l'attaquer. Tels sont les Ouvrages merveilleux du Créateur, qui découvrent aux Hommes sa puissance infinie pour les exciter à le servir, & à louer de plus en plus son saint Nom!

Nº. 4. *Cancres rouge, d'Amérique, aux bras courts.*

Il est par-tout pénétré d'un rouge orangé fort vif, avec une marbrure de taches jaunâtres diversément figurées. De chaque côté est une apophyse approchant de figure à ces Carcans dont les Hollandoises se servent pour tenir leurs bourses fermées. Sa partie antérieure est ronde, large, mais la postérieure est étroite. Ses gros yeux sont placés dans la coque de dessus, à un grand éloignement l'un de l'autre. Comme ce Cancres n'a ni pieds ni queue, il suffit de le faire voir par dessus.

Nº. 5. Nous représentons ici une Coque d'un autre Cancres dénué pareillement de bras & de pieds, & qu'on doit ranger parmi les Squinados armés d'épines, ressemblant de figure à celui que nous avons dépeint au Nº. 1 de cette Planche. Sa coque hérissée de toutes parts de pointes & de tubercules, est cendrée-jaune, mêlée de nuances d'un rouge-pâle.

Nº. 6. *Coque d'un Cancres Couronné, des Indes Orientales.*

Elle ressemble à une Couronne fermée. Effectivement elle est superbe par ses ornemens singuliers, qui forment diverses figures ouvragées, & découpées par plusieurs sillons en forme de nuages. Elle est relevée sur la partie postérieure de quantité de tubercules ronds, qu'on prendroit pour un assemblage de pierres précieuses, que borde tout autour une jolie denture qui imite un cordon de petites perles. Ses gros yeux de couleur orangée-sombre ne sont point défendus, comme dans les autres Cancres, mais sortent ici de leurs orbites.

PLANCHE VINGT-TROISIEME.

Après avoir donné dans la Planche précédente l'Histoire Naturelle des Cancres & des Ecrevisses, nous allons parler de quelques Poissons Exotiques de Mer & de Rivière que nous conservons dans notre Cabinet, mais principalement de ceux dont on ne trouve ailleurs aucune mention, ou qui sont représentés par d'autres Auteurs sous une forme différente, ou dont il y a diverses autres Espèces; car il n'est pas possible d'acquérir toutes les Espèces d'Animaux qui appartiennent à un même Genre, ce qui fait qu'on ne peut attendre d'un seul homme une Collection complète à tous égards: chaque jour il se présente à ses recherches des choses nouvelles du sein inépuisable de la Nature, dont les productions sont en si grand nombre qu'on n'y rencontre point de fin.

P

Nº. 1. Perc-

Num. 1. *Histrix Piscis, seu Orbis echinatus, vel muricatus, major, Americanus.*

Belgis vocatur *Snottolf* & *Diabolus marinus*, siquidem ob aculeos, quibus, tanquam armis, undique horret, aliis omnibus Piscibus formidabilis est. Laterales aculei longissimi sunt, admodum acuminati, & ossea duritie præditi: dorsales vero, breviores, spadiceis maculis, more Tigrino, variegantur. Venter, haud maculatus, ubique albicat. Aculei radicibus trigonis in cute firmati hærent vix vi elidendi. Caput minutum & planum est. Externum oris ambitum bini constituunt dentes magni, teretes, Lunæ dimidiatæ in modum sese mutuo excipientes: intus vero innumeri præterea eminent denticuli, acicularum instar acuminati. Oculi permagni, extuberantes, cute obducti sunt. Cauda, pro rata minus longa, in angustum convergens, undique maculata, latam gerit pinnam. Carnis parum ipsi inest; maximam vero molem corporis constituunt ossa & cutis, quam vivens Piscis aëre hausto quam validissime distendere valet. Ex Insula S. Eustachii hicce ad me pervenit una cum aliis hoc ad genus pertinentibus, quorum mox dabimus icones. *Clusius, Exotic. l. VI, c. 21, & Rajus, in Synops. P. p. 42* istud quoque genus describunt.

Num. 2. *Idem supinus.*

Num. 3. *Orbis muricatus & reticulatus, sive Ostracion subrotundus, aculeis undique brevibus, triquetris, armatus.*

Rarior est hic Piscis, nec adeo frequenter occurrit: interim describitur tamen à *Listero in Ichthyotr. Willoughb. p. 155, & a Rajo p. 42, n. 5.*

Num. 4. *Ostracion bidens, sphericus, aculeis undique densis, triquetris, armatus; seu minor orbicularis, Listeri in Ichth. Will. p. 155; Raji p. 42, n. 4.*

Pisciculus hic, pilâ lusoriâ haud major, sphericus, cauda carens, tenuibus undique spinis horridus. Minuto gaudet capite & ore, eadem ratione, ac in prioribus, comparato. Ad utrumque capitis lateris pinna hæret exigua. Cæterum vix ossei quidquam in eo comparet; totus enim venter cavus est, distentus, & translucidus, inflatæ instar vesiculæ. Aculei radicibus triquetris in cute defixi sunt.

Num. 5. *Ostracion Catheto-plateo-oblongus; ventre tantum aculeato & subrotundo.*

Cauda oblongum reddit hunc Piscem, qui alias globi instar rotundus foret. Venter, vesicæ instar inflatus, spinulis extus undique obsitus est minutis, exacto ordine digestis, brevibus, admodum acuminatis. Caput perpusillum quatuor in ore monstrat dentes valde productos. Oculi prægrandes sunt & lucidi. Dor-

Nº. 1. *Porc-épi de Mer, ou Poisson rond, grand, d'Amerique, armé de pointes faites en chauffe-trapes.*

Les Hollandois l'appellent *Snottolff*, autrement *Diable de Mer*, à cause des pointes dont il est hérissé par tout le corps, & qui le rendent formidable à tous les autres Poissons. Les pointes des côtés sont les plus longues, très-aiguës, & aussi dures que des os. Celles qui garnissent le dos sont plus courtes, & madrées de taches chatain. Son ventre est tout blanc sans madure. Ses pointes sont si fermement fichées dans la peau par de triples racines, qu'on peut à peine les en arracher. Sa tête est petite, plate. Le contour extérieur de sa gueule est formé par deux grandes dents, rondes, qui entrent l'une dans l'autre en faisant un demi-croissant. L'intérieur de la gueule est garni d'une infinité de petites dents pointues comme des éguilles. Sa queue à proportion du corps est petite, toute tachetée, va en s'étrécissant, & finit par une large nageoire. Ce Poisson contient peu de chair; la masse de son corps ne vient que de la grosseur de ses os, & de sa peau, laquelle il enfle d'air extraordinairement pendant qu'il vit. On me l'a apporté de l'Isle St. Eustache, avec d'autres du même Genre dont nous donnerons aussi tout-à-l'heure les Figures. *Clusius* au reste a décrit ce Genre de poissons dans son Ouvrage des *Choses Exotiques* Liv. VI, Ch. 21, & *Ray* dans son *Abregé des Poissons*, pag. 42.

Nº. 2. *Le même, vu par dessous.*

Nº. 3. *Autre Porc-épi de Mer, hérissé de courtes pointes à trois racines.*

Ce rare Poisson se trouve décrit par *Lister* dans *Willoughby*.

Voyez *Willoughbeji Ichthyographia, Oxonii 1686. in folio, pag. 155, & Ray Synopsis Avium & Piscium, Londini 1713. 8º. pag. 42, Nº. 5.*

Nº. 4. *Troisième Porc-épi de Mer, petit, rond de corps, tout armé de pointes à trois racines. De Lister dans l'Ichtyogr. de Willoughby, pag. 155, & Ray pag. 42.*

Ce petit Poisson est de la grosseur d'une Bâle de jeu de Paume, rond, sans queue, hérissé de pointes déliées. Il a la tête & la bouche petites, faites d'ailleurs comme celles de ceux qui précèdent, avec cette différence qu'il porte une nageoire de chaque côté de la tête. Du reste, il semble n'avoir point d'os, car tout son ventre est creux, tendu, & transparent comme une vessie pleine d'air. Ses pointes sont plantées dans la peau par de triples racines.

Nº. 5. *Porc-épi de Mer, plat-oblong, à longue queue, & armé de piquans sous le ventre.*

Il seroit tout-à-fait rond sans sa queue, qui lui donne une figure oblongue. Son ventre paroît enflé comme une vessie pleine d'air, & est tout hérissé de petites pointes, courtes, aiguës, disposées avec ordre. Sa tête est petite, & sa bouche garnie de quatre dents fort longues. Ses yeux sont gros & brillans. Son dos est lisse,

Dorsum læve est, & ad latera lineis transversalibus, latis, spadiceis, liratum. Cervici binæ adsident pinnae. Supra caudam itidem & subtus circa anum pinna hæret. Cauda ipsa satis late pinnata est. *Piscesc* *Vesicarium* vulgo adpellare solent. Ex Indiis Orientalibus & Occidentalibus ad nos defertur.

Num. 6. *Orbis Lagocephalus.*

Priori perquam similis hic est, sed minor, & supra dorsum spadiceis tæniis latiusculis, ad latera vero paulum dilutioribus maculis distinctus. Cæterum superna facies lævis est & plumbei coloris. *Grew R. S. Mus. & Raj. pag. 43, num. 3, eundem quoque describunt.*

Num. 7. *Orbis, Piscis Solaris dictus.*

Est hic *Lumpus Anglorum* juxta *Gesner. Paral. pag. 1284, Ed. Francf. Aldrovand. Lib. III, cap. 68, pag. 179; Willoughby pag. 208; Raj. pag. 77. Lepus marinus nostras, Orbis species, vocatur Schoneveldio, pag. 41. Snottolf & Zonne-visch Belgis; Anglis the Lump-fish.*

Corpus ejus breve, crassum, quodammodo subrotundum & heptagonum est. Dorsum acutum, gibbosum. Venter latus, planus & sessilis. Rictu gaudet mediocri. Aperturæ branchiarum exiguæ sunt. In utraque maxilla & ad fauces permulti denticulorum ordines extant. Color in recens capto est ex rubescente & nigricante mixtus. Squamis caret; sed cutis tenax asperis undique & nigrescentibus obsita est tuberculis, quorum majora per septem series supra dorsum, juxta longitudinem, extenduntur ita, ut in utroque latere ternæ emineant series, quarta vero impar in ipso dorsi medio: unde Piscis quodammodo heptagonus efficitur. Ordo dorsalis tubercula continet XII majora; lateralium supremus circiter XXX; medius XX; infimus verò IX. Interim horumce tuberculorum numerus haud in omnibus idem est. Ante pinnam dorsalem appendix quædam cutacea prominet. In extremo dorsi, versus caudam, pinna hæret unica, X officulis constans: pinnae vero pectorales, latæ, officulis constant XX. Pinna ventralis, singularis, fimbriæ subrotundæ instar, horizontaliter pectori adfixa, in medio exiguas quasdam porrigit appendices, XV circiter numero, radiati quidpiam æmulantes: unde hunc Piscem signo Solis decoratum vulgo perhibent. E regione pinnae dorsalis alia ani pinna eminet, officulis IX ad X prædita. Cauda quadrata XII constat officulis.

Reperitur hæc Piscium species in Oceano Britannico, Germanico, & Mari Balthico. A Piscatoribus sæpe ejusmodi Orbes inter Afellos reti capiuntur; qua occasione iis quandoque etiamnum viventibus positus sum. Quin & in Mari nostro Meridionali dicto dantur a V ad VI libras pendentes. Officula eorum omnia cartilaginea sunt, & caro adeo mollis, ut gelatinam quasi referat: unde vel bidui spatio mortui penitus concidunt, & in tabum glutinosum, valde fœtidum, computrescunt: spiritu autem fermentato conditi sensim durefcunt, sicque conservari possunt.

Num. 8. *Idem supinus.*

Num. 9.

lisse, barré sur les côtés de larges rayes transversales, chatain. De chaque côté de la tête pend une nageoire. Il en a encore une autre sur la queue, & une sous le corps près de l'anus. Sa large queue se termine aussi en forme de nageoire. Ce Poisson nous est apporté des Indes Orientales & Occidentales.

Nº. 6. *Poisson rond à tête de Lievre; De Grew.*

Il ressemble entierement au précédent, & est seulement plus petit; du reste rayé sur le dos de bandelettes chatain, & marquée sur les côtés de taches plus claires pour la couleur. Le dessus de son corps est lisse, de couleur plombée. *Neh. Grew le décrit dans son Museum Reg. Societ. imprimé à Londres en 1681 in folio, pag. 108; & Ray dans son Ouvrage indiqué ci-dessus pag. 43. Num. 3.*

Nº. 7. *Poisson rond, nommé Solaire.*

C'est ici le Poisson que les Anglois nomment *the Lump-fish*, en Latin *Lumpus Anglorum* suivant *Gesner, Aldrovand. Liv. III, Ch. 68, pag. 179. Willoughby pag. 208. Ray pag. 77. Schoneveld l'appelle Lepus marinus nostras, Orbis species, pag. 41. Les Hollandois Snottolf, & Sonvisch.*

Son corps est ramassé, gros, un peu arrondi, & comme heptagone. Son dos est bossu, & pointu. Son ventre est large, plat, & fendu. Sa gueule est d'une grandeur médiocre. L'ouverture de ses Oüies est petite. Ses deux mâchoires & son gosier sont garnis de plusieurs rangées de petites dents. Sa couleur, quand

on vient de le prendre, est mêlée de rouge & de noir. Il n'a point d'écaïlles, mais sa peau tenace est hérissée de toutes parts de tubercules rudes, noirâtres, dont les plus gros sont distribués le long du dos en sept rangées, de telle façon qu'il y en a trois de chaque côté, & une au milieu du dos; ce qui donne à ce Poisson une espece de figure heptagone. La rangée de tubercules qui tapissent le dos, en contient douze grands. La rangée supérieure des côtés en a trente ou environ; celle du milieu vingt; l'inférieure neuf; mais il faut remarquer que ce nombre n'est pas toujours uniforme. Au devant de la nageoire du dos s'avance une appendice cutanée. A l'extrémité du dos près de la queue est une nageoire formée de dix osselets cartilagineux; les nageoires de la poitrine sont larges, & composées de vingt petits os. La nageoire du ventre qu'on voit attachée horizontalement sous la poitrine, est vraiment singulière; car elle jette de son centre autour d'une quinzaine de barbes, qui ont quelque ressemblance avec des rayons; d'ou vient qu'on dit communément que ce Poisson porte la figure d'un Soleil. A l'opposite de la nageoire du dos, s'avance la nageoire de l'anus, formée de neuf à dix arrêtes. Sa queue quarrée en a douze.

Cette Espece de Poisson se trouve dans la Mer Baltique, la Mer d'Allemagne, & la Mer d'Angleterre. Les Pécheurs les prennent dans leurs filets avec les Merlus, & de cette maniere j'en ai eu quelquefois de vivans. On en trouve même dans le Zuider-Zée qui pesent cinq à six livres. Leurs os sont entierement cartilagineux. Leur chair est si molle, qu'elle ressemble presque à de la gelée; aussi au bout de deux jours elle se change par la nourriture en une saïnie extrêmement puante; mais en mettant ces Poissons dans de l'Esprit, ils se durcissent insensiblement, & se conservent fort bien.

Nº. 8. *Le même, vu par dessous.*

P 2

Nº. 9. *Aus*

Num. 9. *Ejusdem speciei alius, minimus.*

TABULA VICESIMA ET QUARTA.

Num. 1. *Ostracion tetraodon, subrotundus; dorso lineis nigris vario; aculeis brevissimis undique.*

Capite gaudet obtuso, crasso corpore, quod in ambitu subrotundum est. Os angustum labiis pollet crassis, duosque dentes maximos, sibi contiguos, utraque in maxilla monstrat. Nares amplum patulæ sunt; oculi elliptici; apertura Branchiarum exigua. Cutis tenax aculeis creberrimis, caudam versus pressulis, undique contegitur, capite excepto, quippe quod aculeis caret. Venter & tota pars inferior albescit; dum dorsum obscure fuscum lineis quinque nigris, latis, transversis, variegatur. Pinna dorsalis XI constat officulis; pectorales duæ singulæ officulis XVII; ani denique pinna officulis X. Cauda in extremo æqualis est, vel parumper convexa.

Num. 2. *Ostracion tetraodon, subrotundus, albescens, aculeis exiguis, depressis, in dorso & ventre.*

In omnibus propemodum cum præcedente convenit: sed magis undique albicat, inque dorso ex fusco rubescit, lineis nigris, transversalibus, carens. Quin & aculei minus crebri sunt, exigui, & quasi cuti adnati, hinc adeo parum stabiles, ut haud multum pungant. Cauda cum capite aculeis expers est. Pinnæ omnes albæ sunt: pectorales singulæ officulis XVI ad XVII; dorsalis XIII; ani pinna XI constat.

Num. 3. *Ostracion triangulatus, figuris hexagonis, parum tuberculosis & quasi radiatis: aculeis duobus in imo ventre.*

Vocatur *Listero* in *Append. ad Ichthyol. Willoughb. pag. 20*, & *Rajo pag. 45, num. 8, Piscis triangularis, parvus, non nisi imo ventre cornutus.* Nobis merito inter Ostraciones videtur referendus.

Num. 4. *Ostracion quadrangulus, tuberculis & maculis variis, nigricantibus, lineaque longitudinali in dorso ornatus.*

Et hunc *Listerus* in *Append. ad Ichthyol. Willoughb. pag. 20*, & *Rajus pag. 45, Piscem vocat mediocrem, quadrangularem, maculosum.* Pinna dorsi officulis gaudet IX; ani pinna VIII tantum.

Num. 5.

Nº. 9. *Autre Poisson de la même Espece, plus petit.*

qu'il est tout blanc sur le ventre, & sur le dos d'un brun rougeâtre, sans rayes transversales. Ses pointes sont en moindre quantité, petites, & comme accrues à la peau, de sorte qu'elles sont moins fermes, & piquent peu. Sa tête & sa queue n'en ont point. Toutes ses nageoires sont blanches. Celles de la poitrine sont composées de seize à dix-sept arrêtes, celles du dos & de l'anus d'onze.

PLANCHE VINGT-QUATRIEME.

Nº. 1. *Ostracion, ou Poisson dur, rond de corps, barré de rayes noires sur le dos, & armé de piquans très-courts.*

Il a la tête obtuse, le corps rond & ramassé. Ses babines sont épaisses. Sa gueule étroite, est garnie dans chaque mâchoire de deux grandes dents, contiguës l'une à l'autre. Ses narines sont fort ouvertes, ses yeux elliptiques, l'ouverture de ses ouïes petite. Sa peau tenace est par-tout couverte de pointes couchées du côté de la queue; sa tête seule est dénuée de piquans. Tout le dessous de son corps est blanc, mais son dos est d'un brun obscur, traversé de cinq rayes noires & larges. Sa nageoire du dos est formée d'onze arrêtes, les deux du ventre chacune de dix-sept, celle de l'anus de dix. Sa queue est un peu convexe au bout.

Nº. 2. *Autre Poisson de la même Espece, rond, blanc, à courtes pointes couchées.*

Il ressemble presque en tout au précédent, avec ces differences

Nº. 3. *Autre Ostracion, petit, garni de deux pointes sous le bas-ventre.*

Lister dans son Appendice au Livre des Poissons de *Willoughby*, & *Ray pag. 45, n. 8*, l'appellent *Piscis triangularis, parvus, non nisi imo ventre cornutus.* Nous le rangeons avec raison parmi les Ostracions.

Nº. 4. *Ostracion de forme quadrangulaire, couvert de tubercules, marqueté de diverses taches noirâtres, & barré sur le dos d'une raye longitudinale.*

Lister dans le Livre de *Willoughby*, & *Ray pag. 45*, le définit à peu près par les mêmes Epithetes que nous. Sa nageoire du dos est faite de neuf arrêtes, & celle de la queue de huit.

Nº. 5. *Autre*

Num. 5. *Ostracion quadrangulus; nigrescens; tuberculis minimis & maculis albis varius.*

Dorso est lato, non gibboso; ventre paulo, quam dorsum, latiore. Supercilia minime elata sunt. Os exiguum dentes monstrat X in maxilla inferiore, VII circiter in superiore, qui crocei sunt coloris. Squamæ hexagonæ per totum corpus tuberculis minimis asperæ; albisque maculis plurimis variæ cernuntur: creberrimæ tamen & minimæ sunt maculæ dorsales. Pinnae pectorales singulas ossicula X; dorsalem, & ani pinnam itidem X constituunt ossicula. Longitudo circiter IV est unicarum, latitudo maxima unius uncia & V circiter linearum. Per latera striæ rhomboidales & triangulæ regnant.

Num. 6. *Ostracion triangulus; tuberculis exiguis, innumeris, asper; aculeis carens.*

Listero in *Append. ad Ichthyol. Will.* p. 28; & *Rajo* p. 45, num. 9. *Piscis triangularis, ex toto cornibus carens, audit.*

Num. 7. *Ostracion triangulatus, totus maculosus & tuberculofus, aculeis duobus in imo ventre.*

Piscis mediocris, triangularis, ad imum ventrem, prope caudam, tantum cornutus, ex toto maculis aqualibus, subruffis, dense insignitus, Listeri in Append. ad Willughb. p. 20, & *Raji* p. 44, n. 7.

Num. 8. *Ostracion quadrangulus, aculeis duobus in capite & totidem in imo ventre.*

Henrico Ruyschio Tab. IX, fig. VIII, p. 17, Pisciculus hic idiomate Belgico 't Zeekatje cluit.

Num. 9. *Ostracion antierius quadrangulus, sed dorso acuto, gibboso; aculeis duobus in capite, & totidem in ventre.*

Piscis est exiguus, antierius ad caput quadrangulus, ad partem vero posteriorem, pone oculos, triangulari figuræ magis accedit; siquidem dorsum in carinam altam, gibbosam, acutam, extumescat, & sic cum lateribus unicum quasi latus duntaxat constituat. Venter latus est: os exiguum, multisque præditum denticulis. Oculi rotundi Iride argentei coloris pollent. Figuræ trigonæ & rhomboidales in dorso, capite, & lateribus regnant. Color obscure canus est, quasi lutescens, nullis maculis varius. Pectorales pinnae XII singulæ ossicula gerunt; in dorso & ani pinna X duntaxat numerantur. Aculei quatuor, magni, duo in capite, & totidem in imo ventre, retrorsum protenduntur.

Num. 10.

Nº. 5. *Autre Ostracion de forme quadrangulaire, noirâtre, garni de petits tubercules, & parsemé de taches blanches.*

Son dos est plat, large, mais moins que le ventre. Ses fourcils sont peu élevés. Son petit museau est garni de dix dents dans la mâchoire inférieure, de sept ou environ dans la supérieure, toutes d'un jaune de safran. Ses écailles hexagones sont tapissées sur tout le corps de petits tubercules, & mardées de plusieurs taches blanches; celles du dos sont plus petites & en plus grand nombre. Ses nageoires du ventre, du dos, & de la queue sont formées chacune de dix arrêtes. Sa longueur est de quatre pouces, sa plus grande largeur d'un pouce & de cinq lignes. Ses côtés sont sillonnés de cannelures rhomboïdes & triangulaires.

Nº. 6. *Ostracion triangulaire, sans piquans, mais chargé de tubercules.*

Lister dans son Appendice à l'Ouvrage des Poissons de Willoughby, & Ray pag. 45, n. 9. en donnent la description caractéristique.

Nº. 7. *Autre Poisson de même nom, tout couvert de tubercules & de taches, armé de deux pointes sous le ventre.*

C'est, dit Lister dans son Appendice au Livre de Willoughby, & Ray pag. 44, n. 7. un Poisson de médiocre grosseur, triangulaire, armé seulement de pointes sous le ventre, près de

Tom. III,

la queue, par-tout sursemé de taches rouffâtres, de grandeur assez égale; & en grand nombre.

Nº. 8. *Autre Ostracion, de forme quadrangulaire, hérissé sur la tête de deux pointes, & d'un pareil nombre sur le ventre.*

Henri Ruysch l'a dépeint Planche IX; Fig. VIII, pag. 17 de sa *Description des Poissons d'Amboine*, laquelle est au devant du Livre d'Histoire Naturelle de Johnston. Les Hollandois nomment ce petit Poisson 't Zeekatje.

Nº. 9. *Ostracion, de forme quadrangulaire par devant, dont le dos est pointu, relevé en bosse, la tête aussi bien que le ventre hérissée de deux pointes.*

C'est un petit Poisson, d'une figure quadrangulaire en devant de la tête, qui dans la partie postérieure derrière les yeux approche davantage de la forme triangulaire, car son dos s'éleve en maniere de quille de Vaisseau, & ne fait qu'un seul corps avec les côtés. Son ventre est large. Sa bouche est petite, garnie de plusieurs petites dents; ses yeux ronds ont l'Iris argentine. Son dos, sa tête, & ses côtés sont décorés de figures triangulaires & rhomboïdes. Sa couleur est d'un blanc sale, tirant sur la couleur de la boue, unie, sans taches. Ses nageoires sous le corps ont chacune douze arrêtes, tandis que celles du dos & de la queue n'en ont que dix. Son ventre & sa tête sont hérissés chacun de deux grandes épines, qui sont couchées en arriere.

Q

Nº. 10. Ostr

Num. 10. *Ostracion oblongo-ovatus, aculeis undique longis, teretibus & retroversis.*

Caput ejus exiguum est, subacutum: corporis vero ambitus rotundus. Os non magnum dente unico, magno, in limbo utriusque maxillæ gaudet. Oculi satis ampli cute communi capitis obducuntur. Venter albescit; dorsum nigrescit. Aculei longi, teretes, acuti, caudam versus reclinati, totum corpus obsident. Pinnae pectorales, in mediis lateribus sitæ, officulis constant 22, pinna dorsi, versus caudam collocata, officula monstrat 14; ani pinna, priori è regione opposita, officulis constat 12; cauda exigua officulis 9 ad 10. Longitudo corporis est trium unciarum.

Num. 11. *Ostracion unciali minor, subrotundo-quadrangulus, maculis nigris variis.*

Corpus 6 ad 7 lineas longum est, 3 ad 4 lineas latum. Os minutum plurimis denticulis armatum est. Oculorum Iris albedine argentea splendet. Trigona atque rhomboidales figurae leviter in corpore adumbratae sunt, ut parum admodum oculis pateant. Color cæterum ex albo canescens, maculis nigricantibus, subrotundis, undique variis, superficiem tingit. In pinnis pectoralibus officula 11; in dorsali 9, totidemque in ani pinna numeravi. Nulli uspiam in corpore aculei comparent.

Num. 12. *Ostracion triangulus, tuberculis exiguis, innumeris, asper, aculeis carens, major.*

Videtur hic ejusdem esse speciei, ac prior sub Num. 6 exhibitus: solâ enim magnitudine ab eo discrepat. Maculae albicantes totam superficiem, excepto ventre, distinguunt simili modo, ac in præcedente Num. 6.

Num. 13. *Ostracion quadrangulus, minor, subflavescens, figuris hexagonis, veluti radiatis, undique pictus; aculeis duobus in capite, & totidem in imo ventre armatus.*

Ita omnes, meo quæ Museo continentur, *Ostracionum* exhibui species: sequitur proxime, ut de *Balistarum* genere agam.

Num. 14. *Balistes, tribus in dorso aculeis, & cauda admodum bifurca conspicuus.*

Guaperua vocatur Brasiliensibus; *Peixe Porco* Lusitanis, juxta *Marggrav. Lib. IV, c. 12*, & *Johnston: p. 131, Tab. XXXIV, Fig. 2*. Caput & corpus perpendiculariter lata sunt: os angustum: dentes magni, contigui, quorum octo in utraque maxilla præ reliquis conspicui sunt. Squamæ satis magnæ, quadratae, durissimæ, superficiem tegunt, cujus color canescens lineis duabus, latis, cæruleis, transversim à rostro

Nº. 10. *Ostracion, de figure ovale, armé sur tout le corps de grandes pointes, couchées en arriere.*

Sa tête est petite, un peu pointue; son corps est rond; sa gueule n'est pas grande, & n'est garnie que d'une seule dent, longue, plantée au bord de chaque mâchoire. Ses yeux assez gros sont couverts du tégument commun de la tête. Son ventre est blanchâtre, & son dos noirâtre. Ses piquans sont longs, ronds, pointus au bout, & renversés du côté de la queue. Ses nageoires de la poitrine situées sur le milieu des côtés, sont faites de vingt-deux arrêtes. Sa nageoire du dos située près de la queue, en a quatorze. Celle de l'Anus directement opposée à la précédente, en a douze, & sa petite queue neuf à dix. La longueur de tout le corps est seulement de trois doigts.

Nº. 11. *Ostracion sans pointes, moins grand qu'un pouce, tirant sur une figure ronde-quadrangulaire, marqueté de taches noires.*

Son corps n'a que six à sept lignes de long, sur trois à quatre de large. Sa petite bouche est aussi garnie de plusieurs petites dents. L'Iris de ses yeux est d'un brillant argentin. Son corps est légèrement ombré de figures triangulaires & rhomboides, qui paroissent peu à la vue. Sa couleur est d'un blanc gris, nuancé de taches noirâtres de figure presque ronde. J'ai compté onze arrêtes dans ses nageoires de la poitrine, neuf dans celles du dos, & autant à la queue. Il n'est jamais armé d'aucunes pointes.

Nº. 12. *Autre Ostracion, plus grand, sans pointes, de figure triangulaire, couvert d'une infinité de petits tubercules.*

Caput anterius plagioplateum & subtus planum est: ambitus corporis subrotundus; at venter planus. Os non in apice capitis, sed subtus, ut in *Squalis* & *Acipensere*, est, habetque plicam seu fimbriam semicircularem in parte inferiore, atque hiatum angustum. Cirri duo satis breves, utrinque unus ad latera oris, dantur. Aperturæ branchiarum ad pinnas pectorales admodum exiguæ sunt & angustæ. Laminae osseæ, duræ, spinulis asperæ, totum corpus, excepto ventre, tegunt. Pinnae pectorales officulis constant 7, quorum primum admodum robustum, crassum & aculeatum est; reliqua mollia. Pinnae ventrales, in medio ventre sitæ, officulis constant 6, quorum primum simplex & robustum est; reliqua ramosa. Pinnae in dorso duæ sunt, quarum prior, satis alta, officulis gaudet 8, inter quæ primum simplex est; reliqua mollia: posterior, admodum exigua, versus caudam sita, unico constat aculeo brevi, qui ope membranæ dorso adjungitur. Pinna ani exigua officulis 5 constat. Cauda longa est, & multum bifurca. Longitudo corporis est 3 unciarum & 8 linearum: latitudo maxima 8 fere linearum.

Num. 12. *Plecostomus cirris plurimis; aculeis unguiformibus ad aperturas branchiarum.*

Corpus, os, aperturæ branchiarum, color, laminae corporis osseæ, situs & numerus officulorum in pinnis, &c. uti in prima specie comparata sunt; sed cirri plurimi, circiter 22, in maxilla superiore dantur. Quin & aculei plurimi, duri, unguiformes, utrinque ante aperturas branchiarum extant, quibus equidem prior species caret. Cauda multo est brevior, vix bifurca. Longitudo descripti est 3 unciarum 9 linearum.

Num. 13. *Plecostomus cirris quatuor longis.*

Est hic *Tamoata* Marcgrav. *Lib. IV, c. 5*; Johnston. pag. 126, *Tab. XXXII, fig. 10.*

Caput ejus horizontaliter latum & fere planum est: corpus reliquum cathetoplateum, seu magis perpendiculariter latum. Os subtus fere situm, transversim incisum, angustum, edentulum. Cirri quatuor longi, duo nempe utrinque ad angulos vel latera oris, in adultis uncia longiores, conspiciuntur. Oculi supra modum exigui & sphaerici sunt. Aperturæ branchiarum angustæ. Color corporis ex cano nigrescit. Totum corpus, excepto medio ventre, squamis, vel potius laminis osseis, duris, oblongis, transversim sitis, tegitur, quæ quidem ordine quadruplici digestæ sunt, & in mediis lateribus coeunt; in dorso tamen & ventre non item. Ordo quilibet laminas continet 27 vel 28; suntque laminae hæ in ambitu

consequence moins fourchue. La longueur totale de ce Barbeau est de sept pouces, & six à sept lignes.

Passons à la description d'un autre Genre de Barbeau, dont nous connoissons quatre Especies.

Nº. 11. *Barbeau à deux barbillons, & à queue fourchue.*

Sa tête par devant est large en travers, & platte par dessous. Il a le contour du corps rond, & le ventre applati. Son museau, dont la fente est étroite, n'est pas placé à l'extrémité de la tête, mais par dessous comme dans les Chiens de mer, l'Esturgeon, &c. & a dans sa partie intérieure une espee de frange faite en demi-cercle. Des côtés du museau sortent deux courts barbillons, l'un à droite, l'autre à gauche. Les ouvertures des ouïes sont aussi petites qu'étroites vers les ailerons de la poitrine. Tout son corps, à l'exception du ventre, est tapissé de feuilles osseuses hérissées de petites épines. Sept arrêtes, dont la première est très-forte, grosse, pointue, & les autres sont molles, soutiennent les nageoires de la poitrine. Celles du ventre situées au milieu du ventre en ont six pour appui, dont la première est simple, ferme, les autres rameuses. Le dos a deux nageoires, l'une desquelles est assez haute, formée de huit arrêtes, savoir de sept flexibles, & d'une simple; l'autre nageoire très-petite, située près de la queue, n'a qu'un seul éguillon court qui se joint au dos par le moyen d'une membrane. L'aileron de l'anus est petit, du reste composé de sept arrêtes. Sa queue est longue, & très-fourchue. Ce Barbeau a trois pouces huit lignes de longueur, sur presque huit lignes dans sa plus grande largeur.

Nº. 12. *Barbeau à plusieurs barbes, armé de pointes crochues vers les ouvertures des ouïes.*

Le corps de celui-ci, sa bouche, les ouvertures de ses ouïes, sa couleur, les feuilles osseuses qui le couvrent, la situation & le nombre des arrêtes de ses nageoires, sont comme dans l'Espee précédente. Mais il a plusieurs barbillons, car on en compte autour de vingt-deux à la mâchoire supérieure. De plus, les deux côtés des ouvertures de ses ouïes sont hérissés de plusieurs épines, dures, crochues, ce qu'on ne trouve point dans le Poisson qui précède. Sa queue est encore beaucoup plus courte, & à peine fourchue. La grandeur entière de son corps va à trois pouces neuf lignes.

Nº. 13. *Barbeau à quatre longs barbillons.*

C'est ici le *Tamoata* de Marcgraff *Liv. IV, Ch. 5*, & de Johnston pag. 129, *Pl. 32, Fig. 10.*

Sa tête est large & presque plate, en la mesurant horizontalement. Le reste de son corps est plus large pris perpendiculairement. Sa bouche est presque située par dessous, fendue en travers, étroite, édentée. Il a de chaque côté du museau deux barbillons de la longueur d'un pouce. Ses yeux sont ronds, mais extraordinairement petits. L'ouverture des ouïes est petite. Son corps d'un gris-noir, est entièrement couvert, hormis sur la poitrine, d'écailles, ou plutôt de feuilles osseuses, dures, oblongues, bordées comme de petits crochets, rangées transversalement par quatre, & se joignant dans les côtés du milieu, excepté néanmoins sur le dos & sur le ventre. Chaque rang de ces écailles osseuses en contient vingt-sept ou vingt-huit. Il a deux nageoires au dos; la première située à peu d'éloignement de la tête, est formée

ambitu quasi uncinulis asperæ. Pinnae in dorso duæ sunt, quarum prior non procul a capite sita officulis constat 9; posterior, versus caudam collocata, ex aculeo unico constat. Pinnae pectorales officulis constant 8, ut in præcedentibus. Ventrals itidem, ut in prioribus, sese habent. Ani pinna, in extremo corpore subtus sita, longissime ab ano distans, officulis constat 7. Cauda, in extremo subrotunda, officulis constat 14. Longitudo corporis est 5 unciarum, minor vel major. Locus natalis sunt fluvii in Brasilia, & Surinamo America.

Num. 14. *Plecostomus corpore aculeato; ore cirrato: dorso monopterygio.*

Caput & corpus universum plagioplatea sunt. Os non in apice capitis, sed subtus situm, cirris plurimis ubique pollet. Oblongi quidam dentes, flexiles, in antica & postica oris parte, ut & officula aspera ad fauces conspiciuntur. Oculi mediocres in suprema capitis parte collocantur. Aperturae branchiarum admodum exiguae sunt. Corpus obscure albescit, laminisque tegitur osseis, durissimis, quadruplices vel plures in ordines dispositis: ita, ut ordo dorsalis & ventralis glabri & plani sint; laterales vero in medio aculeos aliquot retroversos, acutissimos, porrigant: unde Piscis in antica parte angulosus evadit. Caput ipsum laminis duris, at fere lævibus, munitur. Pinna in dorso unica officulis constat 8: neque datur pinna posterior in hac specie. Pinnae pectorales officulis constant 7. Ventrals officulis sex, quorum primum omnium est longissimum. Ani pinna, longe ab ano distans, officulis gaudet 6, quorum primum indivisum est. Cauda bifurca officulis constat 12 longioribus, quorum supremum in filum quasi, quatuor fere uncias in adultis longum, extenditur. Longitudo a rostro ad extremum usque officuli filiformis in cauda est fere 12 unciarum.

Nunc aliquot species Piscis dicti *Gobii* exponemus.

Num. 15. *Gobius ex nigricante varius; pinna dorsi secunda officulis 14 constante.*

Est hic *Xαῖος* Aristotel. *Hist. Anim. Lib. II, cap. 17; Lib. VI, cap. 13; Lib. VIII, cap. 2, 13, 19; Lib. IX, cap. 2, 37; Athenæi Deipn. Lib. VII, pag. 309; Oppiani Lib. I, p. m. 7; Lib. II, pag. 46. Gobius* vocatur Ovid. *Nal. Hal. versu 128; Martial. Epigr. Lib. XIII, 88. Gobio* audit Columellæ, *Lib. VIII, cap. 17; Juvenal. Satyr. II, 4; Plinio H. N. Lib. IX, c. 57. Gobio*, vel *Gobius* P. Jovio *de Rom. Pisc. cap. XXII, pag. 90. Gobius marinus* Salvian. *pag. 214. b. Gobio niger* Rondelet. *Lib. VI, cap. 17, pag. 200; Gesner. pag. 395, 469. Gobius niger* Gesner. *fol. 6, b. Edit. Germ. Aldrovand. Lib. I, cap. 20, pag. 97; Willoughb. pag. 206. Gobius* vel *Gobio niger* Schoneveld. *pag. 36. Gobius marinus niger*, Raj. *pag. 76. Gobius, Gobio, & Cobio marinus* Charleton. *pag. 135. Go* vel *Gogel* Venetis. *Zolero* Liguribus. *Rockfish*, item *Sea Gudgeon* in Cornubia Angliæ adpellatur.

Caput in ambitu fere subrotundum est: reliquum corpus perpendiculariter latum: os amplum: maxillæ æquales labiis gaudent. In capite, præter nares, ductus aliquot seu foraminula hiant. Oculi, inter ossa

mée de neuf arrêtes; la seconde placée proche de la queue n'a qu'un seul éguillon. Les nageoires de la poitrine ne diffèrent point de celles des autres Barbeaux qu'on a décrit. La nageoire de l'anus est placée au bout du corps, par dessus, fort loin de l'anus même, & a pour base sept arrêtes. Sa queue en a quatorze, & s'arrondit à l'extrémité. La longueur totale de ce Poisson est de cinq pouces, plus ou moins. On le pêche dans les rivières du Brésil & de Surinam.

bre desquelles la première est simple. La queue fourchue en a douze grandes, parmi lesquelles celle de dessus s'amenuïse en un filet, qui dans les gros Barbeaux devient de la longueur presque de quatre pouces. Au reste, la grandeur du Poisson entier va depuis le museau jusqu'au bout de cette arrête filamenteuse, à environ douze pouces.

Nous allons décrire présentement quelques Espèces de *Goujons* de Mer, ou comme on les nomme en Languedoc, de *Boulerots*.

Nº. 14. *Barbeau qui a le corps hérissé d'éguillons crochus, la gueule garnie de barbillons, & une seule nageoire au dos.*

Sa tête & son corps pris transversalement sont larges. Son museau n'est point placé au bout de la tête, mais dessous, & est de toutes parts garni de barbillons. Ses mâchoires sont munies de dents oblongues, flexibles, & son gozier est pavé d'os entaillés de dentelures. Ses yeux de grandeur ordinaire, sont placés dans la partie supérieure de la tête. Les ouvertures des ouïes sont fort petites. Son corps d'un blanc sale est couvert de feuilles osseuses, très-dures, disposées par quatre rangées, & davantage; la rangée qui tapisse tant le ventre que le dos est lisse, platte; les rangées latérales sont armées au milieu de quelques éguillons, crochus, & piquans, ce qui fait paroître ce Poisson angulaire par devant. Sa tête est aussi revêtue de feuilles osseuses, dures, mais presque lisses. Le dos n'a qu'une seule nageoire composée de huit arrêtes; mais il n'y a point ici de nageoire attachée au derrière du dos, comme dans d'autres Espèces. Les ailerons de la poitrine ont pour soutien sept arrêtes, & ceux du ventre six, dont la première est de toutes la plus longue. La nageoire de l'anus éloignée de l'anus même est formée semblablement de six arrêtes, du nom-

Nº. 15. *Goujon noir, dont la seconde nageoire du dos est formée de quatorze arrêtes.*

Ce Poisson est le *Χαῖος* d'Aristote, *Hist. Anim. Lib. II, c. 17; Lib. VI, c. 13; Lib. VIII, c. 2, 13, 19; Lib. IX, c. 2, 37. d'Athénée Deipn. Lib. VII, p. 309. d'Oppian, Lib. I, p. 7; Lib. II, p. 46. Ovide Halieut. v. 128, & Martial. Epigr. Lib. XIII, v. 88. l'appellent en Latin Gobius. Columelle Lib. VIII, c. 17. Juvenal Satyr. II, v. 4. Plin H. N. Lib. IX, c. 57. le nomment Gobio; Paul Jove De Rom. Pisc. c. 22, pag. 90, l'appelle aussi Gobio ou Gobius; Salvian p. 214, Gobius marinus, Rondelet Lib. VI, c. 17, Gesner p. 395, 469, Aldrovandi Lib. I. c. 20, p. 97, Willoughby, p. 206, Schoneveld, p. 36, Ray, p. 76, Gobio, ou Gobius niger; Charleton, p. 135, Gobius, Gobio, & Cobio marinus; les Venitiens Go ou Gogel; les Genoïs Zotero, & les habitans de Cornouaille en Angleterre Rock-fish, ou Sea-Gudgeon.*

Sa tête est assez arrondie, mais le reste de son corps est large si on le mesure perpendiculairement. Sa gueule est grande. Ses mâchoires sont égales, & ont des babines. Sa tête de même que ses narines sont pointillées de quelques petits trous. Ses yeux sont

se multum vicini, cute capitis communi teguntur. Dentium plures ordines utraque in maxilla, & insuper ossa denticulata ad fauces observantur. Squamæ mediocres, subrotundæ, asperæ sunt. Color nigrescens, sed ductibus quibusdam varius est. Pinnae in dorso duæ sunt, quarum prior officulis sex constat rigidiusculis; altera altior & longior officulis gaudet 14 vel 15 mollibus & in apice ramosis. Pinnae pectorales latæ officulis constant 19 vel 20. Pinnae ventrales in unicam, singularem, & quodammodo infundibuliformem concretæ sunt, constantque officulis 12, quorum duo anteriora brevia, reliqua ordine longiora & admodum ramosa sunt. Pinna ani officulis constat 13 vel 14 mollibus & ramosis. Cauda, maculosa, in extremo subrotunda est. Longitudo descripti est unciarum 4, & 5 vel 6 linearum.

Num. 16. *Gobius albescens; officulis pinnae dorsalis primæ præaltis & setiformibus.*

Est hic Salviani *Gobius tertius*, Romæ *Fozo* vocatus: forte *Gobius albus Rondeletii* Willoughb. pag. 207 huic speciei affinis est. Verum quia ab authorum nullo, ne ipso quidem Willoughbejo satis perfecte descriptus est, hinc ejus heic dabimus descriptionem accuratiorem.

Caput & corpus latitudinem habent perpendicularem. Os mediocre est. Oculi, dentes, squamæ, &c. ut in præcedente, comparata sunt. Color corporis cano-albescens, forte in variis varius, ad ventrem, inter pinnas pectorales & ani pinnam, lineis 5 vel 6, transversis, albidioribus & lucidis, utrinque distinguitur. Pinna dorsi anterior officulis 6 constat, quorum 2, 3, & 4 præalta sunt, & supra membranam instar setæ quasi ascendunt. Pinna dorsi altera officulis constat 16 mollibus, & præter morem longioribus. Pinnae pectorales, albescens, officulis 19 gaudent. Pinnae ventrales, in unam infundibuliformem concretæ, officulis constant 12. Pinna ani officulis 16 mollibus & longis. Cauda oblonga, in extremo subrotunda, officulis 15 longioribus. Longitudo descripti est unciarum 2 & 7 vel 8 linearum.

Num. 17. *Gobius pinnis ventralibus disjunctis.*

Caput fere quadratum & anterius ab oculis ad os perpendiculariter declive est: dorsum cum ventre latiusculum & convexum. Os satis late diduci potest, quamvis non profunde incisum sit; labiis autem sat magnis gaudet. Maxilla superior inferiore paulo longior est. Oculi, inter se admodum vicini, in suprema capitis parte protuberant. Infra oculos magna datur utrinque cavitas seu fossula. Aperturæ brachiarum angustæ sunt. Unus est dentium ordo in utraque maxilla, & ad fauces duplex utrinque officulum. Lingua & palatum glabra sunt. Squamæ albæ, subasperæ, tam in ipso capite, quam corpore, dense sitæ sunt. Corpus totum albescit. Linea lateralis, parum conspicua, fere recta decurrit. Pinna dorsi prior officulis constat 8 mollibus, simplicibus; altera vero officulis 13 mollibus itidem & in apice indivisis. Ani pinna officulis constat 13 pariter mollibus & indivisis. Pinnae pectorales brachii quid æmulum habent, & officulis firmatæ 13 vel 14, ad dimidiam usque partem squamis dense teguntur. Pinnae ventrales breves, albæ, sibi mutuo ad basin quidem contiguæ, sed parte inferiore non concretæ,
uti

font voisins l'un de l'autre, & revêtus de la peau commune de la tête. Ses mâchoires sont garnies de plusieurs rangs de dents, & son gozier est aussi défendu par des os entaillés d'une denture. Ses écailles sont raboteuses, de grandeur ordinaire, & de figure arrondie. Sa couleur est noire, picotée. Il a deux ailerons au dos, dont le premier est composé de six arrêtes assez fermes; le second plus élevé & plus long, de quatorze ou quinze, molles, rameuses. Les nageoires de la poitrine sont larges, & fortifiées de dix-neuf ou vingt arrêtes. Les nageoires du ventre s'unissent en une seule, singulière, & faite comme en godet, que soutiennent douze arrêtes, dont les deux de devant sont courtes, les autres rallongées par gradation, & très-branchues à l'extrémité. L'aileron de l'anus est formé de treize ou quatorze arrêtes, molles, rameuses. Sa queue tachetée s'arrondit au bout. La longueur de ce Goujon est de quatre pouces, cinq à six lignes.

Nº. 16. *Goujon blanc, qui a les arrêtes de la première nageoire du dos très-élevées & joyeuses.*

Ce Goujon-ci est le *Gobius tertius* de Salvian, qu'on appelle à Rome *Fozo*. Le Goujon blanc de Rondelet Lib. VI, Ch. 18. & de Willoughby pag. 207, semble en approcher beaucoup; mais comme il n'est point décrit assez soigneusement par aucun Auteur, pas même par Willoughby, j'en vais donner ici une exacte description.

Son corps & sa tête mesurés perpendiculairement sont larges. Son museau est de grandeur ordinaire. Ses yeux, ses dents, ses écailles sont de même que dans le précédent. Sa couleur d'un gris-blanc, est peut-être différente dans les uns que dans les autres; son ventre entre les nageoires de la poitrine & celle de l'anus, est rayé de chaque côté de cinq ou six rayures transversales, d'un blanc éclatant. La nageoire antérieure du dos est composée

de six arrêtes, dont la seconde, la troisième, & la quatrième, sont très-hautes, & dressées comme des foyes au dessus de la membrane. L'autre nageoire du dos est formée de seize arrêtes, molles, & plus longues que de coutume. Les ailerons de la poitrine sont blancs, & soutenus de dix-neuf arrêtes. Ceux du ventre se joignent en un seul, fait en gouttière, que soutiennent douze arrêtes. La nageoire de l'anus en a seize, grandes, & flexibles. Ce Goujon est long de deux pouces, sept ou huit lignes.

Nº. 17. *Goujon dont les nageoires du ventre sont séparées.*

Sa tête, de figure presque carrée, s'affaisse perpendiculairement dans sa partie antérieure depuis les yeux jusqu'au museau. Son dos, de même que son ventre, sont larges & convexes. Sa gueule s'ouvre assez, quoique peu fendue. Ses babines sont grandes. Sa mâchoire supérieure s'avance un peu plus que l'inférieure. Ses yeux sont gros, situés à fleur de tête, fort près l'un de l'autre, & sous chacun desquels on remarque un grand creux. Les ouvertures des ouïes sont étroites. Chaque mâchoire a une seule rangée de dents, & son gozier est pavé de l'un & de l'autre côté d'un os dentelé. Son palais & sa langue sont glabres. Son corps entièrement blanc, est couvert de même que sa tête d'écailles blanches, un peu raboteuses, ferrées. Sa rayure latérale paroît peu, & décourt presque en droite ligne. La première nageoire du dos est formée de huit arrêtes, simples, molles; & la seconde, de treize pareilles. L'aileron de l'anus en a le même nombre, toutes semblables. Les nageoires de la poitrine ont quelque ressemblance à des bras, affermies par treize ou quatorze arrêtes, & mi-couvertes d'écailles. Les ailerons du ventre sont courts, blancs, unis ensemble, excepté dans la partie inférieure, du reste soutenus chacun par six arrêtes toutes branchues, hormis la pre-

uti in præcedentibus, singulæ officulis sex constant multum ramosis, excepto primo. Cauda, in extremo subrotundo-acuta, officulis 18 circiter constat, quorum inferiora multo sunt breviora, quam quæ in superiore parte hærent. Longitudo descripti est 2 unciarum & 9 linearum: latitudo maxima 5 linearum. Est Piscis hic admodum singularis, & a nullo hæctenus Authore descriptus.

T A B U L A T R I G E S I M A.

De genere *Blemmii* piscis, quod nunc sistemus, sex nobis cognitæ sunt species, quas nostro in Museo asservamus. Est *Blemmii* vocabulum Plinio *Lib. XXXII, cap. 9* jam usitatum, atque à reliquis Authoribus *Blemmus* scribitur: provenit autem à voce Græca *βλεννός*, ignavus, vel mucosus; quum pisces hi admodum mucositate scateant.

Num. 1. *Blemmius capite subacuto; pinna dorsi tota aculeata.*

Caput & corpus perpendiculariter lata sunt: caput subacutum: venter prominulus: os angustum: maxilla inferior superiore paulo longior est; utraque autem labiis prædita. In capite foraminula exigua, præter nares, hiant. Oculi cute capitis tecti exilem quilibet supra se appendiculam monstrant. In utraque maxilla, palato & faucibus denticuli dantur. Squamæ adeo sunt exiguæ, ut parum in conspectum veniant. Color corporis canus est vel cineraceus. Linea lateralis supra ventrem deorsum flexa est & incurvata. Pinna dorsi, à cervice ad caudam extensa, aculeis constat 45. Pinnae pectorales, in extremo subrotundæ, officulis 12 constant. Ventrals anteriores sitæ officulis tantum 2 gaudent. Ani pinna longa officulis 29, quorum duo prima aculeata, reliqua mollia & in apice indivisa sunt. Cauda exigua, in extremo subrotunda, officulis constat 13 longioribus. Longitudo descripti est unciarum 2 & 5 linearum.

Num. 2. *Blemmius canescens; officulis ultimis pinna dorsalis mollibus.*

Cum præcedente in plurimis convenit; sed caput paulo obtusius & crassius est. Pinnae pectorales & ventrals, uti in præcedente, se habent. Pinna dorsi in initio altior, quam in priore, & in extremo mollis, haud vero tota aculeata, uti in præcedente, officulis constat 37, quorum 31 parum aculeata sunt, reliqua mollia. Ani pinna officulis constat 23 in apice indivisa. Cauda in extremo magis æqualis, quam in præcedente, officulis constat 14 longioribus. Longitudo descripti est 2 unciarum.

Num. 3. *Blemmius varius; capite subacuto: officulis ultimis pinna dorsalis mollibus.*

Quoad plurima rursus cum 2 prioribus convenit; sed officula tria prima pinnae dorsalis reliquis notabiliter longiora sunt: quin corpus brevius est & crassius, quam in specie prima. Pinna dorsi officulis

premiere. Sa queuë arrondie à l'extrémité, pointue au bout, a pour appui environ dix-huit arrêtes, dont les inférieures sont beaucoup plus courtes que celles de la partie supérieure. Ce Poisson vraiment singulier n'est décrit nulle part. Sa longueur est de deux pouces neuf lignes, & sa plus grande largeur de cinq lignes.

PLANCHE TRENTIEME.

Nous gardons dans notre Cabinet six Especes du Poisson nommé en François *Belenne* & en Languedoc *Gravan*, dont nous allons donner à présent la description. Plin en a parlé dans son *Hist. Natur. Liv. XXXII, Ch. 9* sous le nom Latin de *Blemmius*. D'autres Auteurs l'appellent *Blemmus*, qu'on dérive du mot Grec *βλεννός*, *pareilleux*, ou *visqueux*, parce que ces sortes de Poissons sont enduits d'une humeur gluante & visqueuse.

Nº. 1. *Belenne qui a la tête pointue, & la nageoire du dos toute épineuse.*

Son corps & sa tête sont larges perpendiculairement, mais sa tête finit d'ailleurs en pointe. Son ventre s'avance un peu. Sa bouche est étroite, & sa mâchoire inférieure un peu plus allongée que la supérieure; toutes deux ont des babines. Sa tête a plusieurs petits trous, outre ceux des narines. Ses yeux sont petits, revêtus de la peau de la tête, avec une petite appendice par dessus. Son palais, son gozier, & ses mâchoires sont garnies de petites dents. Ses écailles sont si petites qu'on les voit à peine. Son corps est de couleur grisée ou cendrée. Sa rayure latérale vient à se recourber en dehors sur le ventre. Sa nageoire du dos s'étend depuis le sommet de la tête jusqu'à la queuë, & est com-

posée de quarante-cinq arrêtes épineuses. Les nageoires de la poitrine s'arrondissent à l'extrémité, & ont pour appui douze arrêtes. Les nageoires du ventre sont placées en devant, & n'ont que deux arrêtes. La nageoire de l'anus est longue, & a pour soutien vingt-neuf arrêtes, dont les deux premières sont piquantes, toutes les autres molles, & simples. Sa queuë est petite, arrondie au bout, & formée de treize grandes arrêtes. La longueur de ce Poisson est de deux pouces cinq lignes.

Nº. 2. *Belenne grisâtre, qui a les dernières arrêtes de la nageoire du dos flexibles.*

Il ressemble à beaucoup d'égards au précédent, en particulier pour les nageoires de la poitrine & du ventre qui sont faites de la même manière. Sa tête est plus grosse, & plus obtuse. La nageoire du dos est dans son commencement plus élevée, flexible au bout, épineuse, mais pas autant que dans le *Belenne* du Nº. 1; car elle n'est formée que de trente-sept arrêtes, dont trente & une sont même peu piquantes, & les six autres molles. La nageoire de l'anus en a vingt-trois simples. La queuë est plus égale à l'extrémité que dans le précédent, & est formée de quatorze longues arrêtes. La grandeur entière de tout son corps est de deux pouces.

Nº. 3. *Belenne diversément tacheté, dont la tête est pointue, & les dernières arrêtes de la nageoire du dos, molles.*

Il ressemble aussi aux deux précédens en plusieurs choses; mais les trois premières arrêtes de sa nageoire du dos sont considérablement plus longues que les autres. Son corps est plus gros & plus court que celui du Nº. 1. Sa nageoire du dos est soutenue

constat 44 vel 45, quorum 37 vel 38 anteriora aculeata sunt, reliqua mollia, sed in apice non divisa. Pinnæ pectorales, in extremo subrotundæ, officulis 15 indivisis constant. Ventræles, uti in prioribus, se habent. Ani pinna longa officulis 28, 29 vel 30 constat, quorum duo prima breviora sunt & parum aculeata, reliqua mollia, sed indivisa. Cauda officulis 13 longioribus constat. Color corporis flavescens, maculis inæqualibus ac rubescentibus in capite, corpore, pinna dorsi & ani plerumque variegatur. Longitudo descripti est 4 unciarum & unius lineæ. Dantur tamen multo majores.

Num. 4. *Blennius fronte perpendiculariter declivi; pinna dorsi in medio humili.*

Alia Punaru species Marcgrav. *H. Bras. Lib. IV, cap. 13*; Willoughby pag. 134, videtur quidem ad hanc speciem pertinere: sed Marcgravii descriptio valde imperfecta est.

Caput anterius admodum obtusum ab oculis ad os perpendiculariter descendit. Corpus oblongius, crassius & magis rotundum est, quam in præcedentibus. Os amplum. Maxilla superior inferiore longior. Denticulorum splendentium & piliformium unicus ordo in utraque maxilla, & præterea in maxilla inferiore duo dentes majores, instar caninorum, dantur: ad fauces autem superne & inferne officula denticulata adsunt. Color corporis albescens lineis vel potius maculis transversis obscurioribus & purpurascens utrinque distinguitur. Pinna dorsi, in medio paulo humilior, officulis 31 vel 32 constat, quorum 12 anteriora breviora & simplicia, sed non aculeata sunt, reliqua paulo longiora. Pinnæ pectorales officulis constant 14. Ventræles, ut in præcedentibus, comparatæ sunt. Ani pinna officulis 20 mollibus constat. Cauda in extremo fere æqualis officulis 13 longioribus gaudet.

Num. 5. *Blennius fronte perpendiculariter declivi; officulo primo pinnae dorsalis alto.*

Salviani *Blennus*, pag. 218, & *Blennus Salviani*, fortasse etiam *Bellonii* Willoughb. pag. 131, in plurimis cum hoc nostro pisce convenit; sed frons in hocce magis videtur esse perpendicularis, & macula illa pulchra ad initium pinnae dorsalis heic non conspicitur. Convenit autem noster hic multum cum præcedente Num. 4, at corpus ratione magnitudinis brevius & latius est; color corporis obscurior; pinnæque pectorales sunt magis oblongæ. Pinna dorsi altior est, & imprimis officulum prius altius, quam proxime sequentia: numerantur eorum 26, suntque priora 12 simplicia & mollia, reliqua paulo longiora. Ani pinna officulis 16 vel 17 mollibus constat. Longitudo descripti est 2 fere unciarum.

Num. 6. *Gunnellus Cornubiensium; nonnullis Butterfish, Willoughb. pag. 115; Raji pag. 144.*

Caput exiguum est & multo angustius ipso corpore. Corpus oblongum, Cathetoplateum & multum compressum est. Anus medio in corpore hiat. Os exiguum sursum spectat. Maxilla inferior superiore paulo

de quarante-quatre ou quarante-cinq arrêtes, dont les trente-sept ou trente-huit antérieures sont piquantes, les autres molles, mais simples. Les nageoires de la poitrine, arrondies à l'extrémité, sont fortifiées de quinze arrêtes toutes simples. Les nageoires du ventre sont faites comme dans les Especes précédentes. La nageoire de l'anus qui est longue, a pour appui vingt-huit, vingt-neuf, ou trente arrêtes, du nombre desquelles les deux premières seules sont courtes, peu épineuses, & les autres molles, droites. Sa queue est formée de treize longues arrêtes. Son corps est de couleur jaunâtre, mêlée çà & là sur la tête, le tronc du corps, la nageoire du dos & de l'anus, de taches rougeâtres, inégales. Ce Belenne-ci est long de quatre pouces une ligne; & il y en a encore de beaucoup plus grands.

Nº. 4. *Belenne dont le front s'affaisse perpendiculairement, de même que la nageoire du dos dans le milieu.*

La seconde Espece de *Punaru* de Marggraff. *H. du Bres. Liv. IV, Ch. 13*, & de Willoughby pag. 134, semble être cette Espece-ci de Belenne; mais la description de Marggraff est très-inexacte.

Sa tête qui est par devant fort obtuse, tombe perpendiculairement depuis les yeux jusqu'au museau. Son corps est plus oblong, plus gros, & plus arrondi que dans les Belennes décrits précédemment. Sa bouche est grande. Sa mâchoire supérieure est plus allongée que l'inférieure. Ses deux mâchoires sont garnies d'une seule rangée de dents luisantes, & menues comme des foyes, outre lesquelles la mâchoire inférieure a deux grandes dents, faites en maniere de dents canines. Son gozier est aussi pavé dessus & dessous de petits os dentelés. Son corps blanchâtre est marqué sur chaque côté de rayures, ou plutôt de taches transversales, brunes & purpurines. La nageoire du dos est un peu affaïssée au milieu, & soutenue de trente-une ou trente-deux

arrêtes, dont les douze antérieures sont courtes, simples, sans éguillon, & les autres un peu plus longues. Il y en a quatorze pour servir d'appui aux nageoires de la poitrine. Celles du ventre sont faites comme dans les autres Poissons de ce genre. L'aileron de l'anus est formé de vingt arrêtes molles; & la queue assez égale au bout, de treize qui sont longues.

Nº. 5. *Belenne dont le front tombe perpendiculairement, & dont la premiere arrête de la nageoire du dos est élevée.*

Le *Blennus* de Salvian, peut-être aussi celui de Belon, de Willoughby pag. 131, ont beaucoup de convenance avec notre Poisson; néanmoins son front tombe plus perpendiculairement; & il n'a point cette belle tache qu'a celui de Belon & de Willoughby au commencement de la nageoire du dos. Du reste il ressemble en plusieurs points au précédent, mais son corps à proportion de sa grandeur est plus ramassé, plus large, & de couleur plus sombre. Ses nageoires de la poitrine sont encore de figure plus oblongue. Son aileron du dos est plus élevé, & surtout la premiere arrête en comparaison des suivantes. On en compte dans cette nageoire vingt-six, dont les douze antérieures sont simples, molles, un peu plus courtes que les quatorze autres. Il y en a seize ou dix-sept molles à la nageoire de l'anus. Ce Poisson est de la grandeur de deux pouces.

Nº. 6. *Le Gunnellus des habitans de Cornouaille, que d'autres nomment en Anglois Butterfish, comme qui diroit le Poisson-gras. Willoughby p. 115; Ray p. 144.*

Sa tête est petite & beaucoup plus étroite que son corps, qui est oblong, fort applati, & large mesuré perpendiculairement, ayant l'anus au milieu. Sa bouche est petite, relevée en haut. Sa mâchoire inférieure est un peu plus longue que la supérieure.

paulo longior est. In capite aliquot, præter nares, foraminula exigua patent. Oculi exigui, subrotundi, cute capitis communi tecti, iride lutea gaudent. Aperturæ branchiarum angustæ sunt. Unus ordo dentium in utraque maxilla, tum in palato antèrius & ad fauces denticuli observantur. Squamæ perexiles sunt & parum conspicuæ. Color corporis varius est, vel obscure canus: ad basin vero pinnae dorsalis maculæ 12 satis amplæ, subrotundæ, pulchræ, nigræ, circulo albo cinctæ, æquidistantes fere, a capite ad caudam usque disponuntur. Pinna dorsalis ad ipsam caudam extensa, eique contigua, humilis & ubique æqualis, aculeis constat 76 vel 78 caudam versus flexis, cute crassa, supra quam paulum prominent, conjunctis: unde dorsum totum ferratum apparet. Pinnae pectorales exiguæ ossiculis 12 vel 13 constant, quorum media in apice bifurca sunt. Pinnae ventrales admodum exiguæ, sibi mutuo valde vicinae, ossiculis tantum duobus constant, quorum exterius breve, aculeatum & crassiusculum est, secundum vero molle & adeo exile, ut parum in conspectum veniat. Ani pinna longa, ad ipsam caudam extensa, ossiculis 41 vel 42 constat, quorum 2 prima aculeata sunt, reliqua mollia. Cauda exigua in extremo ossiculis constat 20, quorum media in apice ramosa sunt. Longitudo descripti est unciarum 5 & linearum 2. Latitudo maxima ad medium ventris 7 vel 8 linearum.

Qui sequitur piscis, iterum ad peculiare genus videtur referendus: eum tamen describam eo sub nomine, quod ab Authoribus aliis ipsi datum est.

Num. 7. *Exocæti tertium genus Bellonio. Gesner. pag. 16 Dracunculus Rondelet. Lib. X, cap. 12, pag. 304. Aldrovand. Lib. II, cap. 51, pag. 262. Willoughb. pag. 136. Ray. pag. 79. Dracunculus aranei species Gesneri fol. 43. b. edit. Germanica.*

Caput magnum, latum, planum præprimis inferne est. Corpus ambitu non penitus subrotundo, sed parum plagioplateo est. Anus capiti, quam caudæ, vicinior. Os seu rictus satis amplum hiat. Maxilla superior inferiore multo longior est. Rostrum quasi duplex apparet ob membranam ejus inferne liberam. Nares duplices sunt. Oculi magni, ovales, sibi admodum vicini, in suprema capitis parte siti, cute communi tecti, iride gaudent argentei coloris. Foramina duo subrotunda in occipite, loco aperturarum branchiarum, hiant. Lamina operculorum media in tres aculeos breves & crassos definit. Denticuli in maxillis & ad fauces hærent. Squamæ nullæ adsunt, sed cutis glabra est in toto corpore & splendescens. Color corporis ex albo flavicans maculis aliquot lucidioribus ad latera distinguitur. Macula autem illa trigona, purpurascens, quam summo in vertice supra oculos se observasse scribit Nob. Willoughby, in nostro deest. Linea lateralis recta fere ad caudam descendit. Pinna dorsalis prima ossiculis constat 4 simplicibus, mollibus, quorum primum altissimum est & in setam quasi longissimam productum, 3 vel 4 fere uncias in adultis longum, reliqua vero ordine sunt breviora. Altera dorsalis pinna ossiculis constat 10 admodum distinctis, & membrana lucida conjunctis. Pinnae pectorales, longius a rostro remotæ,

Sa tête est percée de quelques petits trous, outre ceux des narines. Ses yeux petits, ovaux, sont revêtus des tégumens communs de la tête, & ont l'Iris jaune. Les ouvertures des ouïes sont étroites. Il n'a qu'une seule rangée de dents à chaque mâchoire; mais le gozier & le devant du palais sont défendus par des os dentelés. Ses écailles paroissent à peine à la vue, à cause de leur petitesse. Sa couleur est ici mêlée, & là d'un gris-sombre. La base de sa nageoire du dos est marquée de douze assez grandes taches, ovoïdes, belles, noires bordées de blanc, disposées à peu près à égale distance, depuis la tête jusqu'à la queue. La nageoire même s'étend jusqu'à la queue qu'elle touche. Elle est affaïssée, égale, & composée de soixante & dix-huit arrêtes, courbées vers la queue, élevées au dessus d'elles, & jointes ensemble par une épaisse membrane; ce qui fait paroître le dos tout armé de pointes. Les nageoires de la poitrine sont petites, & formées de douze ou treize arrêtes, dont celle du milieu est fourchue au bout. Les nageoires du ventre sont très-petites, & très-voisines. Elles n'ont pour fondement que deux arrêtes, dont l'extérieure est courte, forte, épineuse; l'autre molle, & extrêmement menue, de façon qu'on ne l'apperçoit gueres. La nageoire de l'anus est longue, & s'étend jusqu'à la queue. Elle a pour soutien quarante & une ou quarante-deux arrêtes, toutes molles, hormis les deux premières qui sont armées d'un éguillon. Sa queue qui est amenuïssée au bout, a pour base vingt arrêtes, dont celles du milieu sont rameuses à l'extrémité. La longueur de ce Poisson est de cinq pouces deux lignes, & sa plus grande largeur sur le bas ventre de sept à huit lignes.

Le Poisson suivant semble devoir être rapporté à un Genre particulier; cependant je le vais décrire sous le nom que d'autres Auteurs lui ont déjà donné.

Nº. 7. *Troisième Genre d'Exocetus de Belon. Gesner p. 16, ou le Lacert de Rondelet Liv. X, Ch. 12, p. 304. d'Aldrovand Liv. II, Ch. 51 p. 262. de Willoughby p. 136. de Ray p. 79. Le Lacert Espece de Vive de Gesner p. 43. Edition d'Allemagne.*

Sa tête est grande, large, & aplatie principalement par dessous. Son corps n'est pas entièrement arrondi, mais un peu large en travers. L'anus est plus près de la tête que de la queue. Sa queue est assez grande. Sa mâchoire supérieure est un peu plus longue que l'intérieure. Son museau paroît double, à cause de sa membrane qui est lâche par dessous. Ses narines sont doubles. Ses yeux dont l'Iris est argentine, sont grands, ovaux, voisins l'un de l'autre, placés au dessus de la tête, & couverts des tégumens communs. Il a, à la place des ouvertures des ouïes, deux trous assez ronds sur le derrière de la tête. La membrane moyenne des couvercles des ouïes finit en trois éguillons, gros & courts. Son gozier & ses mâchoires sont garnies de petites dents. Il n'a point d'écailles sur tout le corps, mais une peau lisse, & luisante. Sa couleur isabelle est relevée sur les côtés de quelques taches brillantes. Cette tache triangulaire, purpurine, que Willoughby écrit avoir observé sur les yeux au sommet de la tête de ce Poisson, ne se rencontre point dans le nôtre. Sa rayure latérale décroît presque en droite ligne vers la queue. La première nageoire du dos est composée de quatre arrêtes, molles, simples, dont la première est très-élevée, & s'étend en une grande soye longue de trois à quatre pouces dans ceux qui sont déjà gros; les autres arrêtes sont plus courtes par gradation. La seconde nageoire du dos a pour base dix arrêtes bien partagées, & jointes ensemble par une membrane transparente. Les nageoires de la poitrine

remotæ, quam ventrales, officulis constant 20, in apice bifurcatis, solo excepto primo. Pinnæ ventrales, magnæ, antè sitæ, officulis constant 6, admodum ramosis, excepto primo. Ani pinna officulis 10 constat mollibus, & distinctis, quorum ultima reliquis longiora sunt. Cauda oblonga, in extremo subrotunda, officulis 10, vel 11 constat, quorum media bifurca sunt. Longitudo descripti est 6 unciarum, & 4 linearum.

Num. 8. *Blennius varius; capite subacuto; extremo pinnae dorsalis eminentiore.*

Videtur & hæc Blennii esse species apud Autores nondum aut descripta, aut delineata. Caput inde ab occipite ad extremum oris leniter declive velut in acumen convergit. Rictum oris labia circumstant crassiuscula, marginata. Maxilla inferior tantillo longior superiore. Pinna dorsi unica, a medio fere capite incipiens, ad caudam usque non interrupta officulorum serie continuatur. Constat autem officulis fere 42, quorum 8 postrema, prioribus altiora, quasi in cristam adsurgunt. Pinnæ pectorales, ambitu circulari, 16 officula habent. Ventrales, antè sub Branchiis sitæ, pro more Blenniorum, duobus tantum singulæ officulis gaudent. Ani pinna 28 officulis fulcitur, ad caudam usque exporrecta. Cauda in extremo circularis 11, vel 12 officula protendit. Corpus pro longitudine sat latum colore est dilute spadiceo, lituris, ac maculis magnis, parvis, obscurioribus, undequaque perfuso. Pinnarum officula itidem punctis saturate spadiceis distinguuntur. Longitudo Piscis 4 uncias superat.

T A B U L A T R I C E S I M A E T P R I M A .

Destinavimus hanc tabellam exhibendis octo LABRI generis speciebus, quæ apud Ichthyologos nondum, aut minus perfecte descriptæ inveniuntur. *Labrus* autem est vocabulum Ovidio Nasoni usitatum, optime quadrans in hoc genus; quum omnes ejus species labris prominulis, crassis, dentes, uti in quadrupedibus, tegentibus gaudeant. Vulgo hoc genus *Turdi* nomine venit: at quid opus est Piscium, & Avium generica nomina inter se confundere?

Num. 1. *Labrus tetraodon; unicolor; cauda æquali.*

Caput, & corpus perpendiculariter lata sunt. Venter planiusculus. Os seu rictus angustus. Labra prominula. Oculi subrotundi, membrana laxa tecti, flava gaudent iride. Dentès duo maximi, lati, fere trigoni, sibi mutuo fere contigui, subtus paulisper concavi, in utraque maxilla dantur: præterea vero ad fauces os utrinque denticulis ferratum hæret; palato interim, & lingua glabris. Squamæ amplæ, molles, albescentes sunt. Color totius corporis, canescens, vel flavicans est. Linea lateralis ad finem pinnae dorsalis deficit; sed infra hanc alia deinceps linea in medio extremi

cor-

poitrine font plus éloignées du museau que celles du ventre. Elles ont pour appui vint arrêtes toutes fourchues au bout, horsmis la première. Les nageoires du ventre font grandes, situées dans la partie antérieure, & soutenues de six arrêtes rameuses, excepté la première. On en compte dix à la nageoire de l'anüs, flexibles, distinctes, & dont les dernières font plus longues que les autres. Sa queue oblongue & arrondie à l'extrémité en a pareillement dix ou onze, dont celles du milieu font fourchues. La longueur du Poisson, qu'on vient de décrire, est de six pouces, quatre lignes.

Nº. 8. *Belenne de couleurs diverses, aiant la tête un peu aigue & l'extrémité de la nageoire du dos plus élevée.*

Il semble qu'aucun Auteur n'a jusqu'à présent décrit ni dessiné cette espèce de Belenne. Sa tête dont le contour descend légèrement depuis l'occiput jusqu'à l'extrémité du museau se termine comme en pointe. La denture de sa bouche est recouverte par des levres un peu épaisses & bordées. Sa Machoire inférieure surpasse tant soit peu la supérieure. Il n'a qu'une nageoire sur le dos, laquelle commençant presque au milieu de la tête, continue jusqu'à la queue par une suite d'arrêtes non interrompue. Elle en a environ 42, dont les huit dernières, plus hautes que celles qui les précédent, s'élèvent comme en forme de crête. Les nageoires de la poitrine, dont le contour est circulaire, ont seize arrêtes. Les nageoires du ventre, placées antérieurement sous les ouyes, n'ont chacune que deux arrêtes, à la manière des Belennes. Celle de l'anüs est soutenue par 28 arrêtes & s'étend jusqu'à la queue. La queue dont le bout est circulaire a onze ou douze arrêtes. Le corps assés large, par rapport à sa longueur, est de couleur clair brun, parsemé par tout de taches & de ratures, grandes, petites, plus ou moins obscures. Les arrêtes des nageoires

Tom. III.

se distinguent de même par des points bruns foncés. La longueur de ce poisson excède quatre pouces.

PLANCHE TRENTE ET UNIE'ME.

Nous avons destiné cette table à représenter huit espèces du genre des Chalucs que les Ichthyologistes n'ont pas encore décrites ou n'ont décrites qu'imparfaitement. *Labrus* est le nom latin, qu'Ovide lui donne & qui lui convient fort bien; car toutes les espèces de Chaluc ont les lèvres grosses, saillantes, couvrant leurs dents de la même manière que dans les quadrupedes. On nomme encore communement en latin ce Genre de Poisson *Turdus*, & en François *Grive de Mer*; Mais qu'est-il besoin de confondre ensemble des noms génériques d'oiseaux & de Poissons?

Nº. 1. *Chaluc, d'une seule couleur, qui a la queue égale, & deux dents à chaque mâchoire.*

Son corps & sa tête font larges perpendiculairement, son ventre est applati, sa bouche étroite, & ses lèvres en saillie. Ses yeux presque ronds, font couverts d'une membrane lâche & ont l'Iris jaune. Chacune de ses mâchoires a deux grandes dents, larges, à peu près triangulaires, presque contigues l'une à l'autre, & un peu creusées par dessous; il a encore vers le gozier de chaque côté un os entaillé d'une dentelure, mais son palais & sa langue font sans inégalités. Ses écailles font blanchâtres, grandes, molles. Sa couleur sur tout le corps est grise ou jaunâtre. Sa raye latérale finit à l'origine de la nageoire du dos, mais au dessous de cette raye il en commence une seconde vers le milieu de l'extrémité du corps, laquelle court jusqu'à la queue. Les couvercles des oüies font

Aa

revê-

corporis incipit, quæ porro ad caudam usque porrigitur. Laminae operculorum squamis testæ sunt. Pinna, in dorso unica, officulis 19, vel 20 constat, quorum 9 circiter simplicia, sed non aculeata sunt, reliqua molliora, & in apice bifurca. Pinnæ pectorales, exiguæ, officulis gaudent 14: ventrales, directe sub pectoralibus sitæ, sibi vicinæ, officulis 6: Ani pinna officulis 11, vel 12 mollibus. Cauda in extremo æqualis officulis 13 longioribus constat. Longitudo descripti est unciarum 2, & linearum 5, vel 6.

Num. 2. *Labrus tetraodon; nigrescens, maculis albis undique varius.*

Caput subacutius, & corpus latius, ac tenuius est, quam in præcedente. Laminae operculorum glabræ sunt, & squamis destitutæ. Dentes duo magni, antrorsum horizontaliter fere protensi, & sibi non contigui, non adeo lati, ut in specie priore, sed ambitu fere subrotundo, vel parum presso, coloris albissimi, utraque in maxilla extant. Ad fauces ossa dentibus obtusis, & ferratis prædita conspiciuntur. Squamæ amplæ, oblongæ, molles, corpus tegunt. Color totius corporis, capitis, & pinnarum nigrescens maculis candidis, seu lacteis, rotundis, exiguis, admodum numerosis variegatur. Linea lateralis, ad finem pinnæ dorsalis valde incurvata, & fere perpendiculariter deorsum flexa, deinceps recta ad caudam tendit. Pinna dorsalis maculosa officulis 21, vel 22 constat, quorum priora 9 simplicia sunt, at vix aculeata, reliqua molliora, & in apice ramosa. Macula singularis, nigra, quartum ordine officulum hujus pinnæ variegat: num constanter, incertum. Pinnæ pectorales, viridescens, officulis 13 constant. Ventrales, oblongæ, officulis 6, quorum primum simplex est, reliqua ramosa. Pinna ani maculosa officulis constat 15, quorum 3 prima simplicia, & parum aculeata, reliqua mollia, & in apice divisa sunt. Cauda, fere quadrata, vel in extremo levissime excavata, officulis constat 14 longioribus. Longitudo descripti fere est 4 unciarum.

Sequuntur *Labri Polyodontes*, sive qui plures dentes in maxillis gerunt.

Num. 3. *Labrus polyodon; lamina operculorum media ferrata. Turdus viridis, Garcetto dictus Genuæ, Willoughb p. 320.*

Convenit quidem, quod ad numerum officulorum, ac aculeorum pinnæ dorsalis, cum hocce nostro; sed plura de suo non describit *Willoughbejus*: unde certi nihil determinari potest. Convenit autem in multis cum præcedente num. 2. sed corpore est latiore, & brevior. Iride gaudent flava oculi. Laminae operculorum a lateribus squamosæ sunt; media vero lamina in ambitu aculeis exiguis ferrata est: id quod cæteroquin in hoc genere rarum est. Labium superius est duplex. Dentium satis robustorum unicus ordo in utraque datur maxilla, quorum 2 anteriores reliquis majores sunt. Est autem dentium in maxilla superiore numerus 8, in inferiore circiter 14. Dentes faucium, ut in præcedente specie, sese habent. Color corporis flavescens maculis nigrescentibus, nullo ordine digestis, variegatur. Squamæ, & linea lateralis, uti in priore, se habent. Pinna dorsalis officulis 24 constat, quorum 15 anteriora aculeata sunt, reliqua mollia, & ramosa. Pinnæ pectorales, subrotun-

revêtus d'écaillés. Le dos n'a qu'une seule nageoire, que soutiennent dix-neuf ou vingt arrêtes, neuf desquelles sont simples & émouffées, les autres molles & fourchues au bout. Les nageoires de la poitrine sont petites, & fortifiées de quatorze arrêtes. Les nageoires du ventre sont placées directement dessous, près l'une de l'autre, & munies de six arrêtes. La nageoire de l'anus en a onze ou douze, molles, & sa queue treize grandes. La longueur de ce Poisson est de deux pouces, cinq ou six lignes.

Nº. 2. *Chaluc noirâtre, tout pointillé de taches blanches, & armé de deux dents à chaque mâchoire.*

Sa tête est plus pointue, son corps plus large, & plus mince que celui du précédent. Les couvercles de ses ouïes sont unies & sans écailles. Il a dans chaque mâchoire deux grandes dents très-blanches & plantées presque horizontalement en devant, séparées, moins larges que dans le Chaluc qui précède, & arrondies ou un peu applaties dans leur contour. Son gozier est pavé d'os armés de dents obtuses, & rangées en forme de scie. Ses écailles sont grandes, oblongues, molles. Il a tout le corps, la tête, & les nageoires de couleur noirâtre, mouchetées de quantité de petites taches rondes, d'une blancheur de lait. Sa rayure latérale se recourbe extrêmement vers le bout de la nageoire du dos, court presque perpendiculairement en bas, & vient ensuite aboutir directement à la queue. La nageoire du dos est tachetée, & soutenue de vingt & une, ou vingt-deux arrêtes, dont les neuf premières sont simples, mais à peine pointues, les autres sont molles & branchues. La quatrième arrête est marquée d'une seule tache noire: il est incertain si cela se trouve constamment. Les nageoires de la poitrine sont verdâtres, & ont pour appui treize arrêtes. Les nageoires du ventre sont oblongues, & formées de six arrêtes, desquelles la

première est simple, les autres rameuses. La nageoire de l'anus est toute parsemée de taches. Quinze arrêtes, dont les trois premières sont simples, peu épineuses, les autres molles & branchues, lui servent de soutien. Sa queue de forme presque carrée, ou très-legerement creusée à l'extrémité, a pour base quinze grandes arrêtes. La longueur de ce Poisson est d'environ cinq pouces.

Nous passons aux Chalucs qui ont plusieurs dents aux mâchoires.

Nº. 3. *Chaluc qui a plusieurs dents, & dont le couvercle du milieu des ouïes est fait en forme de scie.*

Le *Turdus Viridis* de Willoughby p. 320, qu'on nomme à Gènes *Garcetto*, ressemble bien à celui-ci pour le nombre des arrêtes & des épines de la nageoire du dos; mais comme cet Auteur ne l'a pas décrit plus au long, on ne sauroit décider si c'est le même. Il est semblable au précédent Nº. 2. en plusieurs choses, & en diffère à d'autres égards. Son corps est plus large, & plus court. L'iris de ses yeux est jaune. Les couvercles de ses ouïes sont revêtus d'écaillés sur les côtés, & le couvercle du milieu est tout bordé d'une petite dentelure, ce qui se rencontre fort rarement. Sa lèvre supérieure est double. Il a dans chaque mâchoire un ratelier de dents assez fortes, dont les deux de devant sont plus grandes que les autres. On compte huit dents à la mâchoire supérieure, & environ quatorze à l'inférieure. La denture du gozier est faite comme dans le Chaluc de l'espèce précédente. Son corps est de couleur jaunâtre, ombrée de taches noirâtres semées sans ordre. Ses écailles & sa rayure latérale sont comme dans l'espèce qui précède. La nageoire du dos est composée de vingt-quatre arrêtes, dont les quinze antérieures sont armées d'un éguillon, les autres sont molles & rameuses. Les nageoires de la poi-

tundæ, officulis 13 constant. Ventrals officulis 6, quorum primum aculeatum est. Pinna ani officulis constat 13, quorum 3 prima aculeata sunt, & robusta, reliqua mollia, & in apice bifida. Cauda, in extremo fere æqualis, officulis constat 13 longioribus. Longitudo descripti est unciarum 3, & linearum 4.

Num. 4. *Labrus polyodon; virescens: pinna dorsi aculeorum decem.*

In multis cum præcedente convenit; sed omnes capitis laminæ glabræ sunt. Numerus itidem dentium in maxillis major est: sunt enim 22 vel 24 in superiore; in inferiore autem circiter 20. Squamæ, & dentes faucium, ut in priore specie, se habent. Linea vero lateralis, uti in prima specie num. 1. comparata est. Color corporis pallidior est, & viridescens. Pinna dorsi officulis 19, vel 20 constat, quorum 10 anteriora aculeata sunt, reliqua mollia, & in apice parum divisa. Pinnæ pectorales, & ventrales, ut in priore specie, se habent. Pinna ani officulis 11 vel 12 constat, quorum 3 prima aculeata, & robusta, reliqua mollia sunt. Cauda, in extremo æqualis, officulis constat 13 longioribus. Longitudo est 3 unciarum, & 1, vel 2 linearum.

Num. 5. *Labrus polyodon; lineis utrinque duabus longitudinalibus; cauda æquali.*

In multis cum specie tertia convenit; sed corpus pro rata oblongius est, & venter minus latus. Laminæ capitis omnes glabræ sunt, & squamis destitutæ. Dentes 12, vel 14 in maxilla inferiore, in superiore quoque 12 dantur. In ipsis oris angulis utrinque duo oblongi dentes prominent. Color capitis superni cœruleus est: ab ore vero ad extrema operculorum tres lineæ extenduntur, quarum media non continuatur, duæ autem reliquæ ex albo lucidæ sunt, & ad caudam usque porriguntur. Pinnæ, & cauda albescunt. Pinna dorsi humilis officulis constat 20, vel 21, quorum 9 anteriora aculeata, & brevissima sunt, reliqua mollia, & paulo longiora. Pinnæ pectorales officulis constant 13. Ventrals officulis 6, ut in præcedentibus. Pinna ani officulis 14, vel 15, quorum 3 prima aculeata, sed minime robusta, ut in prioribus, sunt, reliqua mollia, & in apice ramosa. Cauda in extremo æqualis officulis 13, vel 14 constat longioribus. Longitudo descripti est 4 fere unciarum.

Num. 6. *Labrus polyodon; varius; macula cœrulea ad basin pinnarum pectoralium.*

Quoad plurima cum priore num. 5. convenit; sed dentes plerumque 16 in maxilla superiore, & paulo plures in inferiore dantur. Color ex albescente, & purpurascens mixtus maculis aliquot exiguis, cœruleis, distinguitur. Macula cœrulea, vel purpurea ad basin pinnarum pectoralium datur. Officula, secundum, & tertium pinnarum ventralium in processum ultra reliqua extenduntur. Pinna dorsi officulis constat 22, vel 23, quorum 9 anteriora aculeata sunt, reliqua mollia, & in apice bifida. Pinna ani officulis constat 15, 16, vel 17, quorum 3 prima aculeata, reliqua mollia sunt. Cau-

poitrine sont arrondies, & formées de treize arrêtes. Les nageoires du ventre en ont six, dont la première est épineuse. L'aileron de l'anus en a treize, desquelles les trois premières sont pointues, fortes, les autres molles, fourchues. Sa queue presque uniforme au bout, est formée du même nombre d'arrêtes, mais plus longues. Le Poisson a trois pouces, quatre lignes de longueur.

Nº. 4. *Chaluc verdâtre, ayant plusieurs dents aux mâchoires, & dix arrêtes épineuses à la nageoire du dos.*

Il ressemble en plusieurs choses au précédent; voici en quoi il en diffère. Sa tête est unie. Le nombre de ses dents est plus considérable, car il en a vingt-deux ou vingt-quatre à la mâchoire supérieure, & environ vingt à l'inférieure. Ses écailles & la dentelure du gozier sont les mêmes que dans l'espèce précédente. Sa rayure latérale est semblable à celle du premier Chaluc. La couleur de son corps est plus pâle, tirant sur le verd. Dix-neuf ou vingt arrêtes soutiennent l'aileron du dos; de ce nombre les dix antérieures sont épineuses, les autres flexibles, & un peu fourchues. Les nageoires de la poitrine & du ventre ne diffèrent point du Chaluc qui précède. L'aileron de l'anus est appuyé par 11 à 12 arrêtes, dont les trois premières sont fortes, épineuses, les autres molles. Sa queue est égale au bout, & a pour appui treize longues arrêtes. Le Poisson entier est long de trois pouces & d'une ou deux lignes.

Nº. 5. *Chaluc armé de plusieurs dents rayé sur les côtés de deux rayes longitudinales, & ayant la queue égale au bout.*

Il a de grands rapports avec l'espèce du Nº. 3. mais son corps est plus oblong à proportion, & son ventre moins large. Sa tête

entière est unie, sans écailles. Il a douze ou quatorze dents à la mâchoire inférieure, & une douzaine à la mâchoire supérieure; Il sort encore à chaque coin de son museau deux grandes dents. Le dessus de sa tête est bleu. Son corps est barré de trois rayes qui courent depuis sa bouche jusqu'au bord des couvercles des ouïes; ensuite la raie du milieu finit, & les deux autres, d'un blanc argenté, s'étendent jusqu'à la queue, laquelle est blanche de même que les nageoires. Celle du dos est affaiblie, & entrelassée de vingt ou vingt & une arrêtes, dont les neuf antérieures sont courtes, pointues, les autres un peu longues & flexibles. On en compte treize aux nageoires de la poitrine, six aux nageoires du ventre, quatorze ou quinze à la nageoire de l'anus; Parmi ces dernières, les trois premières sont épineuses, mais faibles, les autres douze sont molles, & branchues au bout. Sa queue, égale à l'extrémité, est soutenue de treize ou quatorze grandes arrêtes. Ce Poisson a presque quatre pouces de longueur.

Nº. 6. *Chaluc de diverses couleurs, marqué d'une tache bleue vers l'origine des nageoires de la poitrine, & ayant plusieurs dents à la bouche.*

Il est semblable à beaucoup d'égards au Chaluc qui précède; mais il a dans la mâchoire supérieure d'ordinaire seize dents, & encore davantage à la mâchoire inférieure. Sa couleur est mêlée de blanc & de purpurin avec une moucheture de quelques petites taches bleues. Le commencement des nageoires de la poitrine est remarquable par une tache bleue ou pourpre. La seconde & la troisième arrête des nageoires du ventre s'étendent au de là des autres. La nageoire du dos est formée de vingt-deux ou vingt-trois arrêtes, dont les neuf antérieures sont épineuses, les autres molles & fourchues. La nageoire de l'anus a quinze, seize, dix-sept arrêtes, desquelles les trois premières sont pointues, les autres molles. Sa queue est convexe à l'extrémité, & a pour

Cauda in extremo convexa officulis 14 longioribus constat. Longitudo descripti est unciarum 3 & linearum 9. Cauda in ambitu, quam interna parte, dilutior ac clarior, ornamenti speciem addit.

Num. 7. *Labrus polyodon; capite cœruleo; cauda bifurca.*

In multis cum præcedente convenit; sed dentes in maxilla superiore circiter 20, in inferiore plures adhuc dantur. Faucium dentes, uti in reliquis, se habent. Squamæ magnæ, oblongæ, albæ, læves, corpus tegunt. Laminæ operculorum glabræ sunt, & squamis destitutæ. Color corporis ex albo, & viridescente mixtus aliquid simul cœrulescentis monstrat. Caput totum intense cœruleum, vel purpureum est. Pinnæ pectorales in medio quoque, secundum longitudinem, lineam latam, cœruleam gerunt. Pinna dorsi humilis officulis 22 constat, quorum 8 priora aculeata, & fatis robusta sunt, reliqua mollia, & in apice ramosa. Pinnæ pectorales officulis constant 14, vel 15. Ventrals officulis 6, quæ, uti in præcedentibus, se habent. Ani pinna, ad basin cœrulescens, officulis 14, vel 15 constat, quorum 3 prima aculeata sunt, reliqua mollia, & in apice ramosa. Cauda oblonga, multum bifurca, officulis gaudet 14 longioribus. Longitudo descripti, a rostro ad extremum usque caudæ, est 6 unciarum, & 7 linearum circiter.

Num. 8. *Labrus varius; maculis duabus nigris post initium pinnae dorsalis.*

Videtur & ad *Labri* genus hic Piscis pertinere: saltem libet ejus iconem hoc loco superaddere; ut ab Ichthyologis examinari, suoque nomine donari possit. Num tetraodon, an polyodon sit, incertum, nec in ipso Pisce inquiri potuit, quum, distracto publica venditione Museo Auctoris, non nisi icon nobis superfuerit. Duplex color Piscem, secundum longitudinem, inde ab extremo ore ad caudæ usque initium, ita distinguit, ut pars media superior profunde fusca sit, inferior flavicet. Maculis duabus nigris circa 5 & 6 officulum pinnae dorsalis diceret accedere ad Labrum num 2.; a quo tamen in cæteris discrepat. Nihil itaque determino.

Notandum est, quod color in hoc Genere admodum varius, & multiplex sit, ac sæpe ludat: hinc si quis, *Labros* quosdam cum heic descriptis conferens, animadvertat omnia ad amissim convenire præter colorem, nihil est, quod obstet, quo minus ad eas Species, cum quibus in omnibus partibus secundum figuram, situm, proportionem, & numerum conveniunt, suos *Labros* referre possit. Nihil tamen minus in construendis Nominibus Specificis ad colorem interdum confugere coacti fuimus; quando nempe numerus, figura, & proportio partium differentias non sat strictas suppeditabant.

TABULA TRICESIMA ET SECUNDA.

Præcedentibus tabulis, quæ ad Pisces pertinent, exhibuimus illas omnes cum icones, tum manuscriptorum Piscium historias, quæ a D. Auctore, quum viveret, editioni destinata, jamque parata, post

soutien quatorze longues arrêtes. La grandeur du Poisson est de trois pouces, neuf lignes. Le contour de sa queue lui donne une espèce d'ornement, étant d'une couleur plus claire que sa partie intime.

N^o. 7. *Chaluc à plusieurs dents, ayant la tête bleue, & la queue fourchue.*

Il diffère aux égards suivans de celui qui précède. Le dentier de la mâchoire supérieure est composé d'environ vingt dents, & la mâchoire inférieure en a encore un plus grand nombre. La denture du gozier est faite de même que celle des autres Chalucs. Son corps est tapissé de grandes écailles, oblongues, blanches, lissées; Les convereles des ouies n'en ont point. Sa couleur est nuée de blanc, de verdâtre & de quelque teinture de bleu-pâle; mais sa tête est entièrement pourpre, ou d'un bleu foncé. Les nageoires de la poitrine sont décorées, au milieu, d'une large raye bleue qui passé en long. La nageoire du dos est affaïssée, & a pour appui vingt deux arrêtes, dont les huit premières sont piquantes, assez fortes, les autres molles & branchues. Les nageoires de la poitrine sont fortifiées de quatorze ou quinze arrêtes, & celles du ventre de six, comme dans les autres Chalucs. La nageoire de l'anüs est de couleur bleuâtre vers son origine, & soutenue de quatorze ou quinze arrêtes, dont les trois premières sont armées d'une pointe, les autres molles & rameuses. Sa queue est oblongue, extrêmement fourchue, & composée de quatorze grandes arrêtes. La longueur entière de ce Poisson, depuis le museau jusqu'au bout de la queue, est de six pouces, & environ sept lignes.

N^o. 8. *Chaluc de diverses couleurs, aiant deux taches noires après le commencement de la nageoire du dos.*

Ce poisson semble appartenir au genre des *Chalucs*: au moins

jugeons nous à propos d'en placer ici la figure afin que les Ichthyologues puissent l'examiner & lui donner un nom convenable. Il est incertain s'il a deux dents à chaque machoire ou davantage; nous n'avons pu l'examiner & le cabinet de l'auteur aiant été vendu publiquement, il ne nous est resté que la figure du poisson. Une double couleur le distingue, selon sa longueur, depuis le bout du museau jusqu'au commencement de la queue, tellement que sa partie moienne supérieure est d'un brun foncé, tandis que l'inférieure est jaunâtre. Vous diriez, à voir deux taches noires aux environs de la cinquième & sixième arrête de sa nageoire dorsale, qu'il approche du chaluc, N^o. 2. quoiqu'en tout le reste il soit différent. Ainsi je ne determine rien.

Il faut observer, qu'en ce genre la couleur est extrêmement variée, & peu constante: si donc quelqu'un, en comparant les poissons ici décrits avec d'autres *Chalucs*, trouve qu'ils conviennent en tout, hormis en couleurs, rien n'empêche qu'il ne les rapporte à ces espèces avec lesquelles toutes leurs parties conviennent selon la figure, la position, la proportion & le nombre. Nous avons cependant été obligés, en formant les noms spécifiques, d'avoir recours aux couleurs, toutes les fois que le nombre, la figure & la proportion des parties ne donnoient pas des différences allés marquées.

PLANCHE TRENTE DEUXIEME.

Dans les planches précédentes qui représentant des poissons, nous avons donné les figures & l'histoire de ces animaux, que l'Auteur avoit destinée à l'impression pendant sa vie & que nous avons, après sa mort, trouvés toute préparée. Mais il étoit

post ejus mortem inveniri a nobis potuerunt. Supererat autem inde ad Ostracoderma usque hiatus aliquis, quem aliis insuper Piscibus supplere dubio procul apud animum suum constituerat beatus SEBA: prout ex prolegomenis ad Tabulam xxxv manifeste elucescit. Itaque meliore quovis modo conquirenda fuere tot Piscium nondum, aut minus exacte, ab aliis delineatorum specimina, quibus sequentes tres tabellæ repleti possent. Quod equidem nullo fere negotio a nobis præstitum fuisset, si Museo Auctoris, peregrinis Piscibus sane quam ditissimo, satis longo sub otio frui licuisset. At quum post plurium annorum intervallum Heredes tandem operi diu interrupto manus admovere, plenamque ejus editionem curare denuo decernerent; mox etiam ob prægnantes rationes de publica venditione universi Theauri Sebani cogitandum erat. Inde factum, ut occasio deesset accurate inquirendi, quinam superessent nondum operi inserti Pisces, eosque, qui fugitivo oculo notati fuerant, ad nativa exempla studiose describendi. Atque adeo in tanta festinatione id unicum modo efficere licuit, ut nonnullorum, qui singulariores, & præcipuæ dignitatis viderentur, Piscium icones ea, quam temporis angustia concederet, cura elaborarentur, ad quas deinde descriptiones exarari longiore sub otio possent. Ita tamen non pauci sine dubio prætervisi sunt, qui, quod nec in scriptis editis, nec in Museis Naturæ Curiosorum occurrant, exhiberi omnino debuissent: nec eorum, quos exhibemus, notas characteristicas tanta accuratatione ex solis figuris elicere, ac concinnare datum fuit, quantam attentius ipsos Pisces inspiciendi opportunitas obtulisset. Recte igitur quidem, amice Lector! utrumque dolebis defectum; sed veniam quoque dabis, cum intellexeris, iniquas obstitisse conditiones, quo minus aliter ageremus; datamque insuper a nobis esse operam, ut, quam ex Museo Auctoris præmature distracto depromere non liceret, materiem reliquis tabulis pro more adimplendis sufficientem, ac opere Sebano dignam, aliunde compararem.

His præmonitis describemus species aliquot generis Piscium a nemine, quantum novimus, præterquam a Marggravio in Hist. Nat. Brasil. Lib. iv. Cap. xiv. p. 170. descripti, cui inter Brasilienses *Carapo* nomen est. P. Artedi Ichthyol. G. Pisc. xxi. *Gymnotum* vocat appositissime a dorso pinnis nudo: quæ quidem nota id genus Piscium facile ab aliis distinguit, singulisque ejus speciebus est communis. Quidquid de eo apud Willughbejum, & Rajum habetur, ex Marggravio depromptum est; nec videntur Piscem ipsum unquam oculis usurpasse: unde nec plurium specierum, nisi quas Marggravius proposuit, mentionem faciunt. Nobis in Museo Auctoris quinque occurrerunt specimina id genus Piscium, quos ideo, priusquam venderentur, accurate depingi curavimus, ut dein ad icones describi, atque in lucem edi possent.

Num. I. *Gymnotus, lineis transversalibus variis; maxilla inferiore longiore; cauda curta, subulata.*

Capite est gracili pro corporis crassitie, eoque perpendiculariter compresso; maxilla inferiore multo, quam superior, longiore. Branchiis apertis spirat. Universa corporis superficies, dilute flavescens, lineis fuscis, undulatis, transversalibus, inde a summitate dorfi secundum latera oblique

que

stoit encore, de là jusqu'aux Coquillages, un certain vuide que Mr. Seba avoit, sans doute, resolu de remplir par d'autres espèces de poissons, comme il paroît visiblement dans ses prolegomenes sur la Planche xxxv. il a donc fallu, pour remplir les trois planches suivantes chercher, le mieux qu'on a pu, diverses espèces de poissons, que d'autres n'avoient pas encore représentées, ou qu'ils avoient représentées peu exactement. C'est ce que nous aurions executé presque sans aucune peine, si nous avions eu assez de tems pour examiner à loisir le cabinet de l'Auteur, riche en poissons étrangers. Mais après plusieurs années d'intervalle, les Héritiers aiant enfin resolu de reprendre cet ouvrage depuis longtems interrompu, & d'en procurer une édition complete, il a fallu en même tems, pour de fortes raisons, penser à faire une vente publique du Thresor de Seba. Cette vente precipitée a été cause, qu'on n'a pas eu l'occasion de démêler avec assez de soin, parmi ces poissons, ceux qui n'étoient pas encore entrés dans l'ouvrage, ni de donner des descriptions étudiées sur les corps mêmes de ceux que l'oeil ne remarquoit que précipitamment. Ainsi tout ce qu'on a pu faire a été de faire graver sur les originaux les figures de certains poissons, qui paroissent les plus singuliers & les plus dignes d'attention, aussi exactement qu'un si court espace de tems l'a permis, & cela dans le dessein d'en donner ensuite les descriptions plus à loisir. On a sans doute ômis, par cette raison, plusieurs poissons qu'on auroit dû représenter, parce qu'ils ne se trouvent ni dans les livres ni dans les cabinets des curieux: il ne nous a pas non plus été possible de tirer & d'ajuster sur les seules Estampes des caractères aussi exacts que nous l'aurions pu, si la commodité d'étudier les poissons mêmes avec plus d'attention ne nous eut pas manqué. Ce double défaut, sans doute, fera peine à nos Lecteurs & non sans raison: mais ils nous le pardonneront s'ils se souviennent, que des circonstances, dont nous n'étions pas les maitres, ne nous

Tom. III.

ont pas permis de faire autrement, & que nous avons eu soin de suppléer d'ailleurs à ce que la vente precipitée du cabinet de l'Auteur nous avoit fait mauquer; ce que nous avons ajouté suffit pour remplir à l'ordinaire les planches qui restent & n'est pas indigne de l'ouvrage de Seba.

Après cet avertissement, nous allons décrire quelques espèces d'un genre de poissons qu'on nomme au Bresil *Carapo* & que nul auteur, que nous sachions, n'a décrit, excepté Marggrave, Hist. nat. brasil. lib. iv. cap. xiv. p. 170. P. Artedi, Ichthyol. G. Pisc. xxi. nomme très bien ce genre de poisson *Gymnotus*, parce qu'il a le dos nud & sans nageoire, caractère qui le distingue aisément de tous les autres genres & qui convient à chacune de ses espèces. Tout ce qu'on en trouve dans Willughby & Ray est pris de Marggrave; il ne paroît pas qu'ils aient jamais vu ce poisson: car ils ne font mention d'aucune autre espèce, que de celles qui sont données par Marggrave. Nous en avons trouvé dans le cabinet de l'Auteur cinq espèces différentes, que nous avons fait graver exactement, avant qu'on en fit la vente, afin qu'on put ensuite en donner des descriptions prises sur l'estampe.

Nº. I. *Gymnotus varié par des lignes transversales, aiant la machoire inférieure plus longue que la supérieure, la queue courte, & terminée en pointe.*

La tête de ce poisson, eu égard à la grosseur du corps, est menue & perpendiculairement comprimée; sa machoire inférieure est beaucoup plus longue que la supérieure. Il respire aiant les ouyes ouvertes. Toute la superficie de son corps est d'une couleur claire jaunatre, variée de lignes brunes, ondoïées, trans-

Bb

ver-

que antrorsum descendantibus, variatur. Dorsum fat crassum, pinnæ expers, speciem sulci monstrat, qui ab occipite secundum longitudinem medii dorsi aliquousque protensus tandem prorsus evanescit, neque adeo quidquam singulare monstrat: ut ideo incertus sim, utrum vivo etiam in Pisce secundum naturam occurrat, an vero liquoris, quo conditus in phiala Piscis servatur, vi constipante productus sit. Proxime post branchias duæ visuntur pinnæ pectorales, parvæ, officulorum XII. Pinna sub ventre unica, longissima, quam utrum ventralem nomines, an ani, per me licet, officulis constat circiter CXIII, atque ad finem pinnarum pectoralium e medio ventre exorta, per totam Piscis longitudinem deinceps ad caudam usque, serie officulorum non interrupta, at altitudine tamen decrescente, exporrigitur, suoque extremo paullatim tenuato veluti intra caudam, qua hæc in subulam sese cuspidat, absorbetur. Regnat autem per totam pinnæ hujus longitudinem quasi fimbria quædam membranacea, medio, quam utroque extremo, latior, quæ uti ex corpore Piscis gracilescente enascitur, ita pinnæ ipsi basin, ac firmamentum præbet, atque ab initio ad finem usque inter pinnam, ac corpus Piscis sese mediam ponit. Cauda brevior, quam in aliis speciebus, cito in acumen convergit. Longitudo Piscis est septem unciarum, & trium linearum: latitudo maxima unciæ unius, & trium linearum: Caput a branchiis ad mandibularum extremitatem usque dimidiam unciam, & lineas duas æquat. Linea lateralis, dorso, quam ventri, propior, a cervice ad apicem caudæ usque recta decurrit, ex punctis fuscis, non cohærentibus, veluti composita. Dorsi crassities, ventrisque attenuatio, tum latitudo corporis paullatim posteriora versus decrescens, tandemque in cuspidem coiens, non inepte figuram cultri effingit: prout de suo etiam *Carapo* notavit Marggravius loc. cit.

Num. 2. *Gymnotus varius; capite conico; ventre turgidiore.*

Altera hæc Gymnoti species, a priore manifeste discrepans, superficie quidem itidem versicolore est, at maculis potius, quam lineis, luteis, ac fuscis, marmoris in modum, variegata. Caput conicum, ab occipite ad oris extremum magis declive, pro Piscis magnitudine pusillum, cinereo colore distinguitur. Venter pone pinnas pectorales veluti in sacci speciem turgescit. Nec cauda tam cito, ut in præcedente, in cuspidem coit, sed inde a fine pinnæ ventralis longius protensa, paullatimque tenuata tandem terminatur. Pinnæ pectorales, statim pone branchias sitæ, XIX singulæ officulis constant, cæterum pro Piscis magnitudine fat minutæ. Pinna ventralis, mox sub pectoralibus incipiens, secundum corporis longitudinem decurrens, trium circiter unciarum intervallo a caudæ extremitate definit, constatque CCXXIII officulis, atque simili appendice membranacea, ut in priore, tanquam basi sua firmatur. Linea lateralis, a cervice orta, recto ductu usque in caudam se diffundit. Universa Piscis superficies minutis obsita est squamulis, quas nisi attentus vix animadverterit. Longitudo est 16 unciarum, & unius lineæ; latitudo maxima 2 unciarum, & unius lineæ; caput sesqui unciam, & unam lineam longitudine æquat.

Num. 3.

versales & qui du haut du dos descendent obliquement, vers le devant, sur les côtés. Son dos assés épais, sans nageoire, montre une espèce de sillon, qui s'étendant de l'occiput jusqu'environ le milieu du dos, s'évanouit enfin tout-à-fait & n'offre rien de remarquable; de sorte que je suis incertain, si ce sillon se trouve naturellement dans le poisson vivant, ou s'il est dû à la force adstringente de la liqueur où on le conserve. Immédiatement après les ouyes, on voit les deux nageoires de la poitrine, petites, & composées de XII. arrêtes. Il n'a sous le ventre qu'une seule nageoire, très longue, qu'on peut prendre indifféremment pour la nageoire du dos ou de l'anus. Elle est composée d'environ CXIII. arrêtes & tirant son origine du milieu du ventre à la fin des nageoires de la poitrine, elle parcourt toute la longueur du poisson, jusqu'à la queue, par une suite d'arrêtes non interrompue, mais qui diminue de hauteur & va par son extrémité, qui s'amointrit peu à peu, se perdre dans la queue, là où celle-ci se forme en pointe. Il règne par toute la longueur de cette nageoire, comme une espèce de frange membraneuse, plus large au milieu qu'aux deux bouts: comme elle nait du corps délié du poisson, elle sert de base & d'appui à la nageoire & tient le milieu entre elle & le corps, depuis le commencement jusqu'à la fin. Sa queue, plus courte que dans les autres espèces, se termine d'abord en pointe. La longueur du poisson est de 7 pouces, trois lignes; sa plus grande largeur d'un pouce, trois lignes, & sa tête depuis les ouyes jusqu'à l'extrémité des mâchoires est d'un demi pouce, deux lignes. La raie laterale, plus proche du dos que du ventre, court en droiture depuis la tête jusqu'à la pointe de la queue, étant comme composée de points bruns qui ne se touchent pas. L'épaisseur du dos, & l'atténuation du ventre, aussi bien que la largeur du corps, qui va en diminuant peu à peu vers le derrière & qui enfin se termine en pointe, ne ressemble pas mal à

la figure d'un couteau, comme Marggrave l'a observé dans le *Carapo* qu'il décrit.

Nº. 2. *Gymnotus de différentes couleurs, ayant la tête de figure conique & le ventre gonflé.*

Cette espèce de Gymnotus diffère évidemment de la précédente. Il est vrai que sa surface est aussi bigarrée; mais ces bigarrures sont des taches jaunâtres & brunes, diversifiées comme dans le marmore, plutôt que des raies. Sa tête de figure conique, qui va plus en pente depuis l'occiput jusqu'au bec & qui est petite, par rapport à la grandeur du poisson, se distingue par sa couleur cendrée. Son ventre, derrière les nageoires de la poitrine, se gonfle comme une espèce de sac. Sa queue ne se termine pas en pointe aussi-tôt que dans le précédent; mais depuis la fin de la nageoire du ventre, s'allongeant davantage, elle s'extenue peu à peu jusqu'à son extrémité. Les nageoires de la poitrine, posées d'abord derrière les ouyes sont composées chacune de dix neuf arrêtes, du reste assés petites, eu égard à la grandeur du poisson. La nageoire du ventre, laquelle commence d'abord sous celle de la poitrine & court tout le long du corps, se termine environ à trois pouces de l'extrémité de la queue, se forme de CCXXIII arrêtes & s'affermit par une appendice membraneuse qui en est la base, comme dans le poisson précédent. La raie laterale, qui tire son origine du cou, court en droiture jusqu'à la queue. Toute la surface du poisson est couverte de petites écailles, presque imperceptibles si l'on n'y regarde de près. Sa longueur est de 16 pouces, 1 ligne; sa plus grande largeur de 2 pouces 1 ligne, & sa tête est longue d'un pouce & demi & 1 ligne.

Nº. 3.

Num. 3. *Gymnotus carulescens*; ventre latiore; macula nigra ad branchias.

Colore est per universum corpus ex caruleo nigrescente: pinna ventralis tamen subrufula. Venter, pro Piscis longitudine admodum latus, facit, ut caput similiter, ac in specie secunda, perexiguum videatur. Linea lateralis admodum distincte inde a branchiis ad caudam usque sese exporrigit. Pone oculos utrinque super operculis branchiarum rotunda cernitur nigricans macula, quæ utrum perpetua sit, incertum: saltem in aliis speciebus non occurrit. Pinnæ pectorales VIII constant singulæ officulis. Ventralis, sua itidem, minus tamen lata, quam in præcedentibus, firmata appendice, officula exhibet CCXLIV, longiusque in ipsam caudam sese diffundens, paulo ante extremam hujus subulam demum terminatur. Longitudo Piscis est septem unciarum, & 3 linearum: latitudo maxima unciæ unius, & 3 linearum: Capitis longitudo unius lineæ supra unciam.

Num. 4. *Gymnotus fuscus*; maxilla inferiore brevior; dorso ad caudam usque sulcato.

Longitudine æquat uncias quatuordecim, atque unam lineam: latitudine maxima unciam unam, ac septem lineas. Caput, pro magnitudine Piscis minutum, lineas septem supra unciam duntaxat longum est, eoque a prioribus se distinguit, quod maxillam inferiorem manifeste superiore brevior habet, si modo Pictor fideli icone naturam expresserit; quum Piscem ipsum examinandi occasio desit. Pinnas pectorales, pro mole corporis perexiguas, singulas XVI constituunt officula. Pinna ventralis, quam sua itidem appendix fulcit, officulis constat circiter CCXXVIII, & ad distantiam aliquot unciarum ab extremo caudæ terminatur. Pinna dorsalis pro more hujus generis deest: dorsum tamen hujus speciei sulco conspicuum est, qui a cervice incipiens in cauda, sensim imminutus, evanescit. Linea lateralis nil singulare habet.

Num. 5. *Gymnotus varius*; nostro productiore.

Singularissima hæc species ut magnitudine, ita conformatione, haud parum a cæteris discrepat. Longitudo ejus 24 fere unciarum: latitudo maxima duarum, & dimidiæ unciarum. Universa superficies, ex subrufo picta, elegantissimis distinguitur maculis spadiceis, majoribus, qua corpus obsident, ad pinnas autem minutis, iisque dense confitis. Caput ab occipite antrorsum declive, in rostrum, Acipenseris quasi, producitur, minimisque præditum oculis longitudinem fere trium unciarum, & trium linearum æquat. Branchiarum opercula dura, cartilaginea, margine semicirculari terminata, lineis ex centro veluti radiatis distinguuntur. Pinnæ pectorales, post branchias sitæ, minutæ, XIX officula habent. Ab imo capite per totam Piscis longitudinem usque ad tres fere uncias ab extremo caudæ porrigitur pinna ventralis, sua itidem appendix gaudens. Appendix ista membranacea, si paulo accuratius examinatur, ingenti constat numero cartilagineorum officulorum, quæ crassiore membrana obtecta suis extremis cum officulis pinnæ suppositæ veluti articulantur; cujus-

Nº. 3. *Gymnotus bleuatre*, aiant le ventre large & une tache noire aux ouyes.

La couleur de ce poisson est d'un noir bleuatre par tout le corps: mais la nageoire du ventre est presque rousse. Le ventre extrêmement large, par rapport à la longueur du poisson, fait que la tête, comme dans la seconde espèce, paroît très petite. Sa raieure laterale court très distinctement depuis les ouyes jusqu'à la queue. On voit de côté & d'autre derrière les yeux, sur les couvercles des ouyes, une tache ronde & noiratre, dont on doute si elle est constante, au moins ne se trouve t'elle pas dans les autres espèces. Les nageoires de la poitrine ont chacune huit arrêtes. Celle du ventre, soutenue aussi par une appendice, mais moins large que dans les espèces précédentes, a CCXLIV arrêtes, & se repandant plus loin dans la queue, finit un peu en avant de son extrémité qui est pointue. La longueur de ce poisson est de 7 pouces 3 lignes & sa plus grande largeur d'un pouce 3 lignes. La longueur de sa tête est d'un pouce 1 ligne.

Nº. 4. *Gymnotus brun*, aiant la machoire inférieure plus courte que l'autre, & le dos sillonné jusqu'à la queue.

La longueur de ce poisson est de quatorze pouces une ligne, & sa plus grande largeur d'un pouce sept lignes. Sa tête, petite par rapport au corps, est seulement longue d'un pouce, sept lignes, & il se distingue des autres en ce que sa machoire inférieure est évidemment plus courte que la supérieure. Nous supposons que le peintre l'a représenté fidèlement, n'ayant pas eu l'occasion d'examiner le poisson même. Les nageoires de la poitrine, fort petites par rapport à la grandeur du corps, ont XVI

arrêtes. La nageoire du ventre, soutenue aussi par son appendice, est composée d'environ CCXXVIII arrêtes & se termine à la distance de quelques pouces de l'extrémité de la queue. La nageoire du dos manque, comme dans tous les autres poissons de ce genre. Dans cette espèce neantmoins le dos est remarquable par un sillon, qui commençant par le cou, & diminuant peu à peu s'évanouit dans la queue. Sa raie laterale n'a rien de particulier.

Nº. 5. *Gymnotus de différentes couleurs* & à long bec.

Cette espèce très singulière diffère beaucoup des autres, tant par sa grandeur que par sa conformation. La longueur du poisson est de 24 pouces, à peu près, & sa plus grande largeur de deux pouces & demi. Toute sa surface qui est roussâtre est joliment mouchetée de grandes taches brunes; elles sont répandues par tout le corps; mais celles qui sont sur les nageoires sont & plus petites, & en plus grand nombre. Sa tête, qui depuis l'occiput, descend en pente sur le devant, s'allonge comme le bec de l'éturgeon, & a de très petits yeux; elle est longue de trois pouces, trois lignes, à peu près. Les couvercles des ouyes qui sont cartilagineux & terminés par un bord demi circulaire, sont distingués par des lignes qui partent de leur centre en forme de rayons. Les nageoires de la poitrine, qui sont petites, & placées après les ouyes, ont XIX arrêtes. La nageoire du ventre commence au-dessous de la tête, & s'étend selon toute la longueur du poisson, jusqu'à près de trois pouces de l'extrémité de sa queue, laquelle a de même son appendice. Cette appendice membraneuse, si on l'examine de près, paroît composée d'un grand nombre de petites arrêtes cartilagineuses qui recouvertes d'une membrane plus épaisse s'articulent en quelque façon par leurs bouts avec les arrêtes de la nageoire. On voit quelque chose de semblable dans

cujusmodi quid in Piscibus planis, ut Pleuroneste &c. itidem obtinet. Numerantur autem officula cxcvii in hac pinna. Linea lateralis, admodum conspicua, a cervice secundum dorfi longitudinem ad apicem usque caudæ recto ductu fertur. Cauda tenuissime terminatur.

En species Gymnoti, quæ nobis in Museo Sebano occurrerunt! Num earum nonnullæ conveniant iis, quas Marggravius loco citato descripsit, & quænam, vix ausim certo determinare. Non dubitavi tamen ad unum idemque *Carapo*, vel *Gymnoti* genus omnes referre; quando primariis duabus notis inter se similes sunt; nuditate puta dorfi, & caudæ in cuspidem attenuatione: quo caractere facile dignosci poterunt, quæcunque deinceps forte invenientur, novæ species.

P. S. Quandoquidem, descriptionibus Tabul. xxvi., & xxix. jam impressis, Auctor, harum deliciarum amatoribus etiam plus quam satisfaciendi studio abreptus, inconsultis descriptionibus, Pisces istis tabulis incidendos curavit plures, quam typis descripti erant; necessum fuit, supernumerariorum historiam extra ordinem huic loco inferere, ne quid ea in parte a Lectore desiderari posset.

Ad T A B U L A M XXVI. Num. 35.

Chatodon lineis longitudinalibus variis; cauda bifurca; aculeo laterali utrinque ad caudam.

Superadditus est hic Pisciculus, ut varietas ejus, quem Num. i. Tabulæ xxv. descripsimus: vix enim ab hoc, nisi numero linearum, discrepat. Lineæ nimirum sex duntaxat, longitudinales, lividæ, singulæ linea fusca utrinque stipatæ, parallele inter se decurrentes, utrumque corporis latus variegant. Cæterum mox dictæ speciei similis est. Aculei ad caudam, quod notandum, emissitii sunt. An horum Piscium alteruter, aut uterque est *Jean Boulang* Henric. Ruysch. Collect. nov. Piscium Amboinens. Tab. xv. n. 13.? Multum sane videntur convenire.

Ad T A B U L A M XXVI. Num. 36.

Chatodon macrolepidotus; flavescens; linea fusca ad oculos, caudam, & ani pinnam.

Pertinet Pisciculus hic ad Chætodontum eam classem, quæ aculeis tum ad caput, tum ad caudam, nullis gaudet; estque haud multum diversus ab eo, quem num. 18. Tab. xxv. exhibuimus. Color corporis, ex flavescente canus, linea fusca, utrinque transversim per oculos descendente, distinguitur. Pinnæ ani margo extremus, atque universa dorfi pinna, itidem coloris fusci sunt. Caudæ officula, qua exoriuntur, linea fusca, transversa, lunata variat. Cæterum & lineolæ livescentes, parallele a dorso deorsum, aliæ antrorsum, aliæ retrorsum, ac se mutuo decussantes, decurrunt. Dorfi pinna officulis gaudet 34, quorum 13 priora aculeata, reliqua mollia sunt. Pinnæ pectorales 15 officula gerunt. Ventrals 6, quorum prius aculeo gaudet. Ani pinna 23 officula monstrat, quorum tria anteriora aculeata sunt, reliqua mollia. Cauda in extremum æquale definit.

Ad

les poissons plats, comme dans la sole &c: On compte dans cette nageoire cxcvii. arrêtes. La raie laterale, qui est très visible, court du cou par toute la longueur du dos, en droiture, jusqu'à la pointe de la queue, laquelle est très aigue.

Voilà les espèces du genre nommé Gymnotus que nous avons rencontrées dans le cabinet de Seba. S'il y en a quelques-unes qui conviennent avec celles que Marggrave a décrites dans l'endroit cité & quelles elles sont, c'est ce que je n'oserois décider. Je n'ai cependant pas hésité de rapporter à un même genre tous les *Carapo* ou *Gymnotes*; puisqu'ils se ressemblent par deux caractères principaux, savoir la nudité du dos & la queue pointue: il sera facile de reconnoître à cette marque, toutes les autres espèces nouvelles qu'on en pourra découvrir dans la suite.

P. S. Les descriptions des Planches xxvi. & xxix. étoient déjà entièrement imprimées, lorsque l'Auteur a fait graver sur ces mêmes Planches, de nouveaux Poissons, dont il n'étoit fait nulle mention dans le Texte; & cela, faute d'avoir consulté les descriptions, ou par l'envie qu'il avoit de satisfaire pleinement ceux qui ont du goût pour ces sortes de curiosités. Pour remédier à ce défaut, on a cru qu'il étoit nécessaire d'insérer ici l'histoire de ces Poissons qui sont de trop, puisqu'il y a moins d'inconvénient de la mettre hors de sa place, que d'en priver le Lecteur.

Pour la P L A N C H E XXVI. N°. 35.

Chatodon, bigaré de raies longitudinales, à queue fourchue, & armé d'un éguillon à chaque côté de la queue.

On a ajouté ce petit Poisson, comme une variété de celui, dont nous avons donné la description au N°. i. de la Planche xxv; car on n'y remarque presque d'autre différence que celle

qui vient du nombre des raies. Il n'en a en effet que six, qui s'étendent longitudinalement & parallèlement sur chaque côté du corps: elles sont livides, & ont toutes une raie brune qui les accompagne de part & d'autre. Quant au reste, il ressemble à celui dont on vient de parler. Il est bon de remarquer que les éguillons, qui sont à la queue, peuvent rentrer & sortir d'une espèce de coulisse qui les renferme. L'un de ces deux Poissons, ou peut-être l'un & l'autre ne seroient-ils pas le même que celui auquel *Henri Ruysch* donne le nom de *Jean Boulang* dans sa *Collect. nov. Piscium Amboinens.* Planche xv. n. 13? Ce qu'il y a de certain, c'est qu'ils se ressemblent beaucoup.

Pour la P L A N C H E XXVI. N°. 36.

Chætodon à grandes écailles, jaunâtre, & auquel on voit une raie brune aux yeux, à la queue, & à la nageoire de l'Anus.

Ce petit Poisson doit être rangé dans la Classe des Chætodon, qui n'ont aucun éguillon, ni à la tête ni à la queue. Il ne diffère pas beaucoup de celui que nous avons représenté au N°. 18. de la Planche xxv. Il est d'un blanc tirant sur le jaune, & on lui remarque de chaque côté, une raie brune qui descend en traversant les yeux. L'extrémité de la nageoire de la queue, & toute la nageoire du dos, sont aussi de couleur brune. Les arrêtes de la queue, à l'endroit de leur origine, sont marquées d'une raie brune, transversale, & faite en forme de croissant. Du reste, on voit de petites raies livides, qui descendent parallèlement du dos en embas, les unes par-devant, les autres par-derrrière, & qui se croisent réciproquement. La nageoire du dos a 34 arrêtes, dont les 13 premières sont hérissées d'éguillons, mais les autres sont molles. Les nageoires de la poitrine sont garnies de 15 arrêtes, celles du ventre en ont 6, dont la première est armée d'un éguillon. On compte à la nageoire de l'Anus 23 arrêtes, dont les trois antérieures sont pointues, & les autres molles. L'extrémité de la queue est toute unie.

Pour

Ad T A B U L A M XXVI. Num 37.

Chætodon macrolepidotus ; macula rotunda ad caudam.

Convenit hic plurimis ei, quem Num. 16. Tab. xxv exhibuit ; ut forte pro varietate istius speciei haberi queat. Macula nigra, circulo albo eleganter circumdata, extremum corporis, qua id in caudam convergit, medio inter fines pinnarum ani ac dorsi loco, pinnarum officula tamen non attingens, ornat : deest interim linea nigra per oculos trajecta, qualis in Chætodonte num. 16. observatur. Squamæ in minuto pisciculo satis grandes. Pinna dorsi 32 constat officulis, quorum 13 priora aculeata, reliqua mollia sunt. Pectorales officulis 11. Ventrals 5, vel 6, quorum primum aculeatum. Ani pinnam 19 officula constituunt, quorum tria anteriora aculeata, mediumque inter hæc valde crassum robustumque. Cauda æquali extremo terminata 17 officulis gaudet.

Ad T A B U L A M XXIX. Num. 18.

Chætodon macrolepidotus ; canescens ; lineolis longitudinalibus variis ; linea fusca ad oculos, pinnam dorsi, ani, & caudæ.

Pictura fere sola hunc pisciculum ab aliis Chætodontibus macrolepidotis supra recensitis distinguit. Lineolæ longitudinales, plurimæ, a capite ad caudam tendentes, utrumque latus variegant. Linea lata, fusca, utrumque oculum trajicit. In fine pinnæ dorsalis, ad exortum caudæ, linea lata, fusca, transversalis, assurgit, ac per posteriorem pinnæ dorsalis partem sensim dilutior se diffundit. Linea itidem fusca, utrimque lineola alba stipata, utroque extremo latior, medio angustior, a primo officulo molli pinnæ ani exorta, per totam deinceps hujus longitudinem retrorsum decurrit. Caudæ pinnam mediam linea fusca, lata, transversa, pingit. Cæterum officulorum pinnarum eadem fere, ac in prioribus, ratio est. Dorsalis pinna officulis constat 35, quorum 13 anteriora aculeata sunt, reliqua mollia. Pectorales 15 singulæ officula habent. Ventrals 6, quorum primum aculeatum est. Ani pinnam 23 officula, quorum tria anteriora aculeata, robusta, constituunt. Cauda, in extremum fere æquale terminata, pinnam officulorum 20 protendit.

Ad T A B U L A M XXIX. Num. 19.

Acipenser ; corpore tuberculis spinosis aspero ; supinus. Arted. Ichthyol.

Sturioni nomen est huic pisci apud Auctores : Belgæ *Steur* vocant. Adeo autem ab omnibus fere Ichthyologis descriptus, & vel in vulgus etiam notus est, ut mirum videri possit, ejus quod iconem exhibeamus. Scilicet inter omnes, quæ ab Auctoribus editæ sunt, figuras nullam reperire licuit, qua prona hujus piscis regio, & singularis tum situs, tum conformatio oris sistatur, quem de-

Pour la PLANCHE XXVI. N^o. 37.

Chætodon à grandes écailles, orné d'une tache ronde à la queue.

Ce Poisson ressemble beaucoup à celui, qui est représenté au N^o. 16. de la Planche xxv ; & peut-être même pourroit-on le regarder comme une simple variété de cette Espèce. Il est orné d'une tache noire, entourée d'un beau cercle blanc, & située à cette extrémité du corps qui aboutit à la queue, précisément au milieu de l'endroit où se terminent les nageoires de l'Anus & de la queue, sans cependant toucher les petits os des ailerons : on ne lui voit point cette raie noire qui traverse les yeux, & que nous avons remarquée dans le Chætodon du N^o. 16. Ses écailles sont assez grandes, à proportion de la petitesse de son corps. L'aileron du dos est composé de 32 petits os, dont les 13 premiers finissent en pointe, les autres sont molasses. Les ailerons de la poitrine sont garnis de 11 petits os, & ceux du ventre en ont 5 ou 6, dont le premier se termine par un éguillon. L'aileron de l'Anus est formé de 19 petits os, dont les trois antérieurs sont hérissés d'éguillons : celui qui se trouve au milieu ont est fort gros & fort ferme. La queue est garnie de 17 arrêtes, & est terminée par une ligne presque droite.

Pour la PLANCHE XXIX. N^o. 18.

Chætodon à grandes écailles, de couleur blanchâtre, bigarré de raies longitudinales, ayant une ligne brune aux yeux, & aux nageoires du dos de l'anüs & de la queue.

La Figure qui représente ce poisson suffit presque pour le distinguer des autres Chætodons à grandes écailles, qu'on a représenté ci-devant. Ses deux côtés sont bigarrés de quantité de raies longitudinales, qui vont de la tête à la queue. Une raie large & brune traverse les deux yeux. Une ligne large & brune monte transversalement à la fin de la nageoire du dos, vers l'origine de la queue, & se répand sur la partie postérieure de cette nageoire, devenant insensiblement plus claire. Un autre raie, aussi brune, plus large à ses extrémités qu'à son milieu, court entre deux petites lignes blanches, de la première arrête molle de la nageoire de l'anüs, sur toute la longueur de cette nageoire, en arrière. La partie moyenne de la nageoire de la queue est colorée d'une raie brune, large, transversale. Du reste les arrêtes des nageoires ont presque la même disposition que dans les espèces précédentes. Celle du dos a 35 arrêtes, dont les 13 premières sont pointues & les autres molles. Les nageoires de la poitrine en ont 15 chacune. Celle du ventre en a 6 dont la première est pointue. La nageoire de l'anüs a 23 arrêtes, dont les trois premières sont fortes & pointues. La queue, dont l'extrémité est terminée par une ligne presque droite, en a 20.

Pour la PLANCHE XXIX. N^o. 19.

Eturgeon ; dont le corps est hérissé de boutons épineux ; couché sur le Dos. Arted. Ichthyol.

Les Auteurs nomment ce poisson *Sturio* & les Flamans *Steur*. Tous les Ichthyologues l'ayant décrit & étant aussi connu qu'il l'est du vulgaire, on fera peut-être surpris que nous en donnions la figure : mais comme parmi toutes celles, qu'en ont données les Auteurs, nous n'en avons pu trouver aucune qui représente, ni la partie inférieure de ce poisson, ni les singularités tant de la situation que de la conformation de sa bouche, nous avons cru

fectum icone hac nostra supplere visum fuit. Monstrat resupinatus piscis ventrem planum, in medio mollem, utroque margine squamosis, duris, angulatis, spinosisque tuberculis stipatum. Rostrum ex lata basi in apicem antrorsum procurrent, hac sede planum, sub emarginata radice sua emittit aperturam oris, quod molle, edentulum, teres, tubum velut refert, ac linguam crassam duramque recondit. Media inter oris ostium, & rostri apicem sede cirri quatuor, e planitie rostri emergentes, dependent. Reliqua, quæ ad piscis hujus historiam pertinent, apud H. Salvianum, cui Sturio vel Silurus audit, & Artedi in Ichthyologia reperire licet.

TABULA TRICESIMA ET TERTIA.

Num. 1. *Enchelyopus totus argenteus; rictu serpentino; ventre nudo; cauda acuminata, apinni.*

Piscem splendidum, pariter atque adspectu horrendum, quo compellarem nomine hæsitavi; quando a nemine Ichthyologorum aut descriptum, aut icone expressum invenire licuit, si unicum exceperis *Kleinium*, qui missu IV. Historiæ naturalis piscium pag. 52. num. 1. describit *Enchelyopum capite producto, serpentino, extremo mandibula superioris ad instar Rhinocerotis hamato*, &c. ac Tab. XII. fig. 7. delineatum exhibet nostro per omnia satis similem. Pro eodem tamen habere non ausim; quum coloris argentei, quo noster elegantissime resplendet, expertem esse credibile sit: saltem nulla singularis adeo ornamentum mentio ab accuratissimo Auctore facta id innuere videtur. *Marggravius* etiam Histor. rer. nat. Brasil. Lib. IV. Cap. XI. pag. 161. piscem describit *Mucu* dictum Brasilienfibus, *Lampetræ* adfinem, qui, si iconem spectes, dubio procul ejusdem cum nostro generis est, at specie nihilominus multum discrepat. Ceteri Auctores aut nihil de isto genere habent, aut repetunt modo, quæ de *Mucu* apud *Marggravius* inveniuntur. Itaque cum nomen *Enchelyopus*, à *Kleinio* datum, satis conveniat pisci, cujus forma utcunque Anguillam exprimit, malui id retinere, quam barbaro *Mucu* uti, aut novo conficito rem Ichthyologicam absque necessitate onerare. En singularia, quæ in eo animadvertimus!

Rictu dentato, pinna dorsali spinis rigente, forma serpentina formidabilis Piscis argenteo colore, quo, præter oculos, & pinnas, totus cæterum perfusus est, arridet. Nimirum sub epidermide ejus expansa est undequaque subtilissima membranula argentea, quæ diaphanæ cuticulæ fundum ex argento resplendentem quasi substernit: pari ratione; ac in *Æthiopibus* reticulo potius, quam superinjectæ epidermidi nigror superficiem debetur. Squamis caret: rugis tamen veluti insecta cutis est, quæ rhomboideas fere areolas referunt, squamarumque specie minus attento facile imponunt. Rictus amplius maxillis constat multum productis, inferiore vel duabus lineis, quam superior, longiore, utraque prægrandibus instructa dentibus, quorum in superiore XVII, in inferiore X numerantur. Lingua, valde conspicua, cavo maxillæ superioris brachiis intercepto semet recondere posse

devoir suppléer à ce défaut par une nouvelle estampe. Le poisson, qu'on représente renversé, montre ici son ventre, qui est plat, mou dans le milieu, & dont les deux bords sont couverts de tubercules écailleux, durs, angulaires & épineux. Son bec, qui d'une base large s'avance en pointe sur le devant, est applati par dessous. Près de cette base & en dessous on voit la bouche, qui est, molle, sans dents, cylindrique, à peu près comme un tuyau, qui recouvre une langue grosse & dure. Du milieu de l'espace entre la bouche & l'extrémité du bec pendent quatre filets, qui sortent de la partie plate du bec. Ce qui reste à dire touchant l'histoire de ce poisson peut se trouver dans H. Salvian. qui le nomme *Sturio* ou *Silurus*, & dans l'Ichthyologie d'Artedi.

PLANCHE TRENTE-TROISIÈME.

Nº. 1. *Enchelyopus argenté, qui a la bouche d'un serpent, le ventre nud, la queue pointue & sans nageoires.*

Atque hæc generatim de isto pisce dicta sufficiant. Superest, ut binæ partes, perquam singulares, quas sibi privas hoc animal habet, oculi nimirum ac tubiformis pone anum processus, paulo accuratius exponantur. Posterior certe cum in pisce Gronoviano desit, describi quoque ab Autore non potuit. Nec vereor dicere, oculos etiam nondum cum curâ examinatos proficere. Etenim Artedius, qui primus nomen pisce a visu sursum directo dedit, existimasse videtur, eo quod globi oculorum sursum valde extuberent, eadem directione visionem quoque a pisce exerceri. Gronovius autem, Artedii sequutus, notata saltem oculorum de summo capite exstantia, absque ulteriore indagine, acquievit. Unde operæ pretium fuerit, hoc loco superaddere, quæ diligentiore contemplatione istarum partium detegere licuit.

Ad latera frontis, primo intuitu, comparent duo tubera, ossea, squamis vestita, interiore præsertim facie, qua sese mutuo respiciunt, hemisphærica. Has orbitas recte dixeris, eo quod oculos contineant, qui, forma globi, cavo suæ quisque orbitæ ita insident, ut media fere parte recondantur, altera parte media insigniter protuberent, nequaquam tamen sursum verticaliter directi, sed extrorsum lateraliter. Pars ista globi oculi protuberans duabus constat tunicis corneis, quarum altera ad inferiorem, altera ad superiorem orbitæ osseæ marginem adnascitur, singulæ autem, extrorsum convexæ, quartam sphæræ partem æquant, qua sese mutuo in medio contingunt, interventu chordulæ nigricantis, veluti tendineæ, inter se colligantur, sicque universum, quod modo dixi, tuber hemisphæricum constituunt. Extimæ istæ tunicæ admodum diaphanæ sunt, ut prope per eas omnem oculi fabricam interiorem distinguere liceat. Quodsi superiorem corneam de orbita ac de inferiore cornea resedas, subtus conspicuum se dat globulus flavescens, durus, lenti crystallinæ piscium coctu induratae similis, qui & ipse spiritu, quo conservatus fuit piscis, ita induruisse videtur. Iste globulus cum per corneam superiorem admodum distincte transpareat, Artedio forte imposuit, ut crederet oculum sursum versum esse. Verum tamen, aperta cornea inferiore, omnis statim evanescit istius opinionis probabilitas. Etenim pone inferius hoc corneæ segmentum mox conspicitur membranula, quæ, intermediae cornearum chordulæ adnata, utcunque convexa, introrsum sese usque ad fundum oculi protendit, distans aliquantum ab interna superficie corneæ, cui subjacet, & cum hac veluti anteriorem oculi cameram efformans. Quin & in medio interioris hujus membranulæ circulare foramen, quæ pupilla est, patet, argentei nitoris margine fimbriatum, aversa facie, interventu tenuis membranulæ, cum supra memorato globulo conjunctum. Unde fit, ut, cum per corneam superiorem introspecis, globulum pupillæ insidere videas. Quæ si quis accurate perpendit, ei manifestum esse debet, longe abesse, ut oculus iste sursum perpetuo directus dici possit. Imo vero valida ejus ad orbitam suam adhæsiō ne permittit quidem, ut unquam sursum convertatur. Ipsa quoque orbita ita posita est, ut fere lineæ latitudine a perpendicularo verticis extrorsum declinet. Elucescit itaque omnia hic eum in modum

com-

petits os, tous rameux, excepté le premier. Les ailerons du ventre, situés presque au milieu de la longueur du poisson, sont garnis de six petits os, dont le premier est simple, & les autres divisés. L'aïeron de l'anus a trois petits os, non divisés, pointus: il repose sur un petit tuyau, allongé, arrondi, qui ressemble presque à un membre viril, & sort du voisinage du derrière de l'anus. La queue a le pourtour arrondi, & peut s'étendre en manière d'éventail: elle est formée de 24. petits os rameux, couverts d'écailles, presque jusqu'au milieu de sa longueur.

En voilà assez pour ce qui concerne ce poisson en général. Il ne nous reste plus qu'à faire mieux connoître deux parties bien extraordinaires, qui sont particulières à cet animal, savoir ses yeux, & l'appendice tubuleux qui est derrière l'anus. Ce tube ou tuyau ne s'étant pas trouvé dans le poisson de M^r. Gronovius, on ne doit pas s'étonner qu'il n'en ait donné aucune description. J'ose même avancer, qu'on n'a pas encore jusqu'à présent examiné les yeux avec toute l'exactitude requise. Car Artédi, qui est le premier qui ait désigné ce poisson par un nom qui indique la manière dont il dirige sa vue en-haut, semble avoir cru, qu'il regardoit effectivement suivant cette direction, parce que les globes de ses yeux sont fixement pointés en-haut. M^r. Gronovius, ayant suivi Artédi, s'est contenté de marquer comment les yeux débordent du sommet de la tête, sans faire sur cela aucune autre recherche. Il est donc bon d'ajouter ici ce qu'on a pu découvrir de ces parties, après les avoir examinées avec plus d'attention.

On voit d'abord, sur chaque côté du front, deux tubercules osseux, couverts d'écailles, faits en demi-globes, sur-tout à la partie où ils se trouvent vis-à-vis l'un de l'autre. On peut avec raison les regarder comme les orbites, puisqu'ils contiennent les yeux, qui y sont placés en forme de globe, comme dans un creux, de manière que presque une moitié est cachée, tandis que l'autre moitié débordé considérablement: ils ne sont cependant pas dirigés verticalement en-haut, mais latéralement en dehors. La partie saillante du globe de l'œil est composée de deux tuniques cornées, dont

l'une est attachée au bord inférieur de l'orbite osseuse, & l'autre au bord supérieur. Ces deux membranes, convexes en dehors, faisant chacune un quart de sphère, se réunissent à l'endroit où elles se touchent dans le milieu, à l'aide d'un petit ligament noirâtre, qui paroît être tendineux, & forment de cette manière tout le tubercule demi-sphérique dont je viens de parler. Ces tuniques extérieures sont si transparentes, qu'on peut voir à travers presque toute la structure intérieure de l'œil. Lorsqu'on sépare la cornée supérieure de l'orbite & de la cornée inférieure, on aperçoit distinctement au-dessous une petite boule jaune, dure, semblable au cristallin des poissons durci par la cuisson, & qui paroît elle-même avoir été durcie par l'esprit de vin, où l'on a conservé le poisson. Comme ce cristallin se fait voir très-distinctement à travers la cornée supérieure, cela a peut-être donné lieu de croire à Artédi, que l'œil est tourné en-haut. Mais on est bientôt défabusé, lorsqu'on vient à ouvrir la cornée inférieure; car on voit immédiatement derrière, une autre petite membrane un peu convexe, qui étant attachée au ligament intermédiaire des cornées, s'étend en-dedans jusqu'au fond de l'œil; &, comme elle se trouve à quelque distance de la superficie interne de la cornée, sous laquelle elle est située, elle paroît former avec elle la cavité ou chambre antérieure de l'œil. On aperçoit même, au milieu de cette petite membrane intérieure, un trou circulaire, qui est la prunelle, dont le pourtour frangé est d'un blanc argenté, & qui tient par derrière à la lentille ou cristallin, au moyen d'une petite membrane mince. D'où il arrive que, lorsqu'on regarde en-dedans par la cornée supérieure, on voit le cristallin reposer sur la prunelle. Tout cela bien pesé, il n'y a plus lieu de croire, que l'œil de ce poisson soit toujours pointé en-haut; & même sa forte adhérence à l'orbite ne permet pas qu'il puisse jamais y regarder. D'un autre côté, l'orbite elle-même est située de telle manière, qu'elle s'écarte en-dehors, de presque la largeur d'une ligne, du perpendiculaire du sommet de la tête. Il est donc évident que tout est ici disposé de telle sorte, que ce poisson ne sauroit voir que les objets, qui sont ou à côté, ou

au-

comparata esse, ut non nisi visus objectorum, quæ a latere & infra sunt, concedatur.

Operæ autem pretium fuerit, quæ verbis modo descripsimus, adjunctis etiam iconibus illustrare: ita clarius intelligentur.

Fig. A. exhibet globum oculi secundum axem suum perpendiculariter dissectum.

- a.* notat segmentum tunicæ superioris, quam corneam dixi.
- b.* segmentum inferioris.
- cc.* chordulam vel ligamentum, quo superior & inferior una coalescunt.
- dd.* tunicam internam, in qua Iris.
- e.* lentem.

fb, fb. partem hujus sectionis, quæ intra orbitam est.

gf, gf. partem, quæ extra orbitam protuberat.

Fig. B. monstrat tunicam internam, Iride conspicuam, pone cujus pupillam globulus luteus, quæ lens est, cernitur.

- aa.* ligamentum cornearum.
- b.* lens in medio pupillæ.
- ccc.* ambitus tunicæ interioris, cum iride & pupilla.

Fig. C. conspiciendam dat orbitam oculi, paulum resupinatam, ut ablatis tunicis externis, interior tunica, una cum iride & pupilla, naturali suo situ compareat.

- a.* Orbitæ pars superior. *b.* inferior.
- c.* Iris ac pupilla tunicæ interioris, prout demta lente a foris introspectanti se monstrant.
- d.* Cavum orbitæ, ablata lente, pone pupillam conspicuum.
- ee.* ligamentum cornearum.

ffff. circumferentia orbitæ.

Fig. D. sub lit. *a.* lentem exemptam seorsim exhibet, una cum ligamentulo suo *b*, cujus interventu pupillæ adnectitur.

Fig. E. Globus oculi transversaliter, juxta ductum ligamenti cornearum, dissectus. Unde lentis pone pupillam positio, qua fit, ut per superiorem æque, ac per inferiorem corneam, integro oculo, conspici queat, clarius patet.

- aa.* ligamentum cornearum.
- b.* Lens.

cc. Tunica interior, cujus in medio Iris *dd*, per circulare foramen, lentis partem visui exponit.

Fig. F. Caput piscis, rictu diducto, situm naturalem oculorum in suis orbitis ita monstrat, ut hinc innotescat, nequaquam sursum directos esse, sed videndis, quæ subtus sunt, pulchre accommodatos.

- aa.* Uterque oculus.
- bb.* Orbitæ oculorum.
- cc.* Superior tunica externa, per quam lens utcumque transparet.
- dd.* Chorda vel ligamentum, quod superiorem ac inferiorem tunicam externam colligat.
- ee.* Oculi, qua parte lucem admittunt.
- f.* Rictus oris patens.

gggg.

au-dessous de lui.

Mais pour répandre encore plus de jour sur ce que nous venons d'exposer, nous allons ajouter à cette description quelques figurés, qui pourront donner une juste idée de chaque partie.

La *Figure A.* représente le globe de l'œil coupé perpendiculairement suivant son axe.

- a.* indique le segment de la tunique supérieure, à laquelle j'ai donné le nom de cornée.
- b.* Le segment de la tunique inférieure.
- cc.* La corde ou le ligament, à l'aide duquel les deux tuniques sont jointes ensemble.
- dd.* La tunique intérieure, dans laquelle l'Iris est placée.
- e.* Le cristallin.

fb, fb. La tranche de l'œil, qui est dans l'orbite.

gf, gf. La partie saillante, qui est hors de l'orbite.

Fig. B. fait voir la tunique intérieure, qui contient l'iris; & derrière la prunelle se trouve la petite boule jaune qui est le cristallin.

- aa.* Le Ligament des cornées.
- b.* Le cristallin au-milieu de la prunelle.
- ccc.* Le contour de la tunique intérieure, avec l'iris & la prunelle.

Fig. C. représente l'orbite de l'œil, un peu renversée, afin qu'après avoir enlevé les tuniques extérieures, on puisse voir la membrane intérieure, avec l'iris & la prunelle, dans leur situation naturelle.

- a.* La partie supérieure de l'orbite.
- b.* Sa partie inférieure.
- c.* L'iris & la prunelle de la membrane intérieure, telles qu'elles paroissent, lorsqu'on les regarde de dehors, après avoir

ôté le cristallin.

d. La cavité de l'orbite, que l'on aperçoit derrière la prunelle, quand on a écarté le cristallin.

ee. Le ligament des cornées.

ffff. La circonférence de l'orbite.

Fig. D. On voit à la lettre *a.* le cristallin mis à l'écart, avec son petit ligament *b*, qui sert à l'attacher à la prunelle.

Fig. E. Le globe de l'œil, coupé transversalement, suivant le cours du ligament des cornées. On voit alors beaucoup mieux, comment le cristallin est placé derrière la prunelle, puisqu'on peut le regarder ou à travers la cornée supérieure, ou à travers l'inférieure, lorsque l'œil est encore en son entier.

aa. Le ligament des cornées.

b. Le cristallin.

cc. La membrane intérieure, au milieu de laquelle est l'iris, qui laisse apercevoir une partie du cristallin à travers le trou circulaire.

Fig. F. La tête du poisson, dont la bouche est élargie: la situation naturelle des yeux dans leurs orbites y est représentée de telle manière, qu'on remarque clairement, qu'au-lieu d'être dirigés en-haut, ils sont si bien disposés, qu'ils peuvent voir commodément ce qui est au-dessous d'eux.

aa. Les deux yeux.

bb. Leurs orbites.

cc. La tunique supérieure externe, à travers laquelle on entrevoit le cristallin.

dd. Le ligament qui joint ensemble la tunique supérieure & l'inférieure externe.

ee. Les yeux, tournés du côté qu'ils reçoivent la lumière.

f. La bouche toute ouverte.

D d 4

gggg.

gggg. Branchiæ.

bbbbbb. Radii lucis recta linea in pupillam tendentes. Unde patet non modo ad latera, sed & recta deorsum *b* b** visionem exerceri posse.

Fig. G. lineas ducit capitis in verticem reclinati, quo clarius appareat positio oculorum ad deorsum videndum aptata.

a. Rictus.

bb. Oculi cum iride sua ad latera prominentes.

cccc. Branchiæ.

Altera hujus piscis particula, curiosorum attentione digna, est tubus ille pone anum retrorsum protensus, qui loco pinnæ ani est, qua Anableps Musei Gronoviani gaudet. Utrum is pro membro virili, an pro vagina uterina, haberi debeat, dubium est: neque enim ob interanea per diuturnam affervationem corrupta determinare sexum hujus animalis licuit. An potius aculei loco est, quo sese defendat, aut prædam suam capiat piscis? Anatome hujusmodi quid subinvenire videtur. En! quæ facta dissectione notavi. Integumento externo juxta longitudinem dissecto tubus detegitur cartilagineus, conicus, cujus basi aliquousque adjacent molculæ irregulares, bullulis similes, lutea materie, glutinosa, distentis: pari ratione, ac in Fucis & Vespis circa aculeum observare est. Quodsi porro & tubus iste cartilagineus aperiatur, subest alius quidam tubulus, ex annulis cartilagineis juxta se mutuo positus ac colligatis, fabrica fere simili, ac in antennis nonnullorum insectorum, constans. Interior hic tubulus in apicem bifidum exit, ac juxta se habet officulum æqualis longitudinis, utcunque cartilagineum, acuminatum, quod fere dixerim, interventu mollis canaliculi, in radicem tubuli accumbentis inferi. Id asseverare ausim, nullum ejus cum intestino recto commercium esse. In pisce vivo aut recente plura forte accurato scrutinio detegi possent, ex quibus declarare usum istius membri liceret. Addam ære expressas, quas vidi, partes, ut lucem verbis affundam.

Fig. I. Tubus integer, una cum officulis suis externis *a.*

Fig. II Idem apertus.

a. Intestinum rectum.

bbb. Integumentum externum.

cc. Tubus interior.

dd. Massulæ accumbentes, quasi bullulæ materie lutea repletæ.

Fig. III. Tubus interior apertus.

aa. Duo articuli corneæ velut naturæ, inter se congruentes, qui extremum tubi faciunt.

b. Officulum acuminatum, flexile, aculei æmulum.

cc. Tubulus intimus, duobus articulis cartilagineis terminatus.

dd. Bini articuli modo memorati.

Suffi-

gggg. Les ouïes.

bbbbbb. Les rayons de la lumière, qui vont se rendre en droite ligne dans la prunelle. D'où il paroît, que le poisson peut non-seulement voir de côté, mais aussi directement en-ens *b* b**.

Fig. G. représente la tête renversée sur son sommet, avec des lignes tirées exprès, pour faire voir encore plus clairement, que les yeux sont très-bien disposés pour regarder en-ens.

a. L'ouverture de la bouche.

bb. Les yeux saillans sur les côtés avec leur iris.

cccc. Les ouïes.

L'autre singularité de ce poisson, qui mérite l'attention des Curieux, c'est cette espèce de tuyau qui lui pend tout près de l'anus par derrière, & occupe la place de cet aileron de l'anus, que l'on remarque dans l'Anableps de Mr. Gronovius. On ne fait si l'on doit regarder ce tuyau, ou comme la verge d'un mâle, ou comme le vagin de la matrice d'une femelle: car les viscères, situés près de l'anus, s'étant corrompus, pour avoir été gardés longtems, il n'a pas été possible de déterminer le sexe de ce poisson. Lui tiendrait-il peut-être lieu d'aiguillon, soit pour se défendre, ou pour prendre sa proie? Il semble que la dissection fait soupçonner quelque chose d'approchant. Voici ce que j'ai observé en l'anatomisant. Lorsqu'on a coupé le tégument externe dans sa longueur, on découvre un tuyau cartilagineux, conique, à la base duquel se trouvent des molécules irrégulières, semblables à des bulles, remplies d'une matière jaune & gluante, comme on en voit autour de l'aiguillon des Guêpes & des Bourdons. Ouvre-t-on ce tube cartilagineux, on en rencontre encore un autre plus petit en-dedans, composé

d'anneaux cartilagineux, placés les uns contre les autres & attachés ensemble, d'une structure à-peu-près semblable à celle des antennes de certains insectes. Ce tubule intérieur se termine par une pointe fourchue, & est accompagné d'un petit os de même longueur, aussi un peu cartilagineux, pointu, que je croirois presque s'insérer dans la racine du tubule, à l'aide d'un petit vaisseau molasse. Ce que j'ose bien assurer, c'est qu'il n'a aucune communication avec l'intestin droit. Si l'on examinoit avec plus de soin & d'exactitude un de ces poissons, encore vivant ou frais, on pourroit peut-être faire d'autres découvertes, qui serviroient à fixer l'usage de ce membre. Pour éclaircir ce que je viens d'exposer, je joindrai ici les figures des parties que j'ai observées.

Fig. I. Le tuyau ou tube en son entier, avec ses petits os externes *a.*

Fig. II. Le même tuyau ouvert.

a. L'intestin droit.

bbb. Le tégument externe.

cc. Le tubule intérieur.

dd. Les molécules contiguës, semblables à des bulles remplies d'une matière jaune.

Fig. III. Le tubule intérieur ouvert.

aa. Les deux articles, de substance cornée, qui s'enchaînent l'un dans l'autre, & font l'extrémité du tube.

b. Le petit os pointu & flexible, qui ressemble à un aiguillon.

cc. Le tubule intérieur, terminé par deux jointures cartilagineuses.

dd. Les deux jointures qu'on vient de nommer.

II

Sufficiant hæcenus de Piscibus dicta atque exhibita : neque enim nostri hæc est instituti, integrum Piscium systema delineare ; verum duntaxat illos, qui nostro in Museo asservati rariores sunt, aut ante nondum ab Ichthyologis descripti. Sequitur ergo, ut proxime agamus de aliis rebus naturalibus, quæ vel ideo etiam Piscibus mox subjungendæ esse videntur, quoniam in eodem cum illis medio, aqua nimirum Oceani atque fluviorum, maximam partem habitant, vigent, & vegent. Concharum volo genus omne, sive, ut hodie vocantur voce magis universali, *Ostracoderma* aut *Sclerostrea*. Namque in his etiam tam multiplicia dantur genera, tot fere innumeræ species diversæ, tam mirabiles formæ & colores, ut vel inde pariter summi Conditoris omnipotentiam, sapientiam infinitam, atque absolutissimam libertatem perspicere, imo & manibus quasi palpare liceat.

Actum agerem, si nunc generales familiæ *Ostracodermæ* divisiones & subdivisiones in classes, genera, & species prolixius exponerem. Effecere id ante me Viri harumce rerum quam peritissimi, *Plinius*, *Lister*, *Rumphius*, alii, quorum uti scripta inter Naturæ Curiosos longè tritissima sunt ; ita Eorum opera uti, atque, quam monstrare, viam insistere nulli dubitabimus nostræ tenuitatis eoque conscii, ut persuasissimi simus, melius equidem nihil a nobis hanc in rem proferri posse : præterquam quod & extra nostri propositi cancellos sic evagaremur. Ut enim aliquoties jam diximus, ita vel iterato nunc inculcare juvat, quod quam longissime absumus ab instituto systematicum quidpiam hæc exhibendi : imo nonnisi stylo simplici & bona fide eos describere Naturæ partus animus est, quos longo a tempore, multo labore, sumptu non exiguo, e quibuscunque orbis angulis nostrum in Museum collegimus. Non omnia possumus omnes.

Ego dum acquisivi, collegi, collecta descripsi, atque, qua par est, accuratione aere incidi curavi, meam quidem spartam satis ornasse mihi videor, aliisque relinquo hæc digerere, sylvamque a me suppeditatam ordinare & in series justas distribuere. Expectet igitur curiosus Lector rursus hæc aliud a nobis nihil, nisi genuinas icones, atque simplices descriptiones illarum Concharum, quæ rariores sunt & nostri in Museo asservantur ab honesto quovis Philophyfico quotidie apud me oculis usurpandæ : dum interim ejusmodi utemur, quantum licebit, denominationibus, quæ inter Authores hoc in themate celebres receptæ & civitate donatæ sunt. Sit ergo

T A B U L A T R I C E S I M A E T Q U I N T A.

Hæc exhibemus prima veluti *Ostracodermæ* rudimenta, in quibus variæ generum & specierum quoad varias formas differentia distincte satis jam pervideri queunt : quin & hinc aliquo modo patet, quam ratione suo quælibet e semine in vasto mari, fluviis, atque in tellure semet multiplicent, Musculi v. g, *Ostrea*, *Cochleæ* terrestres ; siquidem in fundo Oceani, circa saxa, & in tellure commoda sibi deligere loca norint, in quibus coire, suaque tuto deponere ova possunt, ut absque impedimento excludantur. Haud immorabimur huicce rei diutius ; quum varii Authores, præsertim vero *F. Redi*, *M. Lister*, & alii complures, *Cochlearum* terrestrium generandi modum perquam accurate descriperint. Præterea cum *Ostracodermæ* classis admodum ampla sit & numerosa, dubio procul Lectori tædium moveretur, si species quaslibet, magnas, parvas, seorsim singulas nunc describere adgrederemur. Interim ne sicco
penitus

Il nous paroît que ce que nous avons dit des Poissons mols, jusqu'à présent, peut suffire ; car ce n'est pas notre dessein de donner un Traité complet sur ces Animaux, mais seulement de décrire & de représenter les plus rares que nous possédons, ou ceux qui n'ont point encore été décrits par aucun Naturaliste. Ainsi nous passons à d'autres Curiosités de l'Histoire Naturelle, savoir au Genre complet des Coquilles, que nous joignons aux Poissons mols, parce que d'ordinaire on les prend aussi dans les Fleuves, ou dans la Mer qui est encore plus leur élément. Les Grecs & les Latins appellent par le seul mot *Ostracoderma* (qui signifie *Coque*, *Croûte dure*,) tout Coquillage quelconque, ou tout Poisson couvert de test dur ; & le mot général de *Coquille*, ou de *Coquillage*, s'emploie ordinairement en François pour l'enveloppe des Animaux à coquille, laquelle enveloppe est dure comme test, pierre, ou os. Il y a un nombre si prodigieux de Genres de Coquilles, de variétés d'Espèces, toutes différentes par leurs figures & par leurs couleurs, qu'on ne peut s'empêcher d'y reconnoître avec admiration l'Ouvrage de l'Être suprême.

Nous n'avons pas intention de ranger ici les Coquillages par divisions & subdivisions, en Classes, en Genres, & en Espèces, puisque c'est ce qu'ont déjà fait avant nous de très-habiles gens en ces matières, comme Plin, Lister, Rumphius, & d'autres, dont les Ecrits sont entre les mains de tout le monde ; ainsi nous n'hésiterons point de nous servir de leurs travaux, & de suivre la route qu'ils ont battu. D'ailleurs, convaincus de nos faibles lumières, nous sommes persuadés que nous ne pourrions rien produire de mieux sur ce sujet ; outre qu'en l'entreprenant nous passerions les bornes que nous nous sommes imposées. En effet, nous l'avons dit quelquefois, & nous jugeons à propos de le répéter encore, ce seroit absolument nous écarter de notre plan, d'entrer ici dans des détails Systematiques. Nos seules vues sont de décrire fidelement & simplement les Curiosités Naturelles que nous avons rassemblé de toutes les parties de la Terre, non sans beaucoup de tems, de peines, & de dépenses. Un même Homme n'est pas en état de tout faire.

Tom. III.

Pour moi, je pense qu'en recherchant, en ramassant des Pièces rares, en en donnant des descriptions & des représentations avec l'exactitude dont je suis capable, j'ai assez bien rempli ma charge ; & je laisse volontiers à d'autres le soin de digérer, d'arranger, de mettre en ordre les matériaux que je leur fournis en abondance pour cette entreprise. Que le Lecteur donc n'attende de nous autre chose que de bonnes Figures & de simples descriptions des Coquillages que nous conservons dans notre Cabinet, & que nous nous faisons un plaisir de montrer aux Amateurs. Au reste, nous n'employerons dans ces descriptions, autant qu'il sera possible, que les dénominations déjà reçues, & pour ainsi dire consacrées par les Auteurs les plus célèbres.

PLANCHE TRENTE-CINQUIEME.

Nous représentons dans cette Planche comme les premiers rudimens des Poissons à coquille, entre lesquels on peut découvrir assez distinctement les différences des Genres & des Espèces par leurs différentes figures ; même on peut apercevoir en quelque façon la manière dont chacun se multiplie dans la Mer, dans les Fleuves, & sur la Terre, comme par exemple, Moules, Huitres, Limaçons Terrestres. Ces sortes d'Animaux savent choisir des endroits commodes au fond de la Mer, autour des rochers, & sur la terre, où ils frayent & posent leurs œufs dans des lieux sûrs, afin qu'ils viennent à éclore sans obstacle. Nous ne nous arrêtons pas sur ce sujet, puisque divers Auteurs, mais principalement *Redi* & *Lister*, ont décrit avec beaucoup d'exactitude la manière dont se produisent les Limaçons. De plus, comme la Classe des Poissons à coquille est extrêmement vaste & nombreuse, nous ne pourrions qu'ennuyer le Lecteur si nous nous attachions à décrire chaque Espèce en particulier, grande, & petite. Mais néanmoins pour ne point passer absolument sous silence les
E e
moins

penitus pede minima isthæc prætereamus, sed eorum saltem præcipua, quantum par est, in conspectum producimus, in capsis quibusdam nostri Musei ea ordinate digerere allaboravimus, omnium quidem exilissima in medias arcas primæ sive supremæ capsæ eo, quo heic repræsentantur, modo collocando.

Vocantur autem isthæc plerumque *Cochleæ speculandi materiem præbentes*, atque ab aliis harum rerum Curiosis in cistulas profundiores, quadratas, digeri solent: at vero hac ratione haud adeo distincte perlustrari queunt, ac quidem quando in ordinem redactæ ope gummi in aqua soluti suo qualibet loco firmantur. Neque difficile jam erit peritioribus, internoscere ad quodnam genus & speciem qualibet earum, quas heic proposuimus, pertineat; modo nativis suis singulæ coloribus illuminatæ sint.

In prima quidem capsâ Num. 1. in medio circulo *Cochleæ* exhibentur minutæ, oblongæ, turbinatæ, e mari Mediterraneo eductæ, quæ *Buccina* vocantur, & in varias spiras, uti cochleæ tympanorum, circumactæ sunt. Attamen potius inter *Cochleas* tenues & longissimas, læves, debent referri.

Has proxime ambiunt binæ areolæ subrotundæ, minima cochlearum, quæ nostras ad oras, circa Medenblickum, collectæ sunt, specie confitæ: harum pars adeo est minuta, vix ut dignosci visu queat, *Cochleæ* an arenulæ sint. Interim ex his lapsu temporis indigena nostra *Buccina* excrescunt. Eadem illa ora maritima bivalves quoque conchulas etiamnum clausas profert, in quibus vivens adhuc pisciculus hæret, uti in *Ostreis*. In his quoque conchulis, quæ æque ac *Cochleæ* in varias species distinctæ, variisque pictæ sunt coloribus, forma definita, pictura atque colores quam exactissime discerni possunt, ut hoc in studio exercitatus ilico suam cuilibet adsignet speciem.

In reliquis deinde areolis exoticæ *Conchæ* atque *Cochleæ* digestæ sunt, cum ab oris Mediterranei maris, tum ab Indicis, Italis atque Gallicis litoribus adlatæ. Quin & ex minima illa *Margaritarum* specie, quæ ob parvitatem viliores in pulverem medicatum teruntur, ejusmodi *Ostracoderma* seligenda curavi, quippe quæ inter illas plerumque reperiuntur; ut ita omnigenas atque ab omni ora depromptas exhibere possem species. Majores tamen species postmodum describentur.

In altera capsâ Num. 2. variæ iterum *Ostracoderma* species ordinatæ sunt, præcipue autem rariora parva *Buccina*, *Cochleæ*, *Trochili*, *Rhombi*, *Cylindri*, *Umbilici*, *Conchæ Veneris*, &c. quæ nostro more collocavimus, ut accurate dignosci possent singula. Quantumvis vero plura exempla ad unam pertinentia speciem simul sistantur; tamen pleraque inter se differunt ratione picturæ, aut molis. Denique ut Curiosis innotescat, quam ratione minutiora isthæc in capsulis mei Musei concinne disposuerim, sex istarum capsarum æri incidi curavi, spe fretus, fore ut opera hæc mea ipsis arrideat.

TABULA TRIGESIMA ET SEXTA.

Capsa tertia.

Arcum ostendit, è variis *Conchis* rarioribus atque eleganter pictis compositum, cujus utroque a latere collocatur corbis, perpulchris conflata e *Cochleis*, quarum nulla non rara est atque minus frequenter occur-

moindres Coquillages, nous les exposerons ici à la vuë autant que cela se peut dans des Figures, & suivant la maniere dont nous les avons rangé dans des Tiroirs de notre Cabinet, où se présentent d'abord les plus petites Coquilles disposées par compartimens dans les Tiroirs de dessus, & les autres Coquilles viennent ensuite toujours par gradation.

Ces petites Coquilles que nous appellons communément *Coquilles à speculation*, sont placées d'ordinaire par les autres Amateurs de Coquillages dans des Layettes quarrées & profondes; mais de cette maniere on ne peut point les examiner aussi distinctement que quand après les avoir rangé avec ordre, on les fixe & on les retient chacune dans leur place par le moyen d'une gomme dissoute dans l'eau. Même il ne sera pas difficile à des connoisseurs de distinguer à quel Genre & à quelle Espece il faut rapporter chaque Coquille que nous leur montrons ici, pourvu qu'elles soient enluminées de leurs couleurs naturelles.

Dans le premier de nos Tiroirs désigné par le No. 1, au cercle du milieu sont dépeints de petits Coquillages oblongs, contournés en toupies, pris dans la Méditerranée, qu'on nomme *Buccinum*, *Cor*, *Cornet de Mer*, & qui forment diverses spirales comme les Limaçons. Il semble pourtant qu'on doit plutôt les mettre au rang des Coquilles longues, lissés, & menues.

Autour de ce premier cercle, il y en a deux autres, mais composés de si petits Limaçons, qu'on peut à peine les distinguer des grains de sable. On les a ramassés sur nos côtes près de Medenblick, & c'est néanmoins de tels Coquillages que se forment avec le tems les Cors de notre pays. On trouve sur les mêmes côtes de petites Coquilles à deux battans fermées, & renfermant comme les Huitres, un petit Poisson vivant. Ces petits Coquillages se divisent, ainsi que les Limaçons, en plusieurs Espece, peintes de couleurs différentes, & d'une figure uniforme, de maniere qu'un connoisseur peut aisément les distinguer.

Les autres compartimens de cette Layette sont formés de Coquillages & de Limaçons étrangers, soit des Indes, soit des côtes de la Méditerranée en France, & en Italie; on voit encore ici cette petite Espece de Perles qu'on trouve parmi ces sortes de Coquilles, & dont on se sert en Médecine réduites en poudre. J'en pourrois représenter quantité d'Espèces différentes, mais je me contenterai de décrire dans la suite les plus grosses & les plus précieuses.

La seconde Layette contient un assemblage de petits Cornets rares, de Limaçons, de Toupies, de Rhombes, de Pyramides, de Nombriils de Mer, de Coquilles de Vénus &c. toutes ces Coquilles arrangées à notre maniere, afin de connoître exactement chaque Espece. Quoiqu'on en représente plusieurs d'une même Espece, ils diffèrent tous cependant en couleurs & en grosseur. Enfin pour montrer aux Curieux comment je dispose artistement les plus petits Coquillages dans mon Cabinet, je donne exprès dans cette Planche la représentation de six Tiroirs qui les renferment, persuadé que ma méthode ne déplaira point.

PLANCHE TRENTE-SIXIEME.

Troisième Tiroir.

Représentant d'abord un Arc formé de Coquilles également rares, & peintes de belles couleurs. Cet Arc soutient au dessus de chaque côté une Corbeille, faite des plus beaux Limaçons & des moins communs. Sous la Corbeille descendent les jambages de l'Arc

occurrents. Sub corbe dein utrinque producitur arcus in propaginem crispam, deorsum pendulam, quarum cuilibet infidet Avis itidem de Ostracodermis constructa. Scilicet caput ejus testaceæ constituant Conchæ, Latinis *Patella* vocatæ, parte superna convexa, extuberantes, atque oculorum instar radios in circuitum vibrantium pictæ: has minutæ ambiunt è mari Mediterraneo Cochleæ: Rostrum de Ambaro Griseo petitum est, quod mari innatans, quando etiamnum molle est, & quasi calore solis colliquatum, rostra Sepiarum ibidem pariter natantia inviscat, & hinc plerumque ea hinc inde sibi infixæ ostendit. Crista de lapillis intra cranium Asellorum reperiendis est confecta. Thoracem constituit concha inversa, *Radius Solis* vocata, aut & *Tellina virgata* Latinis, albis, flavis & rubentibus radiis tæniisque distincta. Alarum vices bini suppleant Musculi oblongi, quorum interior pars concavam quasi alarum faciem, corpori contiguam, mentitur; dum interea loco pennarum & plumarum rubentibus percarum pinnis usi sumus. Infima corporis pars constat ex operculis Cochlearum; quas Belgæ vocant *Alykruiken*. Pedes & horum digiti sunt Echinorum marinorum aculei. Caudam formant binæ soleæ, quarum extremos fines Percarum pinnæ itidem fimbriant. Encarpa sub arcu pendentia è Cochleis constant, quæ *indigenæ Scalares, variegatæ* vocantur nostras ad oras reperiendæ, tum & è variis Cochlearum umbilicarum, & ejusmodi aliis speciebus, marginem infimum constituentibus. Cochleæ octo majores, in medio sitæ, Listero audiunt *Cochleæ marinæ, apice mediocri producta, striata*, alias vero vocantur Alvearia, vel Infantes fasciis involuti, aut & Nymphæ Bombycum.

Capsa quarta

Septem exhibet varie inflexum, cujus in medio sex hærent Cochleæ oblongæ, acuminatæ, intortæ, eleganter pictæ, stellam veluti sex radios emittentem repræsentantes, Latinis *Strombi*, Belgis Cochleæ longæ, tenues, vocatæ, variis gyris juxta longitudinem in acumen convolutæ, acuum & aculeorum instar. Rumphius ad Buccina spinalia eas refert. In medio hujus stellæ Cochlea exotica, dilute rubens, ex albo umbilicata, Latinis *Neritis* dicta, reponitur: inter verò istius Stellæ radios sex sitæ sunt Cochleæ longe rarissimæ, singulari quælibet modo pictæ, reticulatim circulatæ. Hanc Cochlearum speciem vel locupletissimis in Museis perquam raro datur invenire. Listero *Rhombus* audit *parvus, cylindro-pyramidalis, ex ruffo minutissimis maculis reticulatus & fasciatus*. Binas adhuc alias ad eandem speciem pertinentes a latere ibidem exhibemus.

Porro ab omni parte, supra, infra, & utrinque a latere, quatuor habentur congeries Volutarum exquisitissimarum, quoad genera, species, picturam, colores, multum inter se discrepantium, atque profecto dignissimarum, quæ a curiosis & peritis attento oculo perlustrentur. Rumphius *Volutæ* nomen in genere huicce Cochlearum classi imposuit: at species tamen quælibet pro varietate præsertim externæ picturæ alio insignitur desuper nomine peculiari, quod nos in sequentibus, dum majores ad species perventum erit, cuivis adponemus.

Præterea juxta priores variæ adhuc sitæ sunt species *Porcellanarum Granularum, sive Nussatellanarum margaritiferaarum*, quæ quia margaritis quasi confitæ sunt, ita nominantur: tum & ejusmodi, quæ penitus candidæ & splendentes, nodis similes, supra gibbosæ, utrinque extremo protuberante terminatæ, *Globuli, Nodi, Aselli, Ursule, Pediculi* vocatæ. Porro duplex illa spira lateralis è *cylindris* dictis *minoribus* atque *Achatæ* instar pictis *Dactylis* variorum colorum & picturæ composita est: in medio spiræ unius variæ congestæ sunt species Cochlearum, quas *valvatas, albas, nigras, striatas*, vocant: in medio alterius acer-

vus

l'Arc en courbure repliée, qui portent tant à droite qu'à gauche un Oiseau de Coquillages. Sa tête est composée de ces Coquilles qu'on nomme *Berdins* & *Berlins* sur les côtes de Normandie, & ailleurs *Yeux de Bouc*, lesquelles sont relevées en bosse, & imitent par leurs cannelures comme des yeux d'Animaux. Tout autour regne un cordon d'autres petites Coquilles de la Méditerranée. Le bec de notre Oiseau est taillé de cet Ambre-gris qui étant amolli & comme fondu par la chaleur du soleil, surnage sur la mer, s'attache au bec des Seches qu'il rencontre, & les glue d'ordinaire de cette façon. La crête est prise des cheveux qu'on trouve dans la tête des Merlus. La poitrine est imitée par la Coquille qu'on appelle *Teline sillonnée*, qui est renversée sur le plat, où on la voit toute vergetée de rayures blanches, jaunes, & rouges. Les ailes sont représentées par deux Moules oblongues, dont l'intérieur contrefait la partie concave des ailes qui est contiguë au corps, & pour en imiter les grosses & les petites plumes, nous nous sommes servis de nageoires vermeilles de Perches. Le dessous du corps est fait de coques de Crevettes. Les pieds & les doigts des pieds sont formés des pointes de Hérissons de mer. Deux Coquillages qu'on appelle *Couteaux* forment la queue, dont l'extrémité est tissue de nageoires de Perches. Les Festons qui pendent de l'Arc sont composés de Limaçons qu'on ramasse sur nos côtes, & de pareilles Especies de Coquilles qui ourlent la bordure inférieure. Les huit grosses Coquilles du milieu sont nommées par Lister, *Limaçons de Mer, canelés, finissant en pointe obtuse*; d'autres Auteurs les appellent différemment, & selon leur fantaisie.

Quatrième Tiroir.

Il offre comme un Parterre de Coquilles jointes ensemble avec symétrie. On remarque au milieu six Limaçons oblongs, pointus, tournés en vis, joliment colorés, lesquels représentent par leur arrangement une Etoile à six rayons. Les François nom-

ment cette sorte de Coquille *Sabots*, & les Hollandois Limaçons longs, minces, contournés en vis, & terminés en pointe. Rumphius les range parmi les *Cornets pointus*. Le milieu de l'Etoile est occupé par une Coquille Exotique, d'un rouge-pâle, & blanche dans son bout fait en vis; nous appellons cette Coquille *Nerite*, d'après les Grecs. L'espace qu'il y a entre chaque rayon de l'Etoile est rempli par six Coquilles, especes de Limaçons qu'on trouve très-rarement même dans les plus riches Collections des Amateurs, peintes chacune de couleurs singulieres, & cerclées de rayures lozangées. Lister caractérise cette sorte de Coquille du nom de *Petit Rhombe, cylindrique, marqué de petites taches rouges en réseau, & cerclé de bandelettes*. On voit encore aux côtés deux semblables Coquilles.

De plus, cette Etoile est entourée de toutes parts, à droite & à gauche, dessus & dessous, de quatre compartimens, formés des plus précieuses *Trompes* ou *Coquilles tournées en Sabot*, toutes différentes entre elles en grosseur, en couleur, en tacheté, & en cannelures, dignes certainement d'être examinées avec attention par les Curieux, & les Connoisseurs. Rumphius a mis à cette Classe de Coquilles le nom général de *Volutes*, nom qu'il accompagne toujours ensuite d'Epithetes propres à distinguer chaque Espece particuliere, principalement à l'égard de leurs couleurs extérieures; ce que nous ferons aussi ci-dessous, quand nous viendrons à décrire les plus grandes Especies de ce Genre de Coquilles.

Auprès des Coquilles dont on vient de parler, l'on a rangé celles qu'on nomme *Porcelaines granulees*, ou *Perles de Nussatello*, ainsi dites parce qu'elles sont comme semées de perles. L'on voit ici diverses Especies de ces sortes de Coquilles qui sont toutes blanches, brillantes, semblables à des nœuds, convexes par dessus, terminées par deux bouts béants; on leur donne à chacune divers noms particuliers, pris de leur figure, ou de l'imagination.

La chaîne de Coquillages qui tourne de chaque côté en maniere de spirale, est composée de ceux qu'on appelle *Petits Cylindres*, ou *Pyramides*, & de *Couteaux* madrés de moucherure en façon

vus habetur nonnullarum Cochlearum *umbilicatarum*, elegantium & perquam tenuium, quæ alias *Bulle fasciatæ* vocantur; earum species maxima ex albo & purpureo lineata est, minor vero tenuibus lineis in latas ténias distincta. Bullæ ideo vocantur, quia testa gaudent admodum tenui, quasi membranacea, facile fragili, hinc prudentissime tractanda.

TABULA TRIGESIMA ET SEPTIMA.

Capsa quinta

Satyri repræsentat caput, è Conchis & Cochleis conflatum, oculis, auribus, naso, ore, reliquisque ad caput pertinentibus partibus præditum. Barbam facit subtilius quoddam Ceratophyton. Supremum capitis ornamentum Cochleæ rubræ marinæ constituunt, in semicirculum dispositæ, quæ eleganter omnes pictæ, & quasi coralliis obsitæ sunt. Sub dimidio hoc circulo quatuor prominent acuta, incurvata cornua, *Denticuli Elephantis*, aut nomine male flexo, *Dentali virides*. vocati. Tum vero variæ minores, dilute flavescentes Cochleæ, Belgis *Alykruiken* dictæ, ad oras Gallicas captæ, in septa partitæ cernuntur, spectaculum sua præbentes varietate amœnissimum. Et profecto minora isthæc maris producta, Cochleæ æque ac Conchæ, quam aptissima sunt, è quibus pro suo quilibet phantasmate varias effingat formas, non adeo de majoribus parables: nisi quis grandiora illa opera spelæorum, quæ *Grotwerk* vocant, inde conficere malit; quo in negotio species quæcunque Ostracoderm^m usu veniunt: prout specimine magnificentissimo in villa sua suburbana, ad Amstelam sita, TULPENBURG vocata, monstravit D. PINTO, itemque D. VAN MOLM, celebris mercator Amstelædamensis, in sua villa proxime extra urbem Trajectinam sita. Unde hodieque Viri reperiuntur curiosi; qui mirificam rerum naturalium, quas mare offert, suppellectilem, ex merito magni faciunt, ejusque curam gerunt, ne, ut vulgares conchæ, pedibus conculcetur.

At ut ad capsam nostram redeamus, sunt in ea præterea inter reliquas quatuor admodum elegantes Conchæ, ad illarum pertinentes speciem, quæ Belgis *Bontemantels*, Latinis *Pictines* dicuntur: profundioribus nimirum fulcis & costis quasi distinctæ, tum asperæ, aculeatæ & transversim tenuiter liratæ, albis, purpureis, rubris, aliorumque colorum ténis ornantur; dum parte superna ut plurimum albescunt ex rubro vel purpureo guttatae. In binis reliquis septis variæ aliæ Cochleæ pulchriores & rariores, variæ magnitudinis margaritis hinc inde distinctæ conspiciuntur.

Capsa sexta

Septum medium hujusce capsæ ellipsin exhibet, e variis admodum elegantibus rarisque Cochleis, globulis nimirum, iisque, quas *Alykruiken* vocant, exoticis, partim fastigiatis, partim convexis, compositam. In medio areæ hujus ellipticæ stella conspicitur, è Cochleis limacum sinistrorsum apertis, exoticis, rarioribus, conflata, quas inter & reperiuntur penitus flave, multas in spiras circumactæ, aliæque, quarum spiræ purpureis & cæruleis ténis latis, augustis, fasciatæ sunt; tum & quæ *Aplustra Principis* vocantur, verficolo-

d'Agate & peints de diverses couleurs. Au milieu d'une dès spirales se trouvent rassemblées diverses Especies de Limaçons blancs, noirs, cannelés, à un battant. Le centre de l'autre spirale est formé d'un amas de beaux Limaçons *tournés en vis*, & couverts d'une coque membraneuse, mince, & si facile à casser qu'on ne les doit manier qu'avec beaucoup de précaution. La plus grande Espece de ce Genre de Limaçons est fillonnée de rayures blanches & purperines; tandis que la petite Espece est partagée en larges bandes par de fines rayures.

PLANCHE TRENTE-SEPTIEME.

Cinquieme Tiroir.

Il présente au milieu la tête d'un Satyre, ses yeux, ses oreilles, son nez, sa bouche, & toutes les autres parties de sa tête formées de divers Coquillages. Une fine Plante cornue compose la barbe. Des Limaçons de Mer, rouges, rangés en demi-cercle, tous nuancés de charmantes couleurs, & comme chargés de coraux, font les ornemens du sommet de la tête. Sous ce demi-cercle sortent quatre Cornes courbées, & pointues, qu'on a contrefait avec les Coquilles qu'on nomme *Petites Dents d'Éléphant*, & assez improprement *Dentals verts*, Especies de petits *Dails* ou de *Couteaux*. Ensuite s'offrent à la vuë diverses fortes de Limaçons jaunâtres, connus sous le nom de *Salicoques*, ramassés sur les côtes de France, & formant ici par leur arrangement differens enclos; ce qui donne une variété charmante. Véritablement, tous ces divers petits Coquillages, Limaçons, & autres, sont propres à représenter toutes les figures que l'imagination peut fournir, ce qu'on n'exécute pas aussi facilement avec de plus grosses Coquilles, excepté peut-être pour de grandes

Grottes, où elles semblent nécessaires tant les unes que les autres, comme cela paroît en particulier par deux superbes Grottes de Coquillages, qu'il y a dans ces Provinces, l'une à la Compagne de Mr. Pinto près d'Amsterdam, & l'autre celle de Mr. Van Molm près d'Utrecht; de sorte qu'on trouve aujourd'hui des Hommes curieux, qui font cas avec raison des productions merveilleuses de la Mer, & les rassemblent avec soin, pour qu'on ne les foule pas aux pieds comme les Coquilles ordinaires.

Mais pour revenir à celles de notre Tiroir, il en renferme entre plusieurs autres, quatre extrêmement belles, qui appartiennent à une Espece de *Petoncle*, autrement *Coquille de Saint Jaques*, en Hollandois *Bontemantels*. Elles sont âpres, semées de petites pointes, fillonnées profondément de cannelures dans leur longueur, partagées comme par côtes, légèrement rayées en travers, & vergettées comme de bandelettes de diverses couleurs, blanches, rouges, pourpres; sur le dessus elles sont le plus souvent toutes blanches, ou picotées de pourpre & de rouge.

Les deux autres compartimens faits en cœur, sont composés de beaux & rares Limaçons de différente grandeur entremêlés çà & là de Perles régulièrement simmetrisées.

Sixieme Tiroir.

Ce Tiroir expose d'abord aux yeux un cordon elliptique de beaux & rares Limaçons étrangers, ou convexes, ou taillés en pointes qui sortent du cercle. Au centre de l'Ellipse est une étoile formée d'autres Genres de Limaçons exotiques, tous rares, dont les uns ont leur fente ouverte à gauche; d'autres entièrement jaunes, sont contournés en spirale; d'autres encore ont leurs spirales accompagnées de bandelettes plus ou moins larges, bleues ou purpurines. Entre les Coquilles qui composent cette Etoile, il y en a deux Especies qu'on ne trouve presque dans aucun Cabinet de Curieux, & qui méritent de tenir le premier rang

versicolorum tæniarum angustarum & latarum vario apparatu circulatæ; & quæ Latinis *Buccina marina varii coloris*, *Orbes*, &c. vocantur, rubris tantum, flavis, griseis, aut cæruleis lemniscis distinctæ. Sunt hæc sane inter rarissimas, nec fere uspiam ullo in Museo Curiosorum reperiuntur, dignissimæ interim, quæ suam ob raritatem in circulo specierum magis vulgarium principem locum teneant. Hæc circumstant *Cochleæ* quædam *marinæ* & *Trochi* dicti, suo singuli externo velamento orbati, ut subucula quasi in conspectum prodeat de materie matris perlarum conflata atque vividissimo nitore coruscans.

Extra memorata isthæc septa quatuor repositæ sunt admodum venustæ *Lutariæ Cochleæ*, quæ ut plurimum ad oras maritimas Indiarum, tam Orientalium, quam Occidentalium, in luto reperiuntur, maximam partem sordida quadam & mucosa cuticula obductæ, qua detracta subtus conspicitur pulchra quædam testa, tenuis, pellucida, alias dilutius, alias saturatius flava, fasciata & sine fasciis. Curiosi quidam hancce speciem umbilicatis, alii Ammonis cornubus accensent: nos inter Cochleas lutarias referri debere putamus.

Bina reliqua septa sive dimidiati circi utrinque è Cochleis constant *valvatis* atque *lutariis*, majoribus, venuste tæniatis & variegatis. Exteriorem sane seriem ejusmodi constituunt cochleæ valvatæ, quæ, quantum novi, ab Authorum hæcenus nemine descriptæ aut icone expressæ sunt, mihi ex Indiis Orientalibus transmissæ, non commemorato littore, in quo captæ sunt. Quædam earum marmoris instar variegatæ sunt, nubilatæ, undatæ, flavis, albis, rubris & cærulescentibus tæniis fasciata, quædam fuscæ sunt ex nigro lemniscatæ; quædam binis, ternis, & pluribus tæniis, vel spiralibus, vel sursum deorsumve recta porrectis, ornata: quin & intersunt alium fastigiata, & planæ, Cochleas verticillatas, umbilicatas & lutarias referentes, &c.

Reliquas nostri Musei capsas, simili apparatu exornatas, præteribimus, quodlibet potius *Ostracodermæ* genus & speciem nunc sigillatim, at breviter tamen, descripturi.

T A B U L A T R I G E S I M A E T O C T A V A .

Sectio hæc prima de Turbinibus marinis & terrestribus minus vulgaribus aget, qui maximam partem apice intorto, instar turbinis aut pyri, terminantur. Sunt aliæ species, quæ Capræ avis, aliarumve volucrum ovis similes, introrsum retractum gerunt apicem suum turbinatum, instar umbilici, latoque orificio patent: unde inter Veneris Conchas relatæ *Bulle* vocantur.

Num. 1. *Cochlea fasciata, turbinata, major, marina.*

Coloris est dilute spadicei, saturationibus paulo fasciis frequentissime circulata; ore peramplo patens; testaque constans tenui. Oculos Bovis vulgo vocant. Nobis suppetunt, quæ vel plus quadruplo hæc majores sunt, & nimium spatii his in Tabulis sibi deposcerent. Piscis intus hærens sapidiores inter cibos a quibusdam habetur. Variæ earum tam picturæ quam magnitudinis ratione species ex Orientalibus æque ac Occidentalibus Indiis nobis missæ sunt.

Num. 2.

rang, même parmi les plus rares. Autour de l'Étoile regne un cercle de ces Coquilles qu'on appelle *Toupies*, dépouillées de leur croûte extérieure, afin de montrer pour ainsi dire à l'œil, qu'elle est tissue de matière de Nacre de Perles, & qu'elle brille d'un blanc argentin.

Aux dehors du cordon elliptique, nous avons placé dans quatre coins, quatre de ces Limaçons, qu'on nomme *Limaçons Bourbeux*. On les prend d'ordinaire dans la vase sur les côtes maritimes des Indes Orientales ou Occidentales; & ils sont presque tout couverts d'une écaille sale, & pleine de bave; cette écaille étant ôtée, il se présente une belle coque, mince, transparente, d'un jaune plus ou moins foncé, quelquefois cerclée de bandelettes, & d'autres fois sans bandes. Quelques Curieux rangent cette Coquille parmi les *Nombrils de Mer*, & d'autres parmi les *Cornes d'Ammon*; mais nous croyons qu'elle doit appartenir aux *Limaçons Bourbeux*.

Les deux demi-cercles de Coquillages qu'on voit aux deux bouts de ce l'ivoir, sont faits de la même Espece de Limaçons, & de ceux qui sont *contournés en demi-lune*. Le demi-cercle extérieur est composé de ces derniers, lesquels n'ont encore été décrits ni représentés par aucun Auteur que je sache. On me les a envoyé des Indes Orientales, mais sans aucune mention du rivage où on les a ramassés. Quelques-uns de ces Limaçons sont marbrés, ombrés en façon de nuage, ondés, ornés de zones rouges, blanches, jaunes, bleues; d'autres sont bruns à bandes noires; d'autres rayés de deux, trois, quatre bandelettes, ou droites, ou contournées en spirale. Il y a parmi ces Limaçons des Coquilles qui s'élevent en fronton, & d'autres plates, imitant par leur figure les Limaçons *verticillés*, *bourbeux*, *tournés en vis*, &c.

Nous passons sous silence les autres Tiroirs de notre Cabinet, qui sont rangés avec le même appareil; aimant mieux décrire en

Tom. III.

particulier, quoiqu'aussi succinctement qu'il sera possible, chaque Genre & chaque Espece de Testacée.

PLANCHE TRENTE-HUITIEME.

Première Section.

Cette Section traitera des Limaçons de Mer & de Terre peu communs, qui finissent par le bout en pointe aiguë, avec plusieurs convolutions en maniere de Sabot ou de Toupie dont les enfans jouent. Il y a encore d'autres Especies de Limaçons assez semblables à des œufs de certains Oiseaux, ayant leur ouverture large, & leur pointe contournée intérieurement en spirale en façon de nombril; d'où vient qu'on les range parmi les Coquilles de Vénus.

N°. 1. *Limaçon de Mer, grand, tourné en Sabot, & cannelé de larges rayures.*

Il est de couleur chatain-clair, & cerclé ordinairement de rayures un peu plus sombres. Son ouverture est fort large, sa coque menue. On appelle vulgairement ce Limaçon *Oeil de Bœuf*, & on nous en apporte qui sont quatre fois plus gros que celui-ci, de sorte que leur représentation demanderoit trop de place dans nos Planches. Le Poisson renfermé dans cette Coquille est estimé fort favorableux par quelques personnes. Nous avons reçu plusieurs Especies de ces fortes de Limaçons, tant des Indes Orientales qu'Occidentales, toutes différentes en grandeur & en couleur.

FF

N°. 1. Lg

Num. 2. *Eadem inversa.*Num. 3. *Species altera, minor.*

Coloris etiam est magis spadicei, angustisque fasciis, nigricantioribus, circumdatur. Plerumque qualemcunque ob similitudinem *oculus vitulinus* audit.

Num. 4. Species alia, antica parte dilute cineracea, lemnisco albo circum turbinatum apicem lirata, postica parte paulo saturatius grisea, ex fusco fasciata.

Num. 5. Cinereo-grisea hæc est, ex fusco lirata, in apicem nigrum terminata, albis fuscisque vinculis ventrem circumscripta.

Num. 6. Hæc proxime æmulatur Bovis Vitulive oculum, ventre donata ex cæruleo plumbei coloris, quinque tenuibus tæniis, nigris, decorato. Ejus spira antica parte spadicea est, ex albo lirata, inque apicem desinit nigrum, oculi pupillæ similem.

Num. 7. Ejusdem circiter, ac prior, est formæ, at alio colore picta, ventre minor, ex fusco fasciata.

Num. 8. Minor hæc est, postica parte admodum saturate spadicea, splendens, binis tenuibus tæniolis per medium circulata, antica parte dilute cinerea, verticillo subspadiceo.

Num. 9. Discrepat hæc species penitus a prioribus: ex cinereo luteo enim unicolor est, testa donata crassiore, minus fasciata, profunde sulcata, in apicem tenuiorem, fuscum, crispata, circum os alba, intus rubicunda. Listero audit *Cochlea subflava umbilicata*.

Num. 10. Priori penitus similis est hæc, præterquam quod colore cinereo-griseo gaudeat.

Num. 11. Isthæc undique ex cinereo dilute flavescit, minorque est, at profundissime sulcata, verticillo acuminato, perelegante, conspicua.

Num. 12. Ex cæruleo plumbeus totam hanc pingit color. Supra adsunt rugæ. Spira dilutioris est coloris, inque longum & valde acutum apicem excurrit.

Num. 13. *Cochlea globosa, seu Rapum dictum, majus.*

Hujusce generis maximas inter species est, quam heic exhibemus. Cauda ejus longa purpurascit; dum cætera fere omnia penitus candicant & pellucunt. Superna pars globosa est, & planiuscule turbinata, in minutum apicem acuminatum concurrens.

Prior, subtus conspicua, ore est lato, amplum patulo.

Num. 14. Rapum album, cauda curva, sive semicrispata, donatum, a postica parte ad dimidias costatum.

Num. 15. Et hæc species alba est, costulis teretibus, tanquam tæniis, confertim circulata, brevior cauda gaudens.

Num. 16. Costis hæc caret, supernam per ventris partem glabra & alba, longa cauda, ad finem crispula, prædita.

Num. 17. Albicans hæc, tenui quasi filo obvoluta, costata, scapo longo intorto, profundis liris, brevi cauda gaudet.

Num. 18. Paulo major quidem, cæterum priori similis est, supra lævis, a postica parte costata.

Num. 19.

Nº. 2. *Le même, couché sur le plat.*

Nº. 3. *Seconde Espece plus petite.*

Sa couleur est plus obscure. Il est cannelé tout autour de rayures noirâtres. On le nomme vulgairement par une espece de ressemblance; *Oeil de Veau*.

Nº. 4. Troisième Espece, cendrée par devant, fillonnée d'une raye blanche tout autour de la pointe faite en labor, gris par derrière avec des cannelures brunes.

Nº. 5. Quatrième Espece cendrée-grise à cannelures noirâtres, finissant en pointe noire, & cerclée au milieu de bandelettes blanches ou brunes.

Nº. 6. Cinquième Espece, ressemblant de figure à l'œil d'un Bœuf ou d'un Veau. Son ventre est d'un bleu plombé, cerclé de cinq bandelettes noires. Sa spirale est antérieurement de couleur bai, rayée de blanc, & finit en une pointe noire qui ressemble à la prunelle d'un œil.

Nº. 7. Sixième Espece assez semblable de figure à la précédente, mais autrement colorée, & plus petite de ventre lequel est rayé de brun.

Nº. 8. Septième Espece, petite, qui est dans la partie postérieure d'un bai-brun reluisant, avec deux bandelettes circulaires au milieu, & dans la partie antérieure d'un cendré-clair qu'accompagne tout autour une bordure tirant sur le chatain.

Nº. 9. Huitième Espece tout-à-fait différente des précédentes; car elle est d'une seule couleur cendrée-jaune. Sa coque est plus épaisse, moins cerclée de bandes, mais à cannelures plus profondes; du reste blanche vers la bouche, rouge intérieurement, formant plusieurs spirales, qui se terminent en une fine pointe embrunie. Lister caractérise cette Espece du nom de *Limaçon jaunâtre fait en nombril*.

Nº. 10. Neuvième Espece, parfaitement semblable à la précédente, hormis que sa couleur est d'un gris-cendré.

Nº. 11. Dixième Espece toute cendré-jaunâtre, petite, à profondes cannelures, & remarquable par sa pointe contournée en vis.

Nº. 12. Onzième Espece, de couleur plombée, & ridée par dessus. Sa spirale d'une couleur moins chargée, se termine par une pointe longue & aiguë.

Nº. 13. *Limaçon rond, qu'on nomme autrement Grosse Rave.*

C'est ici une des grandes Especes qu'il y ait en ce Genre de Limaçon. Sa longue pointe est purpurine, mais tout le reste est d'un blanc argentin. La partie supérieure de la Coquille qui est ronde, s'aplatit ensuite en forme de toupie, & vient finir en une fine pointe.

Le même Limaçon vu par dessous, montre une large & grande ouverture.

Nº. 14. Autre Coquille de Limaçon nommée *Rave blanche*, garnie comme de côtes sur la moitié de la partie postérieure, & finissant en pointe à demi bouclée.

Nº. 15. Seconde Espece blanche, cerclée comme de côtes en guise de bandelettes, & se terminant en une courte pointe.

Nº. 16. Autre Limaçon sans côtes, blanc & lisse sur le dessus du ventre, à longue pointe un peu bouclée au bout.

Nº. 17. Quatrième Limaçon blanchâtre, entortillé comme d'un fil, & relevé de côtes; son noyau est long, contourné en vis, profondément fillonné, & finissant en une courte pointe.

Nº. 18. Celui-ci ressemble au précédent, mais il est un peu plus gros, lisse extérieurement, & garni de côtes dans sa partie postérieure.

Nº. 19.

- Num. 19. *Tota costis aspera longiorem apicem & caudam gerit.*
 Num. 20. *Rapum* hoc flavum est, extuberantibus lemniscis circulatum, saturatius flavis fasciis transversalibus, a capite ad caudam porrectis, distinctum, capite acutiore, cauda brevi, crispula, donatum.
 Num. 21. *Rapum* aliud pallide flavescens, subtus conspicuum, ore amplum hiante, ad marginem denticulato.
 Num. 22. Cepam hæc refert Cochlearum species, suisque iterum gaudet varietatibus. Pars Rapis similis est: at liræ fimbria terminantur.
 Num. 23. *Cepa marina*, cujus superior pars, instar cuticulæ exterioris squillæ, ex flavo, ruffo & albo picta est; cauda parva, crispula, gaudens.
 Num. 24. *Cepa* minor, terrestris.
 Num. 25. Binæ minores Cochleæ terrestres, allii bulbulis similes.
 Num. 26. Cochlea subflavescens, umbilicata, crassiore testa constans, subspadiceis lineis transversalibus, serpentino ductu, arcte circumscripta.
 Num. 27. Eadem species, multo major, lineis carens, lævis, æqualis.
 Num. 28. Ejusdem speciei alia, minor, testæ superficiem externam ruffulam saturate fuscis taniis inscripta.

Num. 29. *Cochlea valvata, lævis; sive Vitellus primus.*

Ob formam & magnitudinem ita vocatur: est enim Cochlea turbinata, apice obtusiore gaudens, coloris vitellini, lævis, splendens, subtus albicans, operculo porcellani dicti operis ad instar candidissimo, in dimidium orbem formato, prædita.

- Num. 30. Vitellus pallidus, priore paulo major, albis maculis varius.
 Num. 31. Vitellus compressus, planior, magis coactus, æqualis, saturate flavi coloris, ore angustius convergente, in apicem album acuminato.
 Num. 32. Cochlea valvata, quarta, ejusdem coloris & figuræ ac priores, at major.
 Num. 33. Valvata quinta, candidissima, instar porcellani dicti optimi, ejusdem, ac prior, formæ. Sub eodem Numero 33 eandem exhibemus supinam. Multæ quidem nobis suppetunt hujusce speciei, quas tamen æri incisas heic exhibere supersedemus, ad alia pergentes.

Num. 34. *Bulla, sive ovum Vanelli dictum.*

Genus hoc pluribus quoque constat speciebus, ratione colorum & picturæ admodum variantibus. Laxa in iis obtinet convolutio, apertura oblonga, paucique gyri. Quam heic exhibemus, inter maximas est, quas unquam nobis videre licuit, inusitata elegantia, marmoris in modum variegata; quum testa cinereo-grisea, tenuis, bullæ amula, quemadmodum ova Vanelli, unde nomen habet hæc Cochlea, saturate fuscis maculis & punctis magnis, parvis, distinguatur.

- Num. 35. Altera species, minor, nigris, oblongis maculis & guttulis per testam obscure griseam concinne variegata.
 Num. 36. Alia oblonga, ex albo perfundata, ex cæruleo & ruffo variegata.

Num. 37.

Nº. 19. Le présent Limaçon est chargé de côtes; il a le noyau & la pointe longues.

Nº. 20. Limaçon qu'on appelle *Rave jaune*, ecint de bandelettes relevées en forme de côtes, & coupées par d'autres bandes transversales d'un jaune-brun. Sa tête est aiguë; sa queue courte & frisée.

Nº. 21. Deuxieme Limaçon de même Espece, d'un jaune pâle, vû par dessous, dont la fente est large avec une dentelure dans les bords.

Nº. 22. Cette Espece de Limaçon imite par sa forme la figure d'un Oignon, & a en même tems plusieurs varietés. Elle ressemble aussi en partie à une Rave, mais ses cannelures finissent en frange.

Nº. 23. Limaçon de Mer appartenant à l'Espece susnommée. Sa partie supérieure est marquetée de jaune, de roux, & de blanc, à la maniere de l'oignon de Scille. Sa queue est courte, un peu bouclée.

Nº. 24. Autre Limaçon terrestre de même Espece.

Nº. 25. Deux autres petits Limaçons terrestres, ressemblant de figure à des bulbes d'Ail.

Nº. 26. Limaçon jaunâtre, contourné en nombril: cette Coquille est épaisse, & sillonnée tout autour de rayures transversales chatain-clair, qui décourrent en serpentant.

Nº. 27. Pareille Espece plus grande, lisse, & sans rayures.

Nº. 28. Même Espece plus petite, roussâtre au dehors, avec des bandelettes d'un brun sombre.

Nº. 29. *Limaçon lisse, à un batant.*

Ce Limaçon est contourné en vis, à pointe mouffe. Sa couleur est d'un jaune d'œuf, polie, luisante, blanchâtre par dessous. Son couvercle taillé en demi-rond, égale la porcelaine en blancheur.

Nº. 30. Deuxieme Limaçon de la même Espece, un peu plus gros que le précédent, de couleur pâle, & marbré de taches blanches.

Nº. 31. Troisieme Espece, plus aplatie, plus ferrée, lissée, d'un jaune foncé, ayant l'ouverture qui s'étrécit, & qui vient le terminer en pointe blanche.

Nº. 32. Quatrieme Espece plus grosse que les précédentes, d'ailleurs de la même couleur & de la même figure.

Nº. 33. Cinquieme Espece d'un blanc de porcelaine, & d'une forme telle que dans le Limaçon précédent. On la voit encore ici par dessous. Au reste nous possédons divers autres Limaçons de cette Espece dont nous ne donnerons point de représentations, pour passer plus vite aux autres Coquilles.

Nº. 34. *Gente de Limaçon qu'on appelle en Hollande Oeuf de Vaneau.*

Ce Genre renferme plusieurs Espèces, fort différentes en couleurs & en tacheté. Leurs contours sont lâches, en petit nombre, & leur ouverture est oblongue. Celui que nous représentons ici, est remarquable par sa marbrure de taches, son admirable beauté, de même que par sa grandeur, étant un des plus grands que nous ayons vû. Cette Coquille est cendrée-grise, aussi mince que la coque d'un œuf de Vaneau, (d'où lui vient son nom,) & marquetée de taches noirâtres, ou de points les uns gros, les autres petits.

Nº. 35. Autre Espece, plus petite, joliment mouchetée de taches noirs, oblongues, & piquée de points comme par gouttes sur la coquille, dont la couleur est d'un gris-brun.

Nº. 36. Troisieme Espece oblongue, blanche à moucheture rousse & bleue.

Ff 2

Nº. 37.

- Num. 37. Testa hæc est spadicea, nigris maculis, punctisque minutis, marmoris instar, picta.
 Num. 38. Fundus hujus albus est, quo super marmorea ex fusco pictura regnat.
 Num. 39. Elegantissime hæc variegata est, uti ova avium aquaticarum.
 Num. 40. Alia species, multo minor, & rotundior priore.
 Num. 41. Alia quædam species, minuta, oblonga, binis tæniis, ruffulis, circulata, similique pigmento super testa albicante variegata.
 Num. 42. Alia hæc species est adhuc minor, oblonga, fasciis carens, ex subfusco variegata.
 Num. 43. Rursus alia hæc est species, rotunda, grisea, binis tæniis viridescentibus ornata & guttata.
 Num. 44. Rarior hæc species, parcissime reperiunda, cærulescens, binis obscurioribus fasciis ornatur.
 Num. 45. Bulla albissima, translucens, membranæ instar tenuis, ovi columbini testæ similis.
 Num. 45*. Eadem supina, ore amplum patulo conspicua.
 Num. 46. Peregrina & hæc species, grisea, tenuiter lineata & nubilosa est.
 Num. 47. Tenerrima hæc est, lacteo candore picta, testamque tenuissimam subtilibus tæniolis, tanquam filis, purpureis concinne circumscripta. Rumphius *Aplustre Arantium* vocat.
 Num. 48. Major multo hæc est priore, itidem testa alba gaudens, tenuibus tæniolis, tanquam pilis, ruffis, confertissime obvoluta.
 Num. 49. * Ejusdem speciei alia, itidem, uti prior, filamentis pluribus, subtilibus, nonnullis tamen & grossioribus, testam ex cinereo griseam obvoluta.
 Num. 50. Minor hæc est, sed omnium elegantissima, in testa tenui & albicante nitore inusitato exornata, subtilibus filamentis, quasi pilis, aliisque inter hæc grossioribus quam venustissime circumvoluta. Numerus idem supinam quoque exhibet.

Num. 51. *Cochlea fusca, cujus lineas spirales aliquot, albicantes, intersecant characteres quidam nigri.*

Ita Listero audit hæc species: at nobis non fusca occurrit, sed cinereo-lutea Cochlea, tribus circulata fasciis latis, saturate fuscis, quarum media tamen ad flavum vergit; has inter lineæ, nigricante marmoris pictura, tanquam characteribus, exornatæ, serpentino ductu delatæ, versus crispatum capitis apicem concurrunt. Gyri ejus posteriores lactei sunt alboris. E Mari Mediterraneo provenit hæc species. Testa crassa est, osque amplum. Discrepant autem aliae ab aliis picturae elegantioris varietate.

- Num. 52. Haec Cochlea paulo est minor, at æque eleganter picta, ac prior.
 Num. 53. Iterum hæc minor est, at vel pulchrior etiam.
 Num. 54. Indigena hæc est Cochlea, in vinetis degens & generans, prout per plures annos retro domum nostram sub vite ejusmodi Cochleas servavimus, quæ & suammet ibi speciem multiplicarunt, ex Germania nobis transmissæ. Est hæc ex obscure luteo pulchre picta, duabus tæniis albis, latis, circulata: oris quoque ambitus fimbriatus est. Venter plerumque minutis exasperatur rugis. Inde paratur Syrupus Limacum, qui ad infantum Tussim convulsivam in officinis Pharmaceuticis prostat.

Num. 55.

Nº. 37. Quatrième Espece, chatain, marbrée de taches noires avec une grainure de petits points.

Nº. 38. Cinquième Espece, à fond blanc décorée d'une marbrure brune.

Nº. 39. Sixième Espece, joliment tachetée à la manière des œufs d'Oiseaux aquatiques.

Nº. 40. Septième Espece plus ronde, & beaucoup plus petite.

Nº. 41. Huitième Espece, petite, oblongue, à fond blanc, cerclée de deux bandes rouffâtres.

Nº. 42. Neuvième Espece, encore plus petite, oblongue, mêlée de roux, sans bandelettes.

Nº. 43. Dixième Espece, ronde, grise, picotée de points, & ceinte de deux bandes verdâtres.

Nº. 44. Onzième Espece, très-rare, bleuâtre, à bandes annulaires d'une couleur plus sombre.

Nº. 45. Douzième Espece, d'une grande blancheur, transparente & d'une coque semblable à celle de l'œuf de Pigeon.

Nº. 45*. La même, vue par dessous, montrant une ouverture fort ample.

Nº. 46. Treizième Espece, grise, légèrement fillonnée, & tachetée en façon de nuage.

Nº. 47. Quatorzième Espece, d'une coque extrêmement délicate, blanche comme lait, & cerclée de filers pourpres.

Nº. 48. Quinzième Espece, plus grande que la précédente, blanche semblablement, couverte tout autour de quantité de filets roux, menus comme des poils.

Nº. 49. Seizième Espece, cendrée-grise, entourée comme la précédente de filaments, dont quelques-uns sont moins déliés.

Nº. 50. Dix-septième Espece, plus petite, mais la plus mignonne de toutes, d'une coque mince d'un blanc éclatant, toute

entourée de fils aussi fins que des poils, à l'exception de quelques rayures plus grossières.

Le même Nº. la représente aussi par dessous.

Nº. 51. *Limaçon brun avec quelques rayures blanches, que coupent d'autres rayes noires en forme de Caractères.*

C'est ainsi que Lister désigne cette Espece. Cependant la nôtre n'est point brune, mais cendrée-jaune, à trois bandes annulaires, brunes, hormis celle du milieu qui tire sur le jaune. Entre ces bandes regnent des rayures formant comme des Caractères, & décourant en serpentant vers la pointe du sommet qui est bouclée. Ses contours de la partie postérieure sont d'un blanc de lait. Cette Espece qui nous est apportée de la Méditerranée, a la coque épaisse, & une grande fente. Les unes diffèrent des autres par la variété de leur madrure.

Nº. 52. Dix-neuvième Espece, plus petite, quoiqu'aussi agréablement tachetée.

Nº. 53. Vingtième Espece plus petite encore, mais ne lui cédant rien en beauté.

Nº. 54. Vingt & unième Espece de nos pays. On la trouve dans les vignes, où elle vit & se multiplie; car nous en avons conservé de pareilles sous une vigne derrière notre maison. Celle-ci m'est parvenue d'Allemagne. Elle est colorée d'un bleu turquin, & cerclée de deux larges bandes, blanches. Le contour de sa bouche est liféré. Son ventre est d'ordinaire ridé. On en prépare le Syrop de Limaçons, qu'on vend dans les boutiques d'Apothicaires pour apaiser la toux convulsive des Enfants.

Nº. 55.

Num. 55. Cochlea terrestris, Hispanica, quae testa aequae dura, ac prior, gaudet, parte superna sordide albicans, multis circumscripta lineis, fuscis, supra quas aliae iterum maculae lineaeque fuscae marmoream efficiunt variegationem: apex prominulus ex nigro fuscus est. Postica parte latae decurrunt fasciae. Orificium labro albo, crasso, fimbriatum est.

Num. 56. Cochlea marina, cinereo-grisea, ex Indiis Orientalibus, quam venustissima, quatuor tæniis, albis, ex fusco guttatis, cincta. Capitis spira antè lactei est coloris; sulci vero flaviuscule albescent.

Num. 57. Ad Cochleas umbilicatas hæc refertur, ex flavescente albicans, saturate flavescens lineis transversalibus, serpentino ductu inflexis, acrite circumscripta, eodem fere modo, ac quæ hac in Tabula sub Num. 26 habetur.

Num. 58. Amboinensis hæc est Cochlea marina, quæ ex flavo albescens fuscis, oblongis, punctis numerosissimis, albisque tæniis, marmoris in modum, vel ipso etiam in capite atque extremo apice variegatur. Postica pars albescit. Os labio gaudet retorrido.

Num. 59. Ejusdem hæc est speciei, ac prior, atque similiter etiam comparata, præterquam quod puncta ejus oblonga grossiora, latiora, & magis fusca sint.

Num. 60. Ad idem equidem genus isthæc pertinet, at pictura penitus alia, quam prior, gaudet. Lacteus ei universim color est, quem flammæ obscure luteæ supra ventrem, marmoris in modum, variegant.

Num. 61. Est & hæc Cochlea marina, priori Num. 59 quoad formam & picturam similis, at minor.

Num. 62. Cochlea marina, minor, alba, maculis obscure fuscis annulatim ornata.

Num. 63. Ejusdem speciei alia, flava, minoribus maculis distincta.

Num. 64. Ex cinereo grisea hæc est, albis tæniolis & obscure fuscis punctis variegata.

Num. 65. Cochlea dilute lutea, geminatis fasciis albis, ex fusco guttatis, & has inter decurrente fascia dilutius fusca, eleganter circulata. Antica parte gyri multiplices, tanquam rugæ, superficiem complicant. Caput planum est & apice minuto donatum.

Num. 66. Cochlea marina, fusca, ex albo annulata, apice capitis longum prominulo prædita, profunde lirata.

Num. 67. Cochlea marina, alia, umbilicata, planiuscula, fusca, alba fascia cincta, capite gaudens plano, quod nigro gyro ornatum est.

Num. 68. Indigena Cochlea terrestris, eleganter picta.

Num. 69. Cochlea marina Amboinensis, quam venustissime variegata, dilute fuscis lineis transversalibus, pluribusque tæniis, obscure cæruleis, fundo super albicante, circulata. Caput planum est & tantisper crispulum.

Num. 70. Cochlea parva, venuste picta, ex Zeelandia.

T A B U L A T R I C E S I M A E T N O N A .

Sectio secunda.

De Cochleis agit terrestribus, sive Buccinis umbilicatis, quæ instar umbilici rotunda, in medio densè crispata, extrorsum latius expansa, cornu quasi venatorium referunt. Altera species ex oblongo tornata, fini-

Nº. 55. Limaçon Terrestre d'Espagne. La Coquille est aussi dure que la précédente. Elle est extérieurement d'un blanc sale, ceinte de plusieurs rayures brunes.

Nº. 56. Limaçon de Mer, cendré-gris, des Indes Orientales, très-beau, cerclé de quatre bandelettes, blanches, piquées de brun. La spirale de la tête est antérieurement d'un blanc de lait, & ses cannelures sont isabelle.

Nº. 57. Celle-ci appartient à la classe des Limaçons faits en nombril. Sa couleur est jaunâtre-blanche, à zones d'un jaune-foncé qui vont transversalement en serpentant, à peu près de la même manière que dans le Limaçon du Nº. 26.

Nº. 58. Limaçon de Mer, d'Amboine, de couleur isabelle, marbré tant sur la tête qu'à l'extrémité, de bandelettes les unes brunes, les autres blanches, & ticté de quantité de petits points. La partie postérieure est toute blanche. Les lèvres sont brûlées & séchées.

Nº. 59. Autre de la même Espece & toute semblable, excepté que les points dont il est picoté sont plus gros, plus longs, & plus bruns.

Nº. 60. Il appartient encore au même Genre, mais sa madrure est différente. Sa couleur est d'un blanc de lait marbrée sur le ventre de taches jaunes-brunes qui décourrent en manière de flammes.

Nº. 61. Ce Limaçon de Mer ressemble entièrement pour la figure & le tachté à celui du Nº. 59. mais il est plus petit.

Nº. 62. Limaçon de Mer, petit, blanc, décoré de taches noirâtres annulaires.

Nº. 63. Autre de même Espece, jaune, marqueté de petites taches.

Tom. III.

Nº. 64. Limaçon cendré-gris, sursemé de bandelettes blanches & de points d'un brun-sombre.

Nº. 65. Limaçon jaune-pâle, cerclé de doubles bandelettes blanches pointillées de brun; entre les deux bandes blanches decourt une troisième bandelette d'un brun-clair. Sa partie antérieure paroît comme fillonnée de rides en spirale; sa tête plate se termine en pointe.

Nº. 66. Limaçon de Mer, brun, à bandes annulaires blanches. La pointe de sa tête est longue, avec de profondes cannelures.

Nº. 67. Autre Limaçon de Mer, brun, aplati, taillé en forme de nombril, & ceint d'une bandelette blanche. Sa tête plate est décorée d'un cercle noir.

Nº. 68. Limaçon de nos pays, joliment tachté.

Nº. 69. Limaçon de Mer, d'Amboine, charmant par sa madrure. Car son fond est blanc, fillonné transversalement de rayures d'un brun-clair, & cerclé tout autour de plusieurs zones d'un bleu-foncé. Sa tête est plate & un peu rebouclée à l'extrémité.

Nº. 70. Petit Limaçon de Zélande, décoré d'une charmante madrure.

PLANCHE TRENTÉ-NEUVIÈME,

Section Deuxième.

Nous décrivons dans cette Section des Limaçons Terrestres qu'on nomme autrement Cornets faits en nombril, parce que ces sortes de Limaçons étant arrondis en manière de nombril, contournés en spirale au milieu, & élargis au bout extérieur, ressemblent de figure

Gg

figure

sinistrorsum & dextrorsum crispata, vario modo colorata, eleganter tæniata, partim latis, partim geminis, partim pluribus funiculis, catenarum in modum constructis, venustissime circulata est. Propagant sese hæc Ostracoderma, suumque quarunt pabulum supra terram in plantis arborumque foliis, deguntque potissimum in regionibus calidioribus, Indiis nimirum Orientalibus & Occidentalibus, ibique deferta tanquam tranquilla habitacula deligunt. Indigena vero, præsertim quæ in collibus arenosis maritimi commorantur, minora tantum sunt, neque tamen speciebus aliquot eleganter pictis carent. Tertia species flumina stagnantesque aquas incolit. Oceanus tamen genera exhibet numerosissima, in majores minoresque iterum divisa & subdivisa species, quarum quælibet peculiari quodam sub tractu magis viget. Quæ quidem pensitata non possunt non in summam nos rapere admirationem, quod Conditoris ter Optimi, maximi, infinita potentia, præsentia, atque sapientia in immensum adeo pateat, ut vel in marium profundissimis quam maxime admiranda animantia, numero tam stupendo, vivant & vigeant. Inde est, quod sedulus Scrutator multo nonnunquam labore & indefessa industria, ut sumtus taceam, quidpiam ibi inveniatur, quod oculis non solum arridet, verum & contemplatione ineffabilium summi Creatoris operum mentem mirifico quodam modo demulcere potest, ut in verba Davidis Psalm. 104, vs. 24, 25, 26, erumpat. At è diverticulo in viam! Prosequamur nostrum institutum!

Num. 1. Cochlea est umbilicata, ex pallide citrino flava, binis supra dorsum tæniis, saturate fuscis, inter quas ex dilutiore Arantii colore pictura regnat, exornata. Species hæc pertenuibus semper & admodum lavibus gaudet testis, ejusque varia jam specimina ante in capsis ostendimus, nunc peculiari quælibet sub numero describenda.

Num. 2. Eadem subtus conspicua, dilute crocea, binas illas tæneas fuscas, tertiamque albam visui offerens.

Num. 3. Hæc supra ex dilute cinereo albicans, per dorsum cinereo-grisea, spiram ostendit ex dilute flavo pictam.

Num. 4. Saturate Arantii est coloris, latiore alba, binisque spadiceis tæniolis ornata.

Num. 5. Eadem supina, coloris Arantii paulo dilutioris.

Num. 6. Ruffo cinerei, ex albo mixti, hæc est coloris, binis lemniscis angustis, spadiceis, gyrisque albis, fimbriata.

Num. 7. Supra spadiceus huic color est; & flava eam tænia ambit.

Num. 8. Eadem supina.

Num. 9. Albicans hæc, ex luteo variegata, supra binis saturate fuscis tæniis gyrata est.

Num. 10. Sulphureo flavus huic color est, in fulcis & postica parte ex dilute fusco obumbratus.

Num. 11. Albicans hæc, ex purpureo variegata, supra saturate fusco pigmento obumbratur.

Num. 12. Cochlea, *Alykruik* vocata, eleganter tæniata, variis funiculis veluti obvoluta.

Num. 13. Alia similis, cærulescens, binis ornata tæniolis fuscis.

Num. 14. Cochlea major, umbilicata, tæniis ex ruffo luteis circulata.

Num. 15. Alia ejusmodi, nigris luteisque tæniis eleganter circumdata, fulcis dilute purpureis distincta.

Num. 16. Alba hæc, ex cinereo luteo variegata, ex saturate fusco obumbrata est.

Num. 17. Cochlea limacum minor, dilute cærulescens.

Num. 18. Alia ejusdem speciei, ex purpureo circulata & obumbrata.

Num. 19.

figure à des Cors de chasse. L'autre Espece de Limaçons dont nous parlerons est de forme oblongue, contournée en replis à droite & à gauche, diversement colorée, & joliment décorée tout autour de bandes, larges, doubles, ou en plus grand nombre, & à chainettes. Cette Espece de Coquilles se multiplie & cherche sa vie sur la terre, sur les plantes, les feuilles d'arbres &c. Ils se plaisent principalement aux pays chauds, comme aux Indes Orientales & Occidentales, où ils choisissent les endroits tranquilles & deserts. Les Limaçons de notre Europe, surtout ceux qu'on trouve sur les côtes sablonneuses de la Mer, sont plus petits que les autres; mais néanmoins il y en a quelques Especes remarquables par leur jolies couleurs. On compte encore parmi les Limaçons ceux des rivieres & des marais. Cependant c'est la Mer qui fournit les Genres les plus nombreux, qu'on divise & subdivise en quantité d'Especes différentes, qui se trouvent séparément dans tous les differens climats. Dès qu'on y fait un peu de réflexion, & qu'on jette les yeux sur cette immense diversité d'Animaux que la Mer nourrit & contient dans son sein, on ne peut qu'admirer l'immensité des Ouvrages du Créateur, sa sagesse, & sa puissance infinie. Mais poursuivons nos descriptions.

Nº. 1. Limaçon en nombril, d'un jaune de citron, décoré sur le dos de deux bandes brunes, entre lesquelles regne une mouche orangee. Cette Espece est toujours d'une coque extrêmement mince & délicate. Nous en avons déjà ci-dessus fait passer quelques-unes en revue, que nous allons maintenant décrire plus particulièrement.

Nº. 2. Le même présenté par dessous où il est d'un jaune de saffran. On voit ici les deux bandes brunes qui le cerclent, & une troisième bande qui est blanche.

Nº. 3. Limaçon d'un blanc cendré par dessus, & cendré-gris sur le dos. Sa spirale est jaune-pâle.

Nº. 4. Limaçon d'un orangé-foncé, blanc dans sa largeur, & ceint de deux bandelettes chatain.

Nº. 5. Le même vu par le dessous, qui est d'un orangé plus clair.

Nº. 6. Limaçon roux-cendré mêlé de blanc, à deux bandelettes chatain, & la spirale toute blanche.

Nº. 7. Limaçon bai par dessus, & cerclé d'une bande jaune.

Nº. 8. Le même montré par dessous.

Nº. 9. Limaçon blanchâtre semé de jaune, ceint au dessus de deux bandes noirâtres.

Nº. 10. Limaçon d'un jaune de soufre, ombré sur le derriere & dans les cannelures de brun-clair.

Nº. 11. Limaçon blanchâtre mêlé de purpurin, & peint d'un brun obscur par dessus.

Nº. 12. Limaçon qu'on nomme Saillecoque, joliment cerclé de diverses bandelettes.

Nº. 13. Autre semblable, mais bleuâtre, à deux bandelettes brunes.

Nº. 14. Limaçon en nombril, grand, cerclé de bandes d'un jaune-roux.

Nº. 15. Un autre pareil, à bandelettes noires & jaunes, & à cannelures purpurines.

Nº. 16. Limaçon blanc mêlé de cendré-jaune, & ombré d'un brun sombre.

Nº. 17. Petit Limaçon d'un bleu-pâle.

Nº. 18. Autre de même Espece, ombré & cerclé de bandes pourpres.

Nº. 19.

- Num. 19. Cochlea Dunorum albicans ex nigro gyrata.
 Num. 20. Cochlea Dunorum flava, tæniis fuscis, ex nigro striatis.
 Num. 21. Similis alia, tæniis carens, lineolis longis, transversalibus, distincta.
 Num. 22. Alia ejusmodi, ex cinereo-griseo unicolor, tæniis lineisque carens.
 Num. 23. Cochlea Dunorum minuscula, cucullæ fatui æmula.
 Num. 24. Cochlea, *Alykruik* vocata, minor, dilute cærulea, intus saturate spadicea.
 Num. 25. Cochlea fluviatilis elegans, dilute flava, ex rubro variegata, catenulis veluti circumdata.
 Num. 26. Cochlea cinereo-grisea, funiculis quasi dense cincta, ex fusco obumbrata.
 Num. 27. Similis alia, rubris funiculis ornata.
 Num. 28. Cochlea marina, minor, tuberculis pulchre inæqualis, quaternis spiris gyrata.
 Num. 29. Alia ejusdem speciei, tuberculis majoribus aspera, eleganter elaborata.
 Num. 30. Cochlea fluviatilis, minor, elegans, luteis fuscisque tæniolis picta.
 Num. 31. Cochlea fluviatilis minor, elegans, tenuis, ex fusco tæniata.
 Num. 32. Eadem subtus conspicua.
 Num. 33. Alia species major, corpore ex albo & luteo vario, fuscis tæniis ornata.
 Num. 34. Eadem supina.
 Num. 35. Cochlea fluviatilis, minor, dilute cærulea, binis nigris, latis, lemniscis ad apicem circumdata.
 Num. 36. Alia Cochlea fluviatilis, elegans, dilute cærulea, ex Arantio & fusco, veluti flammis, distincta, sex in spiras contorta.
 Num. 37. Minor hæc est, albis tæniis, lineisque oblongis, spadiceis, ornata, in quinque spiras contorta.
 Num. 38. Elegantior hæc latis angustisque tæniis quasi reticulata est.
 Num. 39. Cochlea fluviatilis minor, oblonga, acuminata, profunde sulcata, cinereo luteis quasi flammis distincta.
 Num. 40. Eadem supina.
 Num. 41. Cochlea fluviatilis, indigena, ex oblongo acuminata, lineolis veluti tæniata.
 Num. 42. Similis alia, dilute cinerea, postica parte fordide obumbrata.
 Num. 43. Et hæc in nostris fossis atque fluviis reperiunda, crassum continens in cæno degentem Limacem, oblongum in acumen terminata, quatuor spiris, minutoque ad finem globulo absolvitur, testa constans tenerrima, &, membranæ instar, tenuissima.
 Num. 44. Eadem supina, ut amplum hians orificium, latis quasi dentibus nonnihil ferratum, inspicere queat.
 Num. 45. Similis alia, supina.
 Num. 46. Eadem prona.
 Num. 47. Alia species, elegantissime picta & variegata, tæniolis, pilorum instar, tenuissimis circumdata.
 Num. 48. Priori compar hæc est.
 Num. 49. Rarior hæc est Cochlea fluviatilis, tæniolis nigris, a postica parte juxta longitudinem exporrectis, spiras alternatim secantibus, lineata, supra albicans ex fusco obumbrata.

Num. 50,

- Nº. 19. Limaçon des Dunes, blanchâtre, ceint de bandes noires.
 Nº. 20. Autre semblable, jaune, à bandes brunes rayées de noir.
 Nº. 21. Troisième Limaçon des Dunes, sans bandes, barré de rayures transversales.
 Nº. 22. Quatrième, d'une seule couleur qui est cendrée-grise, sans bandes ni cannelures.
 Nº. 23. Cinquième plus petit.
 Nº. 24. Saillecoque bleuâtre, & bai-brune intérieurement.
 Nº. 25. Limaçon de riviere, joli, jaune-pâle nuancé de rouge, à bandes faites en chainettes.
 Nº. 26. Limaçon cendré-gris, ombré de brun, & ceint comme de cordons pressés.
 Nº. 27. Semblable Limaçon, dont les cordons sont rouges.
 Nº. 28. Limaçon de Mer, petit, relevé de tubercules; sa spirale fait quatre tours.
 Nº. 29. Autre Limaçon de Mer, sursemé de gros tubercules artificiellement rangés.
 Nº. 30. Limaçon de riviere, petit, joli, traversé de bandelettes jaunes & brunes.
 Nº. 31. Autre Limaçon de riviere, fort ressemblant au précédent.
 Nº. 32. Le même vu par dessous.
 Nº. 33. Autre Espece plus grande, piolé de blanc & de jaune avec des bandes brunes.
 Nº. 34. Présentée par dessous.
 Nº. 35. Limaçon de riviere, petit, d'un bleu-pâle, cerclé à la pointe de deux bandes noires, larges.

- Nº. 36. Autre Limaçon de riviere, bleuâtre, semé comme de flammes brunes & orangées; sa spirale fait six contours.
 Nº. 37. Celui-ci est plus petit, à bandes blanches, à rayures chatain, & cinq contours à la spirale.
 Nº. 38. Ce troisième est plus beau par ses bandes de différente largeur, disposées en maniere de losange.
 Nº. 39. Autre petit Limaçon de riviere, long, pointu, à profondes cannelures, & semé comme de flammes cendrées-jaunes.
 Nº. 40. Le même exposé à l'œil par dessous.
 Nº. 41. Limaçon de riviere de ce pays, long, allant en pointe, & vergetté de bandes semblables à des rayures.
 Nº. 42. Pareil Limaçon cendré-clair, & ombré défagréablement sur le derriere.
 Nº. 43. Nous avons trouvé aussi cette Coquille de Limaçon dans notre Pays; elle est longue terminée en pointe, avec un bouton à l'extrémité. Cette Coquille est extrêmement tendre, mince comme une membrane, & forme quatre convolutions dans sa spirale.
 Nº. 44. La même présentée par dessous, pour montrer sa grande ouverture qui est comme dentée d'une large dentelure.
 Nº. 45. Autre Limaçon semblable, vu par dessous.
 Nº. 46. Le même vu par dessus.
 Nº. 47. Autre Espece, tachetée diversément, avec des rayures tout autour aussi fines que des poils.
 Nº. 48. Celle-ci est toute semblable à la précédente.
 Nº. 49. Limaçon de riviere, plus rare, à bandelettes noires sur toute sa longueur, cannelé de rayes qui coupent ses spirales alternativement, & blanc par dessus ombré de brun.

Gg 2

Nº. 50.

Num. 50. Curta hæc & coacta est, flava & alba, lineis tenuibus, fuscis, tanquam fasciis, circumdata.

Num. 51. Eadem supina.

Num. 52. Cochlea vesicaria, fluviatilis, oblonga, sordide spadicea.

Num. 53. Priori compar.

Num. 54. Cochlea vesicaria, fluviatilis, exotica, elegantissima, supina.

Num. 55. Eadem prona.

Num. 56. Cochlea vesicaria, dilute cinerea, minutis funiculis, ad regulam digestis, densè cincta, subspadiceis maculis obumbrata.

Num. 57. Eadem supina.

Num. 58. Alia penitus dilute carulea, ex saturate caruleo per crispatos sulcos obumbrata.

Num. 59. Eadem supina.

Num. 60. Cochlea vesicaria, ejusdem coloris, eodemque modo taniata, tenuibusque funiculis circumdata, ac prior Num. 56. at crassior & ex fusco saturatiore maculosa.

Num. 61. Alia species, tenuissime lemniscata, costisque, ab uno spirali sulco ad alium protensis, ad finem usque distincta, sex spiris constans.

Num. 62. Cochlea vesicaria, elegantissime lemniscata, Americana, cujus spira inferior, lata, saturate carulea, dilute caruleis & flavis fasciis ambitur; altera & reliquæ ad finem usque spiræ versicoloribus costis, & profundioribus sulcis quam venustissime distinguuntur. Habentur in hac specie, quæ dextrorsum, aliæ quæ sinistrorsum aperiuntur.

Num. 63. Et hæc quam pulcherrime taniata, costisque distincta est.

Num. 64. Alia Cochlea vesicaria, cujus inferior spira tantum non tota alba, altera spira pro parte alba, reliquum vero variorum colorum taniis & costis ornatum est.

Num. 65. Cochlea vesicaria, alia, eleganter taniata, septem è spiris constans, scalas Cochlides quasi referens, quæ è basi lata in angustior finem sursum coeuntes, scapo, ad quem gradus terminantur, à summo ad imum cavo gaudent: id quod in sequentibus quam clarissime ostendemus. Varias autem heic ejusdem generis species exhibemus, ut mira varietas picturæ, ornamentorum, taniarum, quibus aliæ aliis præcellunt, tanto magis elucescat.

Num. 66.]

Num. 67.]

Num. 68.]

Num. 69.] Quemadmodum in hisce, à Num. 66 ad 74 exhibitis, tam supra quam infra conspicuis, manifestum fit; ut merito & heic stupendum summi Architecti artificium deprædicetur.

Num. 70.]

Num. 71.]

Num. 72.]

Num. 73.]

Num. 74.]

Num. 75. Buccinum, brevi rostro, magnum, tenue, leviter striatum, quod ex Fretto Davidis mihi adlatum, ruffo cinereum, priore spira latum & magnum, ore longo patens, supra corpus quam tenuissime striatum est.

Num. 76. Cochlea Limacum marina, indigena, ad oppidum Zandvoort capta, ex ruffo luteis costis distincta, tenuibus filamentis arte sibi mutuo adpositis circulata, superficie nonnihil tuberosa.

Num. 77. Eadem subtus conspicua.

Num. 78.

Nº. 50. Limaçon court, ramassé, jaune & blanc, cannelé tout autour de rayures brunes, semblables à des bandelettes.

Nº. 51. Le même vu par dessous.

Nº. 52. Limaçon de riviere, mince, long, d'un chatain sale.

Nº. 53. Autre pareil au précédent.

Nº. 54. Limaçon de riviere, mince, exotique, très-joli, vu par dessous.

Nº. 55. Le même, vu par dessus.

Nº. 56. Limaçon membraneux, cendré-clair, cerclé sur le dos de fins cordons simmetrisés, & ombré de taches tirant sur le chatain.

Nº. 57. Le même, vu par dessous.

Nº. 58. Autre bleu-pâle, ombré sur la spirale de bleu turquin.

Nº. 59. Le même montré par dessous.

Nº. 60. Limaçon membraneux, de la même couleur, cerclé de la même maniere que celui du Nº. 56, mais pourtant d'une coque plus épaisse, tacheté d'un brun obscur.

Nº. 61. Autre Espece à bandelettes menues, relevé de côtes sur la Spirale qui forme six convolutions.

Nº. 62. Limaçon très-mince, d'Amérique, joliment cerclé de bandes, & dont le contour de la spirale inférieure est large, d'un bleu-turquin, entouré de bandes jaunes & bleuâtres, tandis que les autres convolutions de la spirale sont tout relevées de côtes, & fillonnées de profondes crénelures, les unes tournant à droite, les autres à gauche.

Nº. 63. Limaçon sursemé de côtes, & cerclé de charmantes bandelettes.

Nº. 64. Autre Limaçon extrêmement mince, tout blanc dans un des contours de la spirale, en partie blanc dans un autre, du reste décoré de côtes & de bandes diversement colorées.

Nº. 65. Autre Limaçon à Coquille très-mince, ceint de très-jolies bandelettes, formé en plusieurs spirales en forme d'escalier à rampe, qui d'une base large se termine en pointe creuse, ce qui lui est commun avec d'autres Limaçons que nous décrirons dans la suite. Nous représentons ici divers Limaçons de ce Genre, pour montrer à l'œil l'admirable variété de leur tacheté, couleurs, bandes, ornemens.

Nº. 66.]

Nº. 67.]

Nº. 68.]

Nº. 69.]

Nº. 70.]

Nº. 71.]

Nº. 72.]

Nº. 73.]

Nº. 74.]

Nº. 75. Cornet à bec court, long, mince, légèrement cannelé, qui vient du Détroit de Davis, cendré-roux, large dans sa première convolution, & à large ouverture.

Nº. 76. Coquille de Limaçon de Mer, de notre Pays, prise à Zandvoort, relevée de côtes jaunes-rouffes, & cerclée comme de filets ferrés les uns près des autres; du reste un peu raboteuse sur sa surface.

Nº. 77. La même, vue par dessous.

Nº. 78.

Num. 78. Similis alia, fere, uti prior, unicolor, sed major, & longioribus costis, sive profundioribus sulcis crispata.

Num. 79. Eadem supina.

Num. 80. Et hæc indigena est, in littore prope *Vicum*, quod appellant, *maritimum* reperta, forma priori maximam partem similis; nisi quod & major sit, & profundioribus sulcis lirata, latoque lemnisco supra ambientes lineolas, pertenuis, circulata.

Num. 81. Ex sinu Austrino hæc delata, dilute carulea, ex saturate caruleo, Achata in modum, picta, nubeculisque veluti distincta, perquam lævi & splendente gaudet superficie.

Num. 82. Hæc quoque, uti prior, ex sinu Austrino oriunda, supra corpus dilute carulea, ex saturate caruleo, ut Achata quidam Orientales, variis figuris nubeculisque distincti, eleganter variegata, gyro gaudet, a spira secunda transversim supra primam decurrente, ad oram terminato. Bina hæc ultima specimina quam rarissima sunt, neque, quantum scio, hæctenus ulli alteri cognita: unde a me maximi æstimantur.

T A B U L A Q U A D R A G E S I M A.

Sectio tertia.

Plures heic alias exhibemus Cochleas rariores, exoticas, fluviatiles atque marinas, Turbines nimirum majores minoresque, umbilicatas, Cornua Ammonis, Buccina, &c. Species quælibet singulari fere forma & pictura gaudet: sunt aliæ multis, aliæ paucis circulatæ fasciis, aliæ alium in modum eleganter pictæ, quædam convexæ extuberant, quædam superna parte plano rotundæ sunt, quædam ore amplum hiant, quædam angustiore patent, aliæ fimbriatæ sunt, aliæ minus; quare pars maxima peculiaris inter se diversa genera constituunt. Quodsi Ostracoderma, quibus nostrum pollet Museum; omnia heic exhibere animus foret, permultas sane Tabulas speciebus & forma & pictura discrepantibus adhuc replere possemus: verum non sufficit iis capiendis hic Tomus; siquidem multo digniora supersint minus præmittenda.

Num. 1. Maxima hæc est species inter omnes, quas hæctenus vidimus Cochleas turbinatas, sive, uti vocant, ad normam Optices comparatas: plurimis autem gyris quam elegantissime circumdata, ex griseo cinerea, teretibus funiculis, circum apicem albicantibus, in latiore vero peripheria minutis punctis, maculisque fuscis, distinctis, gaudet. Sulcos alba pariter fascia obtegit. Os pusillum fimbria caret. A Rumphio inter Umbilicatas refertur. Neque tamen fluviatilis est, sed marina.

Num. 2. Eadem supina, qua parte turbinati gyri quam profundissime introrsum devoluti fabricam veluti ad optices regulas exactam referunt, rubrique sunt & plurimis denticulis stipati: unde quam elegantissimum spectaculum enascitur.

Num. 3. Species maxima Cochlearum Umbilicatarum terrestrium, quæ cepearum quasi colore conspicua, variis circulata fasciis fuscis, inferna parte geminatis, apice gaudet cinereo-griseo.

Num. 4. Eadem, subtus conspicua, amplum hians os, & labia carnei ruboris, infra late propendentia ostendens. Gyri introrsum valde profunde concurrunt, undique tamen glabri, nec, uti in prioribus, denticulati aut ferrati.

Num. 5.

Nº. 78. Autre Coquille de Limaçon d'une seule couleur comme la précédente, d'ailleurs plus grosse, & sillonnée de crenelures plus profondes.

Nº. 79. La même montrée par dessous.

Nº. 80. Autre Coquille de Limaçon de notre Pays, fort approchant de la précédente, hormis qu'elle est plus grosse, plus profondément cannelée, large, & cerclée d'une seule bande.

Nº. 81. Ce Limaçon de la Zuyder-zée, est bleu-pâle nuancé de bleu-foncé en maniere d'Agate, très-poli & luisant sur sa surface.

Nº. 82. En voici encore un de la Zuyder-zée, qui est pareillement d'un bleu-pâle, décoré & couvert comme par nuage d'un bleu turquin en façon d'Agate Orientale, formant diverses représentations. Sa seconde spirale est découpée transversalement par une autre rond qui passe sur le premier cercle, & se termine à l'extrémité. Au reste ces deux derniers Limaçons sont extraordinairement rares, & je ne sache personne qui les connoisse; aussi les estimé-je beaucoup.

PLANCHE QUARANTIEME.

Troisième Section.

Nous représenterons ici plusieurs autres Limaçons Exotiques tant de Riviere, que de Mer, comme Sabots grands & petits, Nombriils, Cornes d'Ammon, Cornets, &c. Toutes ces Espèces different en figure, en couleurs, en tacheté; car les unes sont cerclées de bandelettes en grand nombre, d'autres sont ceintes d'un petit nombre de bandes, & toutes diversément colo-

Tom. III.

rées: quelques-uns de nos Limaçons sont convexes, d'autres plats-arrondis: les uns montrent une large ouverture, d'autres une fente étroite: ici ils sont dentelés dans les bords, & là sans bordure: de sorte que la plus grande partie forme sous soi autant de Genres particuliers. Certes, si nous avions dessein de représenter tous les Coquillages que contient notre Cabinet, nous pourrions sans peine remplir un très-grand nombre de Planches, qui montreroient aux yeux la prodigieuse diversité qu'on trouve sur ce sujet, en Espèces, en couleurs, & en madrures; mais ce Volume entier ne seroit pas suffisant à ce dessein, outre qu'il nous reste à parler d'autres Curiosités naturelles que nous devons beaucoup moins passer sous silence.

Nº. 1. Voici la plus grande Espèce que nous ayons vu d'entre les Limaçons faits en sabot. Sa couleur est cendrée-grise. Il est cerclé de bandelettes rondes autour de ses convolutions, blanches à l'extrémité, & dans sa peripherie la plus large il est picoté de points, avec des taches brunes. Ses cannelures sont couvertes par une bandelette blanche. Sa petite fente est unie, sans bordure. Rumphius le range parmi les Limaçons en nombril: il n'est pourtant pas de Riviere, mais de Mer.

Nº. 2. Le même Limaçon vu par dessous, où ses contours sont rouges, dentelés, profondément cannelés, & admirablement composés, ce qui fait un charmant effet.

Nº. 3. Très-grande Espèce de Limaçon terrestre formé en nombril. Elle est de la couleur d'un Oignon, cerclée de plusieurs bandes brunes, doubles dans sa partie inférieure. Sa pointe est cendrée-grise.

Nº. 4. Le même vu par dessous. Ici l'on voit sa bouche qui est grande, & ses lèvres d'un rouge-incarnat pendantes en bas. Ses convolutions sont intérieurement profondément sillonnées, mais simples dans les bords, & sans dentelure.

H h

Nº. 5

Num. 5. Cochlea alia umbilicata, ejusdem speciei & magnitudinis, alba, sex tæniolis, latis, fuscis, ordinate circumdata. Gyri pariter subtus in profundam coeunt cavitatem.

Num. 6. Alia Cochlea umbilicata perelegans, spadicei coloris, fascia gaudens lata, albicante, a postica parte supra infimam spiram crassiolem exporrecta, at circa spiram secundam rursus evanescente: ubi loci alia semet effert tæniola angustior, flava, supra fastigiatum apicem expansa. Os atque retorrada labia corallini sunt ruboris. Ex tractu Americæ meridionali mihi adlata est elegantissima hæc Cochlea, & sub Num. 7. supina conspici potest.

Num. 8. Et hæc ex America meridionali oriunda, spadicea, tribus tæniis albis tota circulatur. Supremus apex multo, quam in priore, planior est.

Num. 9. Cochlea Turbinata major, ex fusco unicolor, in sex spiras contorta, apice gaudens plano rotundo, arcte veluti compresso. Interiora ex flavo cinerei sunt coloris. Labium crassum, angusto orificio patet.

Num. 10. Priori hæc compar quidem, at versicolor tamen est, ex ruffo cinerea, supra & infra ex pallide luteo & saturate fusco, marmoris in modum, variegata: os angustum tenui margine gaudet, labio interim carens.

Num. 11. Turbo teres, Cucurbitæ minori, quam *Kabas* vocant, forma similis, dilute fusco colore per universam testæ superficiem pictus. Gyri ejus haud formant turbinem prominulum, sed contra profunde introrsum demersi similem fere, ac parte inferna in Cochleis majoribus turbinatis observatur, fabricam, ad regulas optices comparatam, exhibent. In sinu Australi hæc species reperitur.

Num. 12. Idem supinus, intus albicans, labio oris tenui, in fimbriam extuberante, gaudens.

Num. 13. Turbo Orientalis verus, cinereo-luteus, saturate spadiceis tæniis albisque funiculis, in margaritas veluti quam elegantissime distinctis, in omni ambitu ad prominentem usque apicem circumdatus.

Num. 14. Idem supinus, qua spira profunde introrsum demersa, gyrique ad normam Optices digesti, parte interna omnes ferrati atque ex saturate spadiceo denticulati cernuntur.

Num. 15. Cochleæ binæ Limacum, minores, quarum altera parte superna dilute purpurascit, infra autem ex violaceo purpurea est; altera minuscula, dilute fusca, umbilicata, alto apice terminatur.

Num. 16. Cochlea umbilicata major, Americana, è fluviis *Surinami*, supra dilute cinereo-lutea, & , instar Cephæ, plano-rotunda.

Num. 17. Eadem subtus lactea, labiis latis, retorridis, rosei coloris, ornata.

Num. 18. Cochlea Limacum fluviatilis, Austrina, supra altum fastigiata, ad gyros albicans, tribus funiculis angustis, subtilibus, obvoluta, atque ex subruffo leviter variegata. Subtus saturate spadicea fascia supra crassiolem gyrum decurrit cornu; unde venatici veluti figura emergit.

Num. 19. Eadem supina, hac parte penitus lactea, ut Cochleæ turbinatæ, profunde introrsum, atque ad normam Optices, gyrata, ore prorsus rotundo, & crassiuscule fimbriato, prædita.

Num. 20. Cochlea turbinata minor, ex dilute spadiceo unicolor, Americana, cujus turbo planiusculus quasi introrsum repressus est.

Num. 21. Eadem supina, ore lunato, labiis fimbria alba, terete, munitis.

Num. 22. Cochlea turbinata, elegans, Americana, supra dilute spadicea, in fundo ex albo variegata, lævigati instar Achatæ: apex turbinis paulo dilutioris est coloris.

Num. 23.

Nº. 5. Autre Limaçon en nombril, de la même Espece & grandeur, blanc, cerclé de six bandes brunes. Ses convolutions sont aussi très-profondes intérieurement.

Nº. 6. Autre pareil Limaçon, beau, de couleur chatain, à large bande blanchâtre, qui s'étend par derrière sur la spirale inférieure, & disparaît au second contour; ici à sa place regne une autre bandelette, étroite, jaune, qui regne jusqu'à l'extrémité du bout. Sa bouche & ses lèvres renversées sont d'un rouge de corail. On me l'a apporté de l'Amérique Méridionale, & je le fais voir par dessous au Nº. 7.

Nº. 8. Celui-ci vient aussi du même lieu. Il est chatain, & cerclé de trois bandes blanches. Sa pointe supérieure est plus aplatie que dans le précédent.

Nº. 9. Limaçon fait en sabot, grand, brun, contourné en six spirales, & finissant en pointe platte-arrondie. Il est intérieurement cendré-jaune. Sa lèvre est épaisse, son ouverture étroite.

Nº. 10. Limaçon semblable au précédent, mais peint diversement, car il est cendré-roux, avec une marbrure brune & jaune tant dessus que dessous. Sa bouche étroite a une mince bordure, mais sans lèvres.

Nº. 11. Toupie ronde, semblable de figure à cette petite Courge qu'ils appellent *Kabas*. Sa couleur est d'un brun-clair. Ses contours ne finissent point en pointe avancée, mais sont tous compassés exactement avec régularité. Cette Espece de Limaçon vient de la Mer du Sud.

Nº. 12. Le même vu par dessous, blanc intérieurement, montrant ses lèvres minces retournées. On trouve cette Espece dans la Méditerranée.

Nº. 13. Sabot d'Orient, véritable, cendré-jaune, ceint dans

son contour jusqu'à sa pointe de bandelettes bai-brunes, & de cordons blancs qui semblent comme tissus de perles.

Nº. 14. Le même exposé par dessous, où se voit sa spirale profonde, & ses contours compassés avec simmetrie, & bordés partout d'une dentelure bai-brune.

Nº. 15. Deux petits Limaçons, dont l'un est purpurin en dessus, & par dessous d'un pourpre violet; l'autre est d'un brun clair, contourné en nombril, & terminé en pointe élevée.

Nº. 16. Grand Limaçon fait en nombril, d'Amérique, favori de la Rivière de Surinam. Il est cendré-jaune par dessous, du reste d'une forme ronde-aplatie, comme celle d'un Oignon.

Nº. 17. Le même, qui vû par dessous est d'un blanc de lait, montrant des lèvres larges, renversées, couleur de rose.

Nº. 18. Limaçon de Rivière, des Pays méridionaux, finissant en pointe élevée, blanc dans ses spirales, & ceint de fines bandelettes étroites, un peu roussâtres. Par dessous regne autour de sa plus grande convolution une bande bai-brune, ce qui imite la figure d'un Cor de chasse.

Nº. 19. Le même vu par dessous, qui est blanc comme lait, ainsi que les Limaçons de son Espece; ses convolutions sont pareillement profondément cannelées, & géométriquement compassées; sa bouche est ronde à rebords épais.

Nº. 20. Limaçon en sabot, petit, d'Amérique, bai-clair, à pointe aplatie & comme comprimée intérieurement.

Nº. 21. Le même présenté par dessous. Sa bouche est ronde; ses lèvres sont ourlées d'un bord rond.

Nº. 22. Autre Limaçon en sabot, d'Amérique, joli, chatain-clair par dessus, sur un fond marbré de blanc & lissé en manière d'Agate; la pointe du sabot est d'une couleur un peu moins brune.

Nº. 23.

Num. 23. Eadem subtus conspicua, dilute cinereo-lutea, ore intus penitus lacteo, tenuiter fimbriato.

Num. 24. Rarissima hæc est Cochlearum turbinatarum species, undique spadicea, cute quasi pellucida, tenui, per quam spadiceus color transparet, obducta.

Num. 25. Eadem subtus, uti supra, colorata, cavo profundo, in quo gyri terminantur, donata, ore gaudens aurem humanam referente, angustum hiante, in ambitu fimbriato, ansa deorsum pendula prædita.

Num. 26. Cochlea Limacum marina, Orientalis, elegantissima, ex viridi & albo, instar Achate Orientalis, variegata. Turbo ejus de materie matris perlæ constructus tonum viridem reflectit.

Num. 27. Cochlea Limacum Perlata, Amboinensis, cujus turbo dissolutus gyris constat sibi mutuo non contiguus, instar tubæ. Interiora pariter superficie gaudent Conchæ margaritifera æmula.

Num. 28. Cochlea ex rotundo turbinata, pulcherrime picta, gyris eminentibus crispata, luteis, spadiceis, albisque funiculis & tæniis venuste circulata. Subtus simili modo comparata est, ac quæ sub Num. 14 hujus Tabulæ repræsentatur.

Num. 29. Cochlea Limacis arboreæ, quam venustissima, fuscis, albis, ex ruffo-luteis, & dilute flavis, latis, angustis, fasciis obvoluta, instar cornu venatici formata, labiis late fimbriatis.

Num. 30. Cochlea turbinata, teres, Americana, majoris cujusdam globuli plani formam referens, lactea, lemnisco cæruleo per sulcos circulata.

Num. 31. Eadem supina, ore non multum hiante, binis dentibus, labioque late fimbriato, gaudente conspicua.

Num. 32. Cochlea marina, valvata, cærulea, *Alykruik* dicta, maxima, nostris in oris ad littus *Schevelingæ* reperta. Pertinet autem ad illarum Cochlearum genus, quæ heic locorum in mari capta, coctæ, multis inter delicias sunt. Attamen rarius majores hæc species inveniuntur.

Num. 33. Cochlea Limacis fluviatilis, exotica, minor, venusta, corniculo venatico forma similis, ex ruffo & albo elegantissime variegata, apice sive extremo spirarum saturate fusco gaudens.

Num. 34. Eadem Cochlea subtus ex cinereo-luteo unicolor est, profundo pollens cavo, in quo gyri terminantur, prout in Cochleis turbinatis obtinet. Os parvum, rotundum, labio albo, fimbriato, gaudet.

Num. 35. Cochlea umbilicata, terrestris, spadicea, albo lemnisco cincta. Hæc species, hyeme sub tellure delitescens, æstate arborum foliis vescitur.

Num. 36. Eadem supina, dilute spadicea, ore amplo, labii experte, testa tenui, gaudens.

Num. 37. Buccinum umbilicatum, albissimum, sex gyris ambientibus, sinistrorsum obtortis, constans, rarissime obvium, nitidissimum, leve, & testa tenui præditum. Ima pars pariter jucunde candida est, fossaque gaudet transversali, amplam supra peripheriam, quæ ancæne purpurascit, decurrente, atque in os semet expandente. Labium crassum est lateque fimbriatum.

Num. 37*. Hæc priori eadem est, sed ex luteo eleganter picta, itidem sinistrorsum gyrata.

Num. 38. Buccinum, *Aplustre Arantium* vocatum, ab imo ad summum usque apicem versicoloribus tæniolis, albis, nigris, rubris, luteis, cæruleis, viridibus, fasciatum. Oris, quod Arantii intus coloris est, limbi pertenuis sunt & acuminati. In fluviis æque ac in terra semet multiplicat hæc species, quæ tamen raro in Museis occurrit.

Num. 39.

Nº. 23. Le même vu par dessous, qui est cendré-jaune. Son ouverture est intérieurement d'un blanc de lait, & légèrement rebordée.

Nº. 24. Voici la plus rare Espece de Limaçons, faits en fabots. Sa couleur est entierement chatain. Sa coque est mince, membraneuse, presque transparente.

Nº. 25. Le même vu par dessous, où il est semblablement chatain. Ses convolutions se terminent en un creux profondément fillonné. Son ouverture ressemble de forme à une oreille, ayant le trou étroit, avec une bordure tout autour, & un bout pendant en bas.

Nº. 26. Limaçon de Mer, Oriental, très-beau, peint de verd & de blanc en façon d'Agate Orientale. Sa pointe faite de Nacre de perle jette une couleur verte.

Nº. 27. Limaçon d'Amboine, perlé, dont la pointe est contournée en maniere de trompette. Sa surface interne ressemble à celle de la Nacre de perle.

Nº. 28. Limaçon taillé en fabot-arrondi, magnifique par ses couleurs, ayant ses contours de spirale relevés, ceints de bandelettes & de cordons chatain, jaunes, & blancs. Il est fait par dessous de même que le Limaçon du Nº. 14.

Nº. 29. Limaçon qui s'attache aux Arbres, très-joli, ceint de bandes larges, étroites, brunes, blanches, d'un jaune roux, & d'un jaune-pâle. Il est fait en Cor de chasse avec de larges bordures.

Nº. 30. Limaçon en fabot, d'Amérique, tout rond, mais ressemblant à une boule aplatie, d'un blanc de lait, & cerclé sur ses cannelures d'une bande bleue.

Nº. 31. Le même présenté par dessous, pour faire voir sa fente étroite, ses deux dents, & ses larges rebords.

Nº. 32. Limaçon de Mer, bleu, qu'on appelle *Saillecoque*, grande, de notre Hollande, trouvé sur la côte de Scheveling. Il appartient à ce genre de Limaçons qu'on prend sur nos côtes, & que le petit peuple fait cuire pour s'en régaler, mais néanmoins on en rencontre rarement de cette grande Espece.

Nº. 33. Limaçon de riviere, exotique, petit, charmant, ressemblant de figure à un petit Cor de chasse, joliment marbré de blanc & de roux. Sa pointe est d'un brun-obscur.

Nº. 34. Le même vu par dessous qui est tout cendré-jaune, formant un creux profond où ses spirales se terminent, ainsi que dans les Limaçons faits en fabot. Son ouverture est ronde, petite, relevée d'une bordure blanche.

Nº. 35. Limaçon de terre, taillé en nombril, bai, à bandelettes blanches tout autour. Cette Espece se cache sous la terre pendant l'Hyver, & vit l'Eté de feuilles d'Arbres.

Nº. 36. Le même qu'on voit par dessous, où il est bai-clair, & couvert d'une coque mince. Son ouverture est large, sans rebord.

Nº. 37. Cornet de mer fait en nombril, d'une extrême blancheur, très-net, très-rare, ayant la coque mince. Il est composé de six contours en spirale qui regnent à gauche. Le dessous de la Coquille est blanc, & a un creux en travers qui s'étend jusqu'à l'ouverture de la bouche, dont les rebords sont épais & dentelés.

Nº. 37*. Celui-ci ressemble parfaitement au précédent, hormis que sa couleur est bleue.

Nº. 38. Cornet de Mer, ceint d'un bout à l'autre de bandelettes de diverses couleurs, blanches, noires, rouges, jaunes, bleues, vertes. Sa bouche est intérieurement de couleur orangée, & a ses rebords minces & pointus. Cette rare Espece de Limaçon vit également sur terre & dans l'eau.

H h 2

Nº. 39.

Num. 39. Buccinum umbilicatum, binis tæniolis, una purpurea, altera ruffula fasciatum. Priori proxime adfines est: at labio lato, fimbriato, gaudet.

Num. 40. Priori compar, fasciis carens, at profunde liratum, ex lutescente pictum, in quinque circumeuntes spiras contortum.

Num. 41. Cochlea turbinata pallide alba, maculis fuscis distincta, affinis illi, quæ sub Num. 1 hac in Tabula fuit exhibita, cujus tæniæ, funiculi, maculæ regulariter digesta erant: at contra in hac maculæ temere nulloque ordine sitæ sunt. Funiculus albus eam ambit.

Num. 42. Eadem supina, elegantissime albicans, ad normam Optices profunde cava, spira interiore intus undique denticulata, aut quasi margaritis fimbriata, spira autem infima, crassa, punctis fuscis pulchre circumscriptâ, gaudens.

Num. 43. Cornu Ammonis parvum, in tellure pariter ac in fluviis reperiendum. Inter Cochleas umbilicatas quoque hæc species refertur, profundaque subtus fovea gaudet.

Num. 44. Buccinum umbilicatum, album, in quinque contortum gyros, acute terminatos, lato pollens circum os limbo, reflexo, fimbriis quasi elaborato.

Num. 45. Idem supinum.

Num. 46. Cochlea valvata, *Alykruik* dicta, minor, elegantissima, lutea, fasciola alba, integra, aliaque nigricante, dimidia, supremum apicem circumscripta, rarior, ex Austrino mari protracta.

Num. 47. Eadem supina.

Num. 48.]

Num. 49.]

Num. 50.]

Num. 51.]

Num. 52.]

Num. 53.]

Num. 54.]

Num. 55.]

Num. 56.]

Num. 57.]

Num. 58.]

Num. 59.]

Num. 60.]

Num. 61. Cochlea umbilicata, elegantissime variegata & fasciata, in fluviis Americæ degens.

Num. 62. Buccinum umbilicatum, marinum, testa gaudens crassa, dilute cinereo-fulcum, supra læve, splendens, flammisque veluti pictum.

Num. 63. Cochlea umbilicata, alba, striis capillaribus ornata, lataque circum os fimbria.

Num. 64. Eadem supina, amplo ore patula.

Num. 65. Cochlea umbilicata, ejusdem, ac prior, formæ, sed ex ruffo-flavo variegata, gemina fascia, inferiorem crassam peripheriam ambiente, prædita.

Num. 66. Eadem supina

Num. 67. Cochlea umbilicata, marina, priori forma similis, at pallide alba, lineolis capillaribus, tenuissimis, striata.

T A B U L A

Nº. 39. Cornet de Mer fait en nombril, cerclé de deux bandes étroites, l'une roussâtre, l'autre pourpre. Il approche beaucoup du précédent, excepté que l'ouverture de sa bouche est ourlée de larges rebords.

Nº. 40. Celui-ci est aussi fort semblable, mais sans bandes, à profondes cannelures, peint de jaune, & contourné en cinq spirales.

Nº. 41. Limaçon fait en sabot, blanc, à taches brunes, ressemblant au Limaçon du Nº. 1 de cette Planche, hormis que dans celui-ci les taches sont semées sans ordre. Il est cerclé d'une bandelette blanche.

Nº. 42. Le même vu par dessous, d'une grande blancheur, creusé régulièrement: le contour intérieur de sa spirale est partout dentelé ou comme bordé de perles. La spirale inférieure est épaisse, avec une piquure de points bruns tout autour.

Nº. 43. Corne d'Ammon, petite, qu'on trouve également sur la Terre & dans les Rivieres. On la range aussi parmi les Limaçons faits en nombril. Elle a dessous un creux profond.

Nº. 44. Cornet de Mer, formé en nombril, blanc, contourné en cinq spirales qui finissent en pointe. Sa bouche est accompagnée d'une large bordure, renversée & comme effrangée.

Nº. 45. Le même vu par dessous.

Nº. 46. Limaçon nommé *Saillecoque*, petit, joli, jaune, rare, pris dans la Méditerranée, ceint d'une bandelette blanche tout autour, & à moitié cerclé d'une bande noirâtre vers la pointe.

Nº. 47. Le même vu par dessous.

Nº. 48.]

Nº. 49.]

Nº. 50.]

Nº. 51.]

Nº. 52.]

Nº. 53.]

Nº. 54.]

Nº. 55.]

Nº. 56.]

Nº. 57.]

Nº. 58.]

Nº. 59.]

Nº. 60.]

Nº. 61. Limaçon fait en nombril, qui vit dans les Rivieres de l'Amerique, orné de taches & de bandelettes charmantes.

Nº. 62. Cornet de Mer en nombril, cendré-brun, couvert d'une coque épaisse, lisse & luisant par-dessus, & marqueté de taches qui regnent comme en maniere de flammes.

Nº. 63. Autre Limaçon en nombril, blanc, sillonné de très-fines rayes, avec une large bordure autour de la bouche.

Nº. 64. Le même vu par dessous, où l'on voit sa large ouverture.

Nº. 65. Autre Limaçon de même Espece & figure que le précédent, marbré de jaune-roux, & ceint d'une double bande autour de sa périphérie inférieure.

Nº. 66. Le même, offert à la vue par dessous.

Nº. 67. Limaçon de Mer, semblable de figure au précédent, mais d'un blanc-pâle, & sillonné de rayures aussi menues que des cheveux.

P L A N

TABULA QUADRAGESIMA ET PRIMA.

Sectio quarta.

Quamplurimas complectitur rariores species valvatarum, sive lunatarum Cochlearum, crassa tenuique testa constantium: quibus testa crassa est, eæ breves sunt & conglobatæ, aliæ costulis latis angustisve, aliæ quasi funiculis, striis, fasciis, distinctæ, variegatæ, maculosæ, annulatæ, granulis asperæ, aliæ rursus guttatæ, & peregrinis quasi literis sive Characteribus pictæ; haud pauca vero ineffabili colorum varietate quam excellentissime elaboratæ sunt, aliæ unicolores, plurimæ tamen versicolores, ut sane pro dignitate describi non possint. Propterea præcipua tantum specimina in medium producemus: cum sufficiat demonstrasse, quod genus hocce tam multiplicibus e speciebus constet.

Rumphius in *Museo Amboinensi* Tabula XXVII viginti & duas ejus generis species exhibet, & nomine universali *Valvatas striatas* adpellat, interque Cochleas elegantiores, quas *Alykruik* vocant, refert. In nostra Collectione ultra ducentas species hujus generis continentur, quas tam formæ, quam colorum varietate elegantissimas ad oculum demonstrare possumus, earumque maximam partem in Tabulis depictam exhibemus. Quæ crassa testa constant, plerumque rotundæ & lunatæ sunt. Quæ vero tenui gaudent testa, ut plurimum prominulum gerunt turbinem, suntque nonnihil oblongæ & acuminatæ.

Num. 1. Cochlea hæc est umbilicata, varii coloris, ex sinu Austrino, mira elegancia, viridis instar Achata, variegata, intus conchæ margaritifera æmulâ superficie ornata, tum & extus in turbine.

Num. 2. Aliud specimen raræ pulchritudinis, itidem ex sinu Austrino, materie pariter conchæ margaritifera constans, profunde liratis rursusque elevatis fasciis, tanquam tæniis argenteis, quæ Smaragdinii viridis cylindrulis elaboratæ sunt, superbiens. Sulci turbinem ambientes fasciis albis ornati sunt.

Num. 3. Hæc tota de materie conchæ margaritifera est, ex ruffo resplendens, nigraque fascia turbinem circumdata.

Num. 4 & 5. Bini hi sunt Trochi plani, profundis quasi rugosi sulcis, qui circum variegatum turbinem convexi sunt.

Num. 6. Ejusdem speciei Cochlea tota de materie conchæ margaritifera parata.

Num. 7. Minor alia, itidem tota materie conchæ margaritifera constans, altiore apice turbinato donata.

Num. 8. Pariter tota hæc de materie matris Perlarum conflata, extuberantibus funiculis dense cincta, apice ex viridi resplendente gaudet.

Num. 9. Hi Vitelli compressi vocantur, quum plani sint ovorumque vitellos referant, gyro præditi amplo, grandi, parvoque turbine, coloris dilute spadicei.

Num. 10. Eadem de specie & hæc est Cochlea, ante ex albo emortui instar capitis pallens, postica parte per latum gyrum ex fusco & albo striatæ.

Num. 11. Eadem supina.

Num. 12 & 13. Hæ binæ parum a se mutuo discrepant, pariter ad vitellos pertinentes, oblongæ, prioribus proxime succedentes.

Num. 14 & 15. Binæ sunt spadiceæ Cochleæ valvatæ, marinæ, Orientales. Prior testam crassam alba fascia cinctam gerit; posterior fascia flava, striisque transversalibus gaudet.

Num. 16.

PLANCHE QUARANTE-UNIEME.

Quatrieme Section.

Cette Section contient plusieurs differentes Especies de Limaçons faits en Croissant, du nombre desquels les uns ont la coque épaisse, & les autres l'ont mince. Parmi ceux qui ont la coque forte, il regne une prodigieuse variété. Les uns sont courts, ramassés en peloton; d'autres distingués par côtes larges, étroites, ceux-ci ceints de bandelettes ou de cordons; ceux-là cannelés, tachetés, chagrinés, pointillés, & relevés de taches en guise de caractères étrangers. Il y en a peu dont la diversité des couleurs ne soit admirable; quelques-uns sont d'une couleur uniforme, mais la plupart sont peints de différentes couleurs qu'il est difficile de bien exprimer par le discours. Aussi nous ne parlerons que des principales Especies de ce Genre de Limaçons, car il suffit d'indiquer que ces Especies sont en très-grand nombre.

Rumphius dans son Ouvrage écrit en Hollandois des *Curiosités Naturelles d'Amboine*, représente à la XXII Planche, vingt-deux Especies de ce Genre de Limaçons, qu'il range parmi les belles Sailcoques Exotiques; & nous en avons ramassé dans notre Collection au delà de deux-cens, remarquables par la variété de leur figure & de leurs couleurs, ce que nous allons démontrer en donnant ici le portrait & la description d'une grande partie de ceux qui composent notre Recueil. Les Limaçon de ce Genre dont la coque est épaisse, sont ordinairement ronds ou faits en Croissant. Ceux dont la coque est mince sont un peu plus oblongs & pointus.

Nº. 1. Limaçon fait en nombril, de diverses couleurs, de la Mer Méditerranée, beau, peint de verd en façon d'Agate, form. III.

mé extérieurement en toupie, & ayant sa surface intérieure qui imite la Nacre de perles.

Nº. 2. Autre Limaçon de la Méditerranée d'une beauté rare, semblable par sa coque à la Nacre de perles, sillonné de profondes cannelures, que tapissent des bandelettes argentines, semées sur de petits Cylindres d'un verd d'émeraude. Les cannelures de la pointe du sabot sont entourées de bandelettes blanches.

Nº. 3. Celui-ci est tout entier de la matiere des Nacres de perles, d'un roux reluisant. Sa pointe est cerclée d'une bandelette noire.

Nº. 4 & 5. Voici deux autres Toupies, plattes, à profondes rayures qui deviennent convexes tout autour de sa pointe.

Nº. 6. Autre Limaçon de même Espece, & tout de Nacre de perles.

Nº. 7. Autre plus petit, de même coque, mais à pointe plus élevée.

Nº. 8. Autre Limaçon de Nacre de perles, cerclée de bandes relevées en bosse, à pointe d'un verd-lustré.

Nº. 9. Limaçons aplatis, imitant la forme d'un jaune d'œuf, larges dans leur contour, finissant en une courte pointe d'un baclair.

Nº. 10. Limaçon de l'Espece précédente, d'un blanc pâle antérieurement, & sillonné dans sa partie postérieure de cannelures brunes & blanches.

Nº. 11. Le même vu par dessous.

Nº. 12 & 13. Ces deux Limaçons assez ressemblans, & de forme oblongue, appartiennent aux trois dernières Especies. C'est pourquoi nous les plaçons ici.

Nº. 14 & 15. Couple de Limaçons de Mer, Orientaux, faits en Croissant, & chatains pour la couleur. Le premier a la coque épaisse, cerclée d'une bandelette blanche. L'autre est entouré d'une bande jaune, & est coupé de cannelures transversales.

- Num. 16 & 17. Binæ aliæ Cochleæ, valvatæ, ex ruffo flammæ in modum variegatæ.
 Num. 18. Cochlea valvata, alba, perrara, funiculis intortis, arcte sibi mutuo junctis, gaudens.
 Num. 19. Eadem supina.
 Num. 20. Valvata Albula, paucis donata gyris, apice paulum elatiore, ore amplo, supra corpus sordide albescens, ex ruffo luteis fasciis, haud distincte conspicuis, picta, Amboinensis.
 Num. 21. Ejusdem hæc speciei est, itidem sordide alba, ad apicem ruffis literis, quasi characteribus, notata.
 Num. 22. Et hæc eandem ad speciem pertinens tota lactea est.
 Num. 23. Valvata nigra, alias etiam rubella & Erythrophthalmos dicta, quum subtus labio interno Corallini ruboris gaudeat, oculi figuram referente. In testa superiore atro nigra rotundi ocelli, tanquam ovula Erucarum, hærent accreti, quæ forte ipsa sunt Limacum intus habitantium ovula, è quibus pulli proveniunt. Uno tantum gyro, nulloque, ut aliæ, gaudet apice turbinato: hujus tamen locum supplet parvus quidam processus eminens, dentiformis.
 Num. 24. Ejusdem hæc est speciei, nigricante sua cute orbata, sub hâc lactis instar candida, lævis, splendens.
 Num. 25. Eadem supina, rubrum ostendens labium, quod extrorsum ex rubro pellucet. Caterum lunata subtus macula, nigra, in medio datur, oculum referens: unde *Rubella* vocatur.
 Num. 26. Binæ ad eandem speciem pertinentes, adhuc ita comparatæ, uti se habent, quando recens, è mari protractæ sunt, altera dilute, altera saturate spadicea, suis ovulis obsitæ.
 Num. 27. Hæc de maximis est Cochleis lunatis, intus alba, quatuor dentibus armata, extus variis coloribus, ambientibusque funiculis ornata, apice parum prominulo. albo.
 Num. 28. Ex albo & nigro flammæ in modum picta hæc est, & filis tenuibus circulata.
 Num. 29. Alia penitus lævis, splendens, variis coloribus Achatae in modum maculata, subtus alba, dentata.
 Num. 30. Alia rursus nigerrima, fasciis albis, transversis, serpentino ductu decurrentibus, ornata. Isthæc sufficiant: neque enim, quæ reliqua sunt; seorsim singula nunc describemus, quum tot & tam variæ adhuc dentur species, ut omnium descriptio fieri vix possit; quod jam in limine memoravimus.

TABULA QUADRAGESIMA ET SECUNDA.

Seçtio quinta.

Varias exhibet Rhomborum dictorum species majores & minores.

Num. 1. Rhombus maximus ex ruffo maculatus & nubilatus, clavicula muricata. Minores majoresque maculæ nubesque eum variegant; dorsum latæ fasciæ quasi circulares ornant: fundus pallide albescit: interiora versus nonnihil violacei cernitur. Testa tenuis est: clavicula, muricis instar conformata: os amplum hiat: corpus in cylindri formam convolutum est.

Num. 2.

Nº. 16 & 17. Deux autres Limaçons de la même Espece, sursemés de taches rouffes qui décourent en maniere de flammes.

Nº. 18. Semblable Limaçon très-rare, blanc, cerclé de cordons tortillés & ferrés les uns près des autres.

Nº. 19. Le même vu par dessous.

Nº. 20. Limaçon en Croissant, d'Amboine, blanchâtre, taillé en un petit nombre de convolutions, ayant une pointe élevée, & l'ouverture large. Il est par dessous d'un blanc sale mêlé de roux, à bandes jaunes qui ne paroissent pas distinctement.

Nº. 21. Autre Limaçon de même Espece, d'un blanc sale, marqueté sur la pointe de taches rouffes qui ressemblent à des lettres.

Nº. 22. Celui-ci, tout blanc comme lait, appartient à la même Espece.

Nº. 23. Limaçon fait en Croissant, noir & corallin, d'où vient qu'on l'appelle *Oeil-rouge* car la lèvre interne de son ouverture par dessous est d'un rouge de corail & a la figure d'un œil. Sa coque de dessus est noire, sursemée de boutons ronds, semblables à des œufs de Chenille, & qui sont peut-être les œufs du propre Limaçon renfermés dans la coquille, d'où naissent ensuite ses Petits. Cette coquille n'a qu'une seule convolution, & ne se termine point en pointe à la maniere des autres, ayant seulement à la place une espece d'appendice taillée en façon de dent.

Nº. 24. Limaçon de même Espece, dépouillé de sa coque noire, sous laquelle il se montre d'un blanc de lait, lissé, & luisant.

Nº. 25. Le même présenté par dessous, où l'on voit sa lèvre vermeille dont le rouge paroît extérieurement. Il a sous le milieu du corps une tache noire ronde, qui ressemble à un œil.

Nº. 26. Deux autres Limaçons de la même Espece & figure. Quand on vient de les tirer de la Mer, & qu'ils sont couverts d'œufs, l'un est d'un chatain-clair, & l'autre d'un bai-brun.

Nº. 27. Voici un des plus grands Limaçons de la même Espece; il est extérieurement peint de diverses couleurs, & ceint tout autour de bandes; sa pointe un peu avancée est blanche; intérieurement il est blanc, & armé de quatre dents.

Nº. 28. Limaçon vergetté de blanc & de noir en maniere de flammes, & cerclé de filets.

Nº. 29. Autre Limaçon, lissé, luisant, marqueté de diverses couleurs en façon d'Agate, blanc & dentelé par dessous.

Nº. 30. Autre Limaçon extrêmement noir, & sursemé de bandelettes blanches, transversales, qui vont en serpentant.

Ces Exemples de Limaçons peuvent ici suffire: nous ne nous arrêterons pas à décrire présentement ceux qui nous restent chacun en particulier; il y en a un si grand nombre, & une si grande variété d'Espèces, qu'il est difficile de donner la description de toutes, ainsi que nous l'avons dit dès le commencement.

PLANCHE QUARANTE-DEUXIEME.

Cinquieme Section

Nous traiterons dans cette Section des Coquilles *Volutes* ou Cylindriques, grandes & petites.

Nº. 1. *Volutes* très-grande, tachetée de roux en forme de nuage, à pointe en chausse-trape. Ses taches ou nuages sont de diverses grandeurs. Son dos est cerclé de larges bandes presque circulaires; le fond est d'un blanc-pâle, avec quelques nuances violettes vers l'intérieur. Sa coque est mince; sa bouche fort large, la figure du corps contournée en façon de cylindre.

Nº. 2.

Num. 2. Ejusdem est speciei, atque coloris, at pictura discrepat; cum maculæ nubilosæ magis heic inter se mutuo contorqueantur atque implicentur. Apex etiam coronæ magis prominulus est, quam in præcedente.

Num. 3. Idem supinus.

Num. 4. Ejusdem speciei & coloris alter, elegantius tamen maculatus. *Nebeculas* vocat Rumphius hasce species.

Num. 5. *Voluta Tigrina*, ab aliis *Leo scandens*, Listero *Rhombus Cylindro-pyramidalis*, *clavicula sulcata*, vocatus. In Museo Kircheriano, sub Num. 130, ejusmodi Cochlea exhibetur, haud tamen distincte ibi descripta. Quod ea cylindri instar convoluta sit, & antica parte, in modum pyramidis, acutissime & eleganter terminetur, atque supra, posteriora versus, circa claviculam, in angustum coëat crasso ibidem fulco excavata, a Listero equidem liquido indicatum est. Merito videtur species hæc inter *Volutas* *Achatinas* posse referri, quarum nonnullas postmodum exhibebimus. Dura crassaque iis testa est. Quam hoc Numero repræsentamus, lactei est coloris, ex spadiceo maculata, & marmoris instar variegata more quorundam *Achatarum Orientalium*. Qua spadicea est superficies, tenuibus tota filamentis distinguitur cujusmodi nihil in candida ejus parte animadvertitur.

Num. 6. Ejusdem speciei alia, dilutius ruffula, majoribus maculis notata, tenuibus fibrulis, quæ ruffus color regnat, distincta, perquam glabra, splendida, & quasi lævigata.

Num. 7. Hujusce superficies alba, intermixto malini floris rubore varia, maculis, tanquam nubeculis, atro-fuscis atque albicantibus distincta, nigris desuper fasciis circulatur. Cæterum & tenues heic lineolæ capillares albæ, uti in priore, visuntur. Antica pars paululum intropressa est, & turbine angustiore donata.

Num. 8. Et hæc de *Volutarum* est speciebus, penitus albicante gaudens testa, ex spadiceo nubilata, variegata, eleganterque notata.

Num. 9. Eadem supina. Genus hoc multis pollet speciebus, quarum quælibet peculiari gaudet apparatu: absit vero omnes heic figuris verbisque exponere, quas nostro in Museo asservamus; quandoquidem earum numerus modum excedit.

Num. 10. *Rhombus cylindro-pyramidalis*, ex ruffo nebulatus. Aliam hic ad speciem pertinet, quam priores: antica enim parte circa extremum turbinatum late extumescit; & superficie gaudet saturate spadicea, pallide albescens maculis, nubiosis, veluti subtus transparentibus, more multorum *Achatarum*, distincta. Species hæc itidem in formam pyramidis arcte convoluta est, supra circa caput lata, in claviculam angustam coiens.

Num. 11. Ejusdem hic est speciei, sed ex flavescente fuscus, oblongis latis maculis, albicantibus, tanquam annulis, ornatus, supra verticem eleganter variegatus. Rarior autem est, & ex America Hispanorum adfertur.

Num. 12. Decorticatam heic exhibeo *Volutam Tigrinam*, illi, quæ Num. 5 habetur, geminam, sub veste exteriori ex albo & pallido malini floris rubore inter se mistis undique picta, quæ, si ulterius lævigando detereretur, rubicundior adhuc apparitura foret.

Num. 13. Alia ejusmodi species, quoque lævigata, lactea, dilute purpurascens fasciis latis, angustisque, ornata, antierius circa verticem saturatius Amethystino colore tineta.

Num. 14. *Nubecula arantii* coloris, ornatu inusitato conspicua, antierius in apicem acutissimum turbinata, super arantium testæ colorem dilute albis pallentibus nubibus atque punctis variegata.

Num. 15,

Nº. 2. Volute de même Espece & couleur, mais un peu différente pour sa madrure, ses taches étant plus entremêlées & embarrassées ensemble; la pointe de sa couronne s'avance davantage que dans la précédente.

Nº. 3. La même Volute, vuë par dessous.

Nº. 4. Autre Volute de même couleur & Espece, mais mieux tachetée.

Nº. 5. Volute Tigrée ou Tavelée en maniere de Tigre. Les Auteurs la caractérisent encore de différens noms. Dans l'Ouvrage intitulé *Museum Kircherianum*; on trouve au Nº. 130 une description de cette Coquille, mais qui n'est pas bien exacte. Lister a indiqué clairement dans la description qu'il en fait, que cette Coquille est contournée en cylindre, que dans sa partie antérieure elle se termine en pointe pyramidale, qu'au dessus vers la partie postérieure elle s'étrécit, & que là elle est sillonnée d'une profonde crénelure. Il semble qu'on peut avec raison ranger cette Coquille parmi les *Volutes* peintes en façon d'Agate, dont nous donnerons ci-après quelques Exemples. Leur coque est épaisse & dure. Notre Volute est d'un blanc de lait, marbré de taches chatain, à la maniere de quelques *Agates Orientales*. Sur sa surface chatain elle est encore toute vergetée de fines rayures, mais il n'y en a aucune sur sa surface blanche.

Nº. 6. Volute de même Espece, polie, liffée, & luisante, d'un rouffâtre plus clair, marbrée de plus grandes taches, avec de fines rayures sur sa surface rousse.

Nº. 7. Volute blanche mélangée d'un peu d'incarnat, ombrée de taches noires & blanches en forme de nuage, & cerclée par dessus de bandelettes noires. Elles est aussi parsemée de rayures

blanches & menues comme des cheveux. Sa partie antérieure est un peu enfoncée intérieurement, & sa pointe est moins large.

Nº. 8. Autre Volute dont la coquille est toute blanche, pointillée, & relevée de taches chatain en maniere de nuage.

Nº. 9. La même Coquille vue par dessous. Au reste ce Genre de Coquille a plusieurs Espece qui different en couleurs & en tacheté, mais nous n'avons pas dessein à cause de leur nombre de décrire ici toutes celles que nous possédons.

Nº. 10. Volute ombrée de roux. Cette Volute est d'une autre Espece que les précédentes, car sa pointe faite en Toupie est extrêmement large. Sa couleur est chatain-brun, marquetée de taches blanchâtres en maniere de nuage, mais transparentes par dessous, à la maniere de plusieurs *Agates*. Cette forte d'Espece est contournée en pyramide, large vers sa base & finissant en pointe.

Nº. 11. Volute de même Espece, d'un jaune-roux, variée sur le sommet, de taches blanchâtres oblongues, larges, qui la cerclent. Cette Volute vient de l'Amérique Espagnole, & est rare.

Nº. 12. Volute Navelée semblable à celle du Nº. 5, dépouillée de sa croûte extérieure, sous laquelle elle paroît colorée de blanc mêlé d'incarnat, & paroîtroit encore plus rouge si par le frottement on ufoit davantage la Coquille.

Nº. 13. Autre Volute liffée, d'un blanc de lait, cerclée de bandes purpurines de différente largeur, & peinte à la pointe d'un violet foncé.

Nº. 14. Volute orangée, remarquable par ses ornemens singuliers, & finissant en pointe très-aiguë. Sa coque orangée est sursemée de points, & de taches blanches en forme de nuage.

Num. 15. Minor ejusdem speciei, itidem Arantii coloris, subtus conspicua, intus pariter ex saturate Arantio picta, antè circa labrum dilutius colorata.

Num. 16. Et hæc ad eandem pertinet speciem, sed obscurioris est Arantii coloris, nubeculis pallide albescentibus variegata, tenuibusque Arantii coloris punctis, striatim nitido ordine, æqualiter atque dense juxta se mutuo digestis, circumdata. Caput longum, & in apicem prominulum contortum est. Inter Nubeculas refertur, quia tenui testa gaudet.

Num. 17. Hæc lactea est, Arantii coloris nubeculis & funiculis, uti prior, circumdata. Capitis apex, longum prominens, minutis globulis in ambitu gyrorum obsitus est. Species hæc non adeo frequenter occurrit.

Num. 18. Ejusdem speciei alia, priori per omnia similis, nisi quod ex cærulescente albicans nubeculis saturatoris Arantii coloris distinguatur.

Num. 19, 20 & 21. Hæ tres itidem ejusdem sunt speciei, sed lævigatæ: qua de causa funiculi evanescere, colorque Arantius in purpureo rubrum, albus in dilute cæruleum, veluti in nubeculas efformatum, abiit. Ex Indiis Orientalibus adferuntur.

Num. 22. Strombus Americanus, rarissime reperiendus, crassa testa gaudens, ex cærulescente albicans, spadiceis nubeculis distinctus. Pertinet ad eandem cum prioribus Num. 10 & 11, in hac Tabula, speciem.

Num. 23. Voluta filosa, capite subrotundo, marginibusque obtusis donata: gyrata ejus volumina antè rugosa & profunde lirata sunt. Medium albicantis testæ fascia lata, perplexa, Arantii coloris, instar annuli, ambit. Corpus reliquum tenuibus Arantii coloris filamentis more serpentino striatum est; claviculam vero saturate fusca lata fascia, elatioribus annulis distincta, succingit.

Num. 24. Ejusdem est speciei; sed fascia medium corpus ambiens, lævigando detrita, obscure purpurescit, ejusque filamenta perplexa, rudiora, nonnullisque in locis ex Arantio maculosa sunt.

Num. 25. Volutarum filifarum species maxima, qua pulchriorem aliam haud nobis unquam videre contigit. Listero audit *Rhombus cylindricus*, *pyramidalis*, *fasciatus* & *radiatus*, *rostrato late nigricante*. Fascia corpus ambiens haud adeo lata est, ac in binis prioribus: cæterum cum Num. 23 maxime convenit.

Num. 25*. Eadem species, minor tamen, & subtus conspicua.

Num. 26. Voluta fasciata. Hujusce generis multæ sunt species, non pictis solum fasciis atque striis serpentinis, sed & magnitudine inter se discrepantes. Testa quoque crassior ipsis est, & forma conica; siquidem subtus circa claviculam in acumen convergant, ore veluti tæniola tenui, fusca, cincto: antè rotundæ sunt & latæ, marginibus donatæ lævibus, in quibus circumvoluti gyri elegantissime ex lacto & spadiceo maculati, marmorisque in modum ad obtusum usque apicem variegati, apparent. Exterius viridi flavus regnat color; binæque fasciæ, altera prope caput, altera inferiora versus, albicantes, nigris maculis succinctæ, corpus ambiunt: has inter fascias oblongæ, quasi vermiformes striæ, a superioribus veluti deorsum crispatæ, funiculi mediocris crassitie præditæ, conspiciuntur, quæ sub fascia altera, inferiore, evanescent. Ut plurimum vulgo Caseoli virides vocantur.

Num. 27. Eadem species, sed admodum confuse picta. Caput ejus maximum partem, ut in priorè, comparatum est. Cæterum ob picturæ perplexitatem vix exactè describi potest.

Num. 28, 29, 30 & 31. Hæ omnes Volutæ ad eandem illam pertinent speciem, quam Caseolos virides vocant: coloribus autem & pictura inter se differunt.

Num. 32 & 33. Hæ supinæ jacent, ut & hac facie conspicuæ sint.

Num. 34.

Nº 15. Volute de même Espece, plus petite, orangée, vue par dessous où sa couleur est intérieurement plus chargée, excepté vers la bouche.

Nº 16. Coquille de même Espece, d'un orangé plus obscur, picotée tout autour de points de la même couleur, semés près les uns des autres avec symmetrie, & mouchetée de taches blanchâtres qui regnent en façon de nuage. Sa tête longue est contournée en pointe assez longue. La Coquille est mince.

Nº 17. Volute semblable, d'un blanc de lait, ceinte comme la précédente de bandes orangées, avec de longues taches. La pointe de la tête est grande, & semée de tubercules dans ses convolutions. Cette Espece est assez rare.

Nº 18. Volute pareille, entièrement ressemblante, excepté que son fond bleuâtre est sursemé de nuages d'un orangé couvert.

Nº 19, 20 & 21. Trois Volutes de même Espece, mais liffées par le frottement, de sorte que ses bandes ont disparu, sa couleur orangée devenue d'un pourpre rouge, & son blanc, d'un bleuâtre en forme de nuage. Ces Coquilles viennent des Indes Orientales.

Nº 22. Trompe d'Amérique, fort rare, à coquille épaisse, bleuâtre mêlée de blanc, & ombrée de taches chatain. On rapporte cette Espece au rang des Nº 10 & 11. de cette Planche.

Nº 23. Volute dont la tête est arrondie, & les bords obtus. Ses convolutions sont profondément cannelées. Sa coquille blanchâtre est cerclée par le milieu d'une large bande orangée. Le reste de son corps est sillonné de fines rayures orangées, qui découlent en serpentant. Sa pointe est entourée d'une large bande brune, distinguée par anneaux.

Nº 24. Volute de même Espece que la précédente, mais dont la bande qui ceint le milieu du corps, effacée par le frottement, est devenue d'un pourpre-brun. Ses rayures filamenteuses sont plus

grossières, plus embarrassées, & pointillées çà & là de taches orangées.

Nº 25. Volute semblable de la plus grande Espece, & d'une beauté supérieure à toutes celles que nous ayons vues. Lister la caractérise en Latin du nom de Rhombe Cylindrique, pyramidal, radié de bandes, & à large bec noirâtre. La bande qui le cerce au milieu n'est pas si large que dans les Volutes précédentes. En général cette Espece de Volute ressemble beaucoup à celle qu'on a décrit au Nº 23.

Nº 25*. Volute de même Espece, plus petite, vue par dessous.

Nº 26. Volute à plusieurs bandes. On compte plusieurs Espèces de ce Genre de Volute, différentes non seulement par les couleurs, le tacheté des bandes & les cannelures, mais encore par leur grandeur. Leur Coquille est épaisse & d'une figure conique; car d'une part elles se terminent en pointe, & ont leur ouverture cerclée d'une petite bandelette brune; antérieurement elles sont rondes & larges avec des bords liffes, autour desquels les contours sont marbrés de taches blanches & chatain. Leur couleur extérieure est d'un verd-jaune. Le corps de la Coquille est environné de deux bandes blanches, mouchetées de taches noires; chacune des bandes est à l'une des extrémités, & ont entre elles des cannelures qui vont en serpentant de haut en bas, où elles disparaissent vers la bande de l'extrémité inférieure.

Nº 27. Autre Volute de même Espece, mais tachetée très-confusément. Sa tête est faite ainsi que dans la précédente; mais on ne peut gueres exactement décrire cette Coquille-ci, à cause de la confusion de sa madrure, de ses couleurs, & de ses bandes.

Nº 28. 29. 30. 31. Ce sont des Volutes de la même Espece, différentes entre elles seulement par leurs ornemens.

Nº 32. 33. On les voit ici par dessous.

N. 34.

Num. 34, 35 & 36. Minusculæ hæ sunt species, pictura semper discrepantes, quarum aliæ ex dilute flavo unicolores albis tæniis nigrisque punctis distinguuntur; aliæ, ex viridi flavo unicolores, ex albo fasciata & guttatae sunt; aliæ ex Arantio maculatae & guttatae; aliæ rursus pallide luteæ punctis rubris, in tæniis congestis, circulantur. Ob multiplices varietates hoc loco haud describemus minores illas, quæ in medio collocatae sunt, species: sufficiat eas æri incisas simul exhibuisse.

Num. 37. Et hic Rhombus est, prioribus, Caseolis viridibus dictis, affinis. Quercini, ligni colore simplice conspicuus binis albicantibus gaudet annulis, altero supra, ad caput, primum gyrum ambiente, altero inferius sito. Antica parte gyri omnes penitus candicant, atque serrati in apicem latum, prominentem, terminantur.

Num. 38. Eadem species lævigata, pellucens exhibens purpuram. Caput album, ferratum, apice rubro gaudet.

Num. 39. Hæc magis adhuc lævigando detrita amœnum Amerhysti colorem, albis fasciis distinctum, monstrat. Caput hujus quoque lævigatum est, gyrosque exhibet ex purpureo annulatos & crispatos, spectaculo elegantissimo.

Num. 40 & 41. Binæ Volutæ Arantiæ, albis oblongis striis, tanquam fasciis, circumscriptæ.

Num. 42. Ejusdem speciei alia, ex Arantio fusca, albis, latis fasciis circumdata.

TABULA QUADRAGESIMA ET TERTIA.

Seçtio sexta.

Elegantissima hæc exhibemus specimina, in quibus equidem depingendis naturam ars satis exacte imitata est. Quum vero largissima hujusmodi rerum supellectile simus instructi, exquisitissima semper atque perfectissima suo in genere exempla selegimus, ut iis, qui hæc amant atque intelligunt, satisfaciamus, materiemque demus, è qua mirifica omnipotentis Conditoris opera magis magisque cognoscere discant.

Num. 1. Voluta Arantia elegans, maculis inæqualibus, albis, venuste elaborata. Listero *Rhombus Cylindro-pyramidalis* audit; Rumphio *Voluta pennata*. Nos, quod modo dedimus nomen, ipsi præ aliis competere arbitramur. Neque ex vilioribus ea est speciebus. Arcte convoluta apice pyramidali, eminentiore, gaudet.

Num. 2. Eadem subtus conspicua, qua parte haud minus elegans pictura, quam supra, effulget.

Num. 3. Paulo hæc brevior est & latior anterior, circa caput, itidem tamen Arantio picta colore, maculisque inæqualibus, albis & flavis, in fasciis quasi formatis, sufferta atque exornata.

Num. 4. Nonnihil tenuior hæc & angustior est, turbine terminata acutissimo; coloris ex fusco Arantii; maculis oblongis, inæqualibus, albis, variegata; extus perquam lævis & splendida.

Num. 5. Eadem subtus conspicienda, æquè venusta hac parte.

Num. 6. Voluta dilutioris Arantii coloris, priore minor, maculis reticulatis, inæqualibus, albis & ex fusco Arantiis varia.

Num. 7, 8, 9 & 10. Vocantur *Rhombi Attagenes*, panni auro contexti, aut & Fimbriæ denticulatae; siquidem simili fere modo, ac plumæ in pectore Attagenum, variegentur, picturâ interim atque coloribus usque discrepantibus: cernitur enim dilute flavum, Arantio-flavum, Arantio-fuscum, atro-fuscum, album,

tum

N^o. 34; 35, & 36. Especies de Volutes plus petites, & toujours diversement peintes & tachetées; car les unes sont d'une seule couleur jaune-pâle, relevées de bandes blanches & de points noirs; les autres sont d'un verd-jaune, à bandes & à points blancs; celles-ci pointillées & marquetées de taches orangées; celles-là d'un jaune-clair à bandes sursemées de points rouges. Nous ne décrivons pas ici ces petites Volutes, qui sont placées au centre à cause de leurs variétés; il suffit d'en donner la représentation.

N^o. 37. Volute assez semblable aux dernières qu'on vient de décrire. Elle est remarquable par sa couleur de bois de Chêne, cerclée de deux bandes blanchâtres, l'une vers la tête, autour de la première convolution, & l'autre à la pointe. Ses contours dans la partie antérieure sont tout blancs, dentelés, & se terminent en une grande pointe large.

N^o. 38. Pareille Espece de Volute, lissée, montrant un pourpre transparent. Sa tête blanche & dentelée à la pointe rouge.

N^o. 39. Cette Volute, qu'on a encore lissé davantage par le frottement, fait voir un charmant violet, que partage des bandes blanches. Sa tête polie est sillonnée tout autour de cannelures qui vont en serpentant, ce qui est très-beau à l'œil.

N^o. 40. 41. Deux Volutes orangées, rayées dans leur circonférence de rayures blanches comme d'autant de bandes.

N^o. 42. Autre Volute de même Espece, d'un orangé-brun, cerclée de larges bandes blanches.

PLANCHE QUARANTE-TROISIEME.

Sixieme Section.

Nous offrons ici de très-belles Volutes, dans la représentation desquelles l'Art a imité la Nature avec assez d'exactitude. Comme nous possédons une vaste collection de ces sortes de Curiosités,

Tom. III.

nous nous bornons à ne faire représenter dans cet Ouvrage, que ce qu'il y a de plus parfait & de plus exquis en chaque Genre de Coquilles, pour satisfaire le goût des Amateurs intelligens, & rassembler sous leurs yeux un choix de ces merveilleuses productions, dont la connoissance ne doit tendre qu'à nous conduire au Souverain Être qui les a créées.

N^o. 1. Volute orangée, belle, décorée de taches blanches de différente grandeur. Lister l'appelle Rhombe Cylindro-Pyramidale; Rumphius la nomme Volute Pannachée; mais nous aimons encore mieux le nom que nous venons de lui donner. Cette Coquille est d'une des plus belles Especies. Ses contours ferrés finissent en une grande pointe pyramidale.

N^o. 2. La même, vue par dessous, où sa madrure & ses couleurs ne sont pas moins éclatantes.

N^o. 3. Cette Volute est plus courte & plus large, à la partie antérieure de la tête. Elle est pareillement à fond orangé, chargé d'une madrure de taches jaunes & blanches inégales, & disposées en façon de bandes.

N^o. 4. Celle-ci plus mince & plus étroite se termine en sabot très-aigu. Sa couleur est d'un orangé-brun, vergetté de taches blanches, oblongues, de grandeur inégale; sa surface extérieure est polie, luisante.

N^o. 5. La même, vue par dessous, où elle ne paroît pas moins belle.

N^o. 6. Volute plus petite que la précédente, d'un orangé plus clair, sursemé de taches inégales blanches & orangées-brunes faites en réseau.

N^o. 7. 8. 9. 10. Coquilles Univalves à Volute, rares, & précieuses; nommées en François *Draps d'Or*. Quelques Auteurs les appellent encore en Latin *Rhombi Attagenes* parce que leur tache & leurs couleurs sont mêlées à la manière du plumage de l'Estomac de ces Oiseaux que les Latins nommoient *Attagenes*,

K k

& que

tum & aureis alicubi filis quasi intertextum. Sunt sane specimina quam elegantissima, & longe dignissima, quæ in Museis afferuntur atque a curiosis perlustrantur. Cum priore Num 6 ratione brevitatis & crassitie satis conveniunt, antè apice gaudètia turbinato, prominentiore, postica parte in clavicularum angustam convergentia.

Num. 11. Priores hic Rhombus ad species pertinet, corpore est crassiore, & rariore pictura, plus flavi monstrante, præditus.

Num. 12. Idem supinus.

Num. 13 & 14. Volutæ binæ cordiformes, ex flavo Arantiæ, albis maculis & filamentis capillaribus circumdatæ, rarissimæ. Ex Amboina Indiarum Orientalium adferuntur, sed rarius; unde & plurimi æstimantur. Pertinent autem inter *volutas*; quum arcte in figuram conivolutæ sint.

Num. 15 & 16. *Rhombi bini Cylindro-pyramidales, Americani*, quoque perquam rari, ex spadiceo, dilute flavo, albo & Arantio maculati & nubilati.

Num. 17. Elegans Nubecula, sive Haustellum, Cochleari, quo hauritur, simile, obscure fuscum, dilute cæruleis flavisque nubeculis ornatum. Testa gaudet tenui hæc species, unamque duntaxat convolvitur in spiram: unde & Pisciculus ejus major & crassior est, quam qui habitat in arctius convolutis.

Num. 18. Specimen idem subtus conspicuum.

Num. 19, 20, 21, 22. Omnes hæ Cochleæ testis sunt tenuibus, atque coloribus variis, variisque figuris quam elegantissime nubilatæ: earum quædam pictura Chartam dictam Turcicam referunt; aliæ minutis punctis annulatæ, oblongisque striis, catenarum in modum dispositis, distinctæ sunt.

Num. 23, 24, 25, 26, 27, 28 & 29. Rariores hæ sunt species Stromborum, qui ex America Hispanorum adlati picturam speculandi materie plenissimam ostendunt. Testa ex albo perfundata nubeculis obscure fuscis, Arantiis, rubris, flavis, & dilute cæruleis, variegatur. Dantur & inter eos, qui tenuissimis veluti villis tæniati & circulati sunt.

Num. 30. Et hic Strombus est, at obscure fuscus, ex albo cærulescente nubilatus, rubris punctis, in funiculos compositis, annulatus.

Num. 31. Volutæ breves, crassæ, coactæ, funiculis, rubris, tenuibus, cinctæ, ex saturate Arantio perfundatæ, ex albo & dilute cæruleo marmoris in modum variegatæ, antè in gyris dilute flavæ, & ex ruffo variæ. Inter Cochleas Americanas, quas *Katjes* vocant, referuntur.

Num. 32 & 33. Ad eandem hæ petinent speciem, verum prior simpliciter flava striis longis, rubris, catenatis, ambitur; altera perquam pallide albicans ruffis tæniis, vel filis, tenuium funiculorum æmulis, circumdatur.

Num. 34, 35 & 36. Hæ Volutæ inusitata quadam elegantia nubilatæ sunt, singularibus quælibet coloribus & pictura superbientes, incomparabiles, itidem ex America Hispanorum delatæ, quarum posterior punctis circulatur.

TABULA QUADRAGESIMA ET QUARTA.

Seçtio septima.

Num. 1. *Volutam Regularem* heic exhibemus, quæ Listero *Rhombus Cylindro-pyramidalis* audit; Rumphio autem *Meta Butyri* vocatur. Vocabulum *Rhombus* variarum est significationum: primo enim magicam

& que nous apellons *Francolins*, ou *Gelinotes de bois*. On voit en effet sur ces Coquilles un mélange de jaune-pâle, de jaune orangé, d'orangé-brun, de grivelé, qu'entrecourent çà & là comme des filets d'or. Celles que nous montrons ici sont extrêmement belles, & méritent d'être examinées des Curieux; par leur épaisseur & leur petitesse elles ressemblent assez à la Volute du N^o. 6, finissant par devant en pointe de toupie, & s'étrecissant par derrière.

N^o. 11. Volute de la même Espece que les précédentes, quoique plus grosse, & moins variée en couleurs, le jaune dominant davantage.

N^o. 12. La même, vue par dessous.

N^o. 13 & 14. Deux Volutes faites en cœur, extrêmement rares, d'un jaune-orangé mouchetées de taches blanches, & vergettées tout autour de fines rayes. Elles viennent d'Amboine, d'où on ne les apporte que rarement, ce qui les rend plus précieuses. Leurs convolutions ferrées allant en forme de cone, font qu'on les met au rang des Volutes.

N^o. 15 & 16. Deux Volutes d'Amérique, peu communes, tachetées en maniere de nuage de chatain, de jaune-pâle, de blanc & d'orangé.

N^o. 17. Volute d'un brun sombre, relevée de taches jaunes & bleues en forme de nuage. Cette Espece est d'une Coquille mince contournée en une seule spirale; de sorte que le Poisson renfermé dans la Coquille, doit être plus grand à proportion que ceux d'autres Volutes dont les convolutions sont plus ferrées & plus nombreuses.

N^o. 18. La même, vue par dessous.

N^o. 19. 20. 21. 22. Toutes ces Coquilles sont minces, joliment nuées de diverses couleurs, & ombrées de taches diversément figurées. Quelques-unes de ces Coquilles ne ressemblent pas mal par leur madure au Papier de Turquie; les autres sont picotées

tout autour de petits points, & de rayures faites en petits chainons de chaîne.

N^o. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. Voici des plus rares Espèces de Sabots de l'Amérique Espagnole, & dont les ornemens méritent bien d'être considérés. Leur coque à fond blanchâtre est sursemée de taches brunes, orangées, rouges, jaunes, & bleues-pâle. Il y en a dans ce nombre qui sont comme cerclés de menus filets.

N^o. 30. Autre Coquille de même Espece, d'un brun obscur relevée d'une madure blanche & bleue en maniere de nuage, & piquée de points rouges qui forment des bandes tout autour.

N^o. 31. Petites Volutes, épaisses, ferrées, cerclées de bandes-lettes rouges, & partie orangées, qu'accompagne une marbrure de blanc & de bleu-pâle, & qui sont jaunâtres dans leurs convolutions avec un mélange de roux. On range ces Coquilles parmi celles d'Amérique que les Hollandois nomment *Katjes*.

N^o. 32 & 33. Deux Coquilles de l'Espece précédente, dont la première jaune, est cerclée de rayures rouges, faites en forme de chaînes; l'autre d'un blanc blaffard, est entourée de fins cordons ou filamens roux.

N^o. 34. 35. 36. Volutes de l'Amérique Espagnole, toutes superbes par leurs couleurs & leur madure. La Volute du N^o. 36 est entourée de points en guise de bandes.

PLANCHE QUARANTE-QUATRIEME.

Septieme Section.

N^o. 1. Nous représentons ici une Volute régulière, que Lister appelle *Rhombus*, Rhombe, *Cylindrus Pyramidalis*, Cylindre-Pyramidal, & Rumphius *Meta Butyri*, Pyramide de Beurre. Le mot Latin *Rhombus*, a différentes significations: premierement il signifie

magicam quandam rotam indicat, quo sensu huc quadrare haud potest; secundo Piscem notat, significatione pariter heic non congruente; tertio & Chirurgicum quendam deligandi modum exprimit; tandemque & Rhombus Geometricam significat figuram tessellatam, sive quadratam obliquangulam, cujus æqualia inter se sunt latera, sed anguli non recti. Postremo hoc sensu Rhombus quodammodo figuram vel formam Cochlearum, quas *Volutas Regulares* vocamus, æmulatur: sunt enim ex testæ, quam arctissime in sese convolutæ, crassæ & ponderosæ, regulari quodam modo quasi contortæ, angustis latisque chordis vel tæniis per superficiem ex Arantio unicolore circulatæ, quarum superius extremum latum, rotundum, in apicem acuminatum excurrans, per sulcos ex spadiceo maculatur & variegatur; clavicula vero angustior est & coacta.

Num. 2. Isthæc saturate Aurantii est coloris, nec minus eleganter fasciata, pertusis veluti tæniis regulariter obvoluta, cui parem rarissime datur conspiciere. Apex supremus, in quem multiplices spiræ coeunt, & vertex variis admodum coloribus quam venustissime variegatus, heic præcipue emicant.

Num. 3. Tertia species citrinæ est flavedinis, latioribus fasciis, albis, tæniis veluti, saturate spadiceis figuris, oblongo-quadratis, distinctas, referentibus, circulata. Forma sat regularis conoidea est.

Num. 4. Species quarta dilutissime flavescit, angustioribus tæniolis albis, & ruffis parallelepipedis circumdata, superius, ad caput, binis punctorum rubrorum seriebus, tanquam fasciola quadam, fuscincta, ad claviculam vero rubris tæniolis ornata.

Num. 5. Quinta species, pallide alba, saturate spadiceis maculis, tigrino veluti more, variegata, & funiculis flavis, quorum nonnulli rubris punctis distinguuntur, circumdata est.

Num. 6. Sexta species, dilute vel pallide lutea, perplexis parallelepipedis figuris, ex saturate Arantio pictis, circulariter ambitur, spectaculo sane haud injucundo.

Num. 7. Species septima externam testæ superficiem præ se fert albicantem, oblongis spadiceis maculis, oblique deorsum vergentibus, hasque interstinguentibus funiculis tenuibus, flavis, sat regulariter circumscriptam.

Num. 8. Voluta simplex, alias *Quercina* dicta, ex flavo ruffula, maculis nonnullis pallide albescens, veluti rhomboideis, circulariter notata, præsertim circa latius extremum capitale, & gyros ibidem in acumen desinentes. Sulci striati, non adeo distincte conspicui, a superioribus deorsum tendentes, haud profundi sunt, sed plani fere, ut in ligno Quercino. Posteriora versus, circa claviculam, plurimæ harumce Volutarum ab uno latere oblique incurvatæ sunt.

Num. 9. Altera Volutarum Quercinarum species, croceo-lutea, saturate fuscis striis perplexis dense oblecta, sub quibus veluti pictæ ex albo fasciolæ latæ & angustæ transparent. Cætera similis est priori.

Num. 10 & 11. Ejusdem fere hæc sunt coloris, nisi quod posterior lata fascia, alba, ambiatur. Extrema earum superiora in gyris ex albo, luteo & saturate fusco æqualiter maculata & variegata sunt.

Num. 12. Quercina pariter hæc est Voluta, superficies cujus albicans flavis & ex Arantio-fuscis maculis oblongis, tum capillaribus filis rubris, juxta longitudinem æque ac crassitiem ductis, tandemque fascia alba, medium corpus ambiente, ornatur. Superius extremum eleganter pictum est. Latera longissima haud curvantur, verum recta procedunt ad finem usque. Rarissima quædam hæc est species: nobis tamen plures adhuc in nostro Museo restant, quas omnes in hisce Tabulis exhibere non licet; quia opus hoc nimium excreveret, & secuturis speciminibus rarioribus nullus superesset locus.

Num. 13.

signifie une Roue de fer ou d'airain pour faire des sortileges; en second lieu il désigne le Poisson que nous nommons Turbot; en troisieme lieu il se prend en Chururgie pour une Espece de Bandage à qui l'on a conservé en François le nom de *Rhombus*; mais aucune de ces trois significations ne convient ici. Enfin le mot *Rhombus* ou Rhombe en François, marque en Géometrie une figure dont les quatre côtés sont égaux entre eux, mais dont les angles ne sont pas droits; dans ce dernier sens le mot de Rhombe exprime en quelque maniere la figure des Coquilles que nous appellons Volutes Régulieres; car ces Volutes sont épaisses, pesantes, faisant plusieurs convolutions formées assez régulièrement, à fond orangé, cerclées dans leurs contours de bandes ou de cordons plus ou moins larges, ayant le bout supérieur large, rond, allant insensiblement en pointe étroite, ferrée, & marbré ou marqueté d'une madure chatain dans les diverses cannelures.

Nº. 2. Cette Volute-ci est orangé-brun, & d'une beauté très-rare; elle est ceinte régulièrement tout autour de bandelettes qui paroissent comme criblées de trous. Sa pointe supérieure où aboutissent un grand nombre de spirales, de même que son sommet, brillent principalement par la variété des belles couleurs qui y regnent.

Nº. 3. Troisieme Volute d'un jaune de citron, cerclée de larges bandes blanches, découpées en plusieurs petits quarrés-oblongs de couleur chatain. Sa forme est un cone assez régulier.

Nº. 4. Quatrieme Espece de Volute d'un jaune très-clair, ceinte de bandes blanches étroites, partagées en parallépipèdes d'une couleur rousse. Son sommet est picoté dans son enceinte de deux rangées de points rouges, disposés en façon de bandes. Sa pointe est semblablement entourée de bandelettes rouges.

Nº. 5. Cinquieme Espece de Volute à fond blanc-pâle, tigrée de taches bai-brunes, & cerclée de cordons jaunes, dont quelques-uns sont sursemés de points rouges.

Nº. 6. Sixieme Espece d'un jaune-clair, ceinte dans son contour de bandes découpées en parallépipèdes entrelassés ensemble,

& peints d'un orangé brun, ce qui fait à l'œil un charmant effet.

Nº. 7. Septieme Espece blanchâtre sur toute sa surface, cerclée assez régulièrement de taches oblongues chatain, allant obliquement en bas, entrecoupées de menus cordons jaunes.

Nº. 8. Volute simple, d'un jaune-rouffâtre, marquetée dans sa circonference de quelques taches blanchâtres faites en rhombes, qui regnent principalement sur sa plus large extrémité, & autour de ses convolutions terminées en pointe. Ses sillons vont de haut en bas, & ne sont ni bien marqués ni profonds, mais plats, presque comme dans le bois de Chêne; plusieurs des Volutes de cette Espece sont courbées obliquement d'un côté, savoir dans leur partie postérieure vers la pointe.

Nº. 9. Seconde Volute de même Espece que la précédente, d'un jaune de safran, irrégulièrement sillonnée de cannulures brunes, fort près les unes des autres, sous lesquelles paroissent des bandes de diverse largeur peintes comme de blanc: du reste elle est semblable à la précédente.

Nº. 10. & 11. Autres Volutes de même Espece, & presque aussi de même couleur, excepté que celle du Nº. 11. est entourée d'une large bande blanche. Leurs extrémités supérieures sont également tachetées & mêlées dans leurs spirales de blanc, de jaune, & de brun-obscur.

Nº. 12. Cinquieme Volute de même Espece, dont la surface blanchâtre est décorée de taches oblongues, jaunes, & d'un orangé-brun, avec des filets rouges sur toute sa longueur & sa largeur, & une bande blanche qui la cercle au milieu. L'extrémité supérieure est joliment peinte. Ses côtés sont très-longs, & droits jusqu'au bout sans courbure. Cette sorte de Volute est extrêmement rare; cependant nous en possédons encore plusieurs semblables que nous ne pouvons représenter ici, parce que leur nombre grossiroit trop cet Ouvrage, & que nous manquerois de place pour diverses autres Coquilles qui ne sont pas plus communes, & que nous ne devons par passer sous silence, Telles sont les suivantes.

K k 2

Nº. 13.

Num. 13 & 14. Rariores hæ sunt & perpulchræ, ab oris Caracis dictis profectæ, quarum prima dilute cærulescente est colore, radiis saturate fuscis, tanquam flammis, distincto. Gyri in supremo apice ex cæruleo plumbei sunt coloris, fuscis maculis variegati. Altera haud absimilis priori pictas tamen illas flammis non radiatas, sed potius veluti nubilatas monstrat.

Num. 15. Isthæc priori Num. 13 maximam partem similis est ratione picturæ lapides Achatas æmulantis: at color fuscus hæc dilutior, alterumque latus ad claviculam curvum sive obliquatum est, uti in Volutis quercinis.

Num. 16. Voluta grandis, ovata, Achatina, ad scapulas lata & rotunda, apice prædita angusto & obtuso, cujus gyri arcte in se mutuo contorti, fulcique minutis globulis circumscripti sunt. Externa superficies olivino gaudet virore: longa macula alba dorsum variegat: cætera dilute & saturate fusco, & flavo colore, tum punctis striisque rubris, Achatarum in morem, in nubeculas veluti & flammis distinguuntur. Posterius ad claviculam subrotundum, obtusum est extremum. Testa crassa est & ponderosa.

Num. 17 & 18. Ad priores & hæc species pertinet, Listero vocata *Rhombus ex ruffo nebulatus, angustior, lineisque quibusdam intersectis circumscriptus*. Superiora extrema his non rotunda sunt, sed magis intropressa, gyrique magis in acumen assurgentes pyramidem veluti formant. Per nubeculas eleganter hæc depictas minores lineæ quasi transparentes cernuntur.

Num. 19—22. Rhombi altera species. Sunt hi ex saturate Arantio fusci, albis nubeculis & maculis, tanquam bullulis, striisque tenuibus, capillaribus, densissime in ambitu per totam superficiem testæ quasi vestiti. Apex supremus in singulis longe assurgit; quum gyri permulti hæc arcte inter se convolvantur, quorum sulci globulis parvis, albis, repleti spectaculum perelegans exhibent. Posterior Num. 22 subtus repræsentatur.

Num. 23—28. Sex hæ Volutarum species, una cum aliis multis ex America Hispanorum ad nos pervenerunt, singulari fere quælibet gaudentes pictura, magnis parvisque punctis guttatæ, maculatæ, tæniatæ, funiculis circumscriptæ, aliisque diversis modis pictæ atque coloratæ; ut ex iconibus satis colligi queat, quot ornamentis ex polleant: quodsi enim seorsim singulas nunc describere vellem, tædium Lectori benevolo essem moturus. Num. 24 & 28 repræsentantur supinæ.

Num. 29 & 30. Binæ adhuc sunt Volutæ nubilatæ, Americanæ, pervenustæ, quarum posterior potissimum funiculis guttatis, atque catenulis, nubeculas cæruleas, fuscas & albas superequitantibus, mirum in modum superbit.

TABULA QUADRAGESIMA ET QUINTA.

Seçtio octava.

Ulterius hæc incisæ ære exhibemus Volutas quasdam crassiores, majores, ut multiplex varietas atque colorum picturæque diversitas, in hoc genere occurrens, tanto fiat manifestior.

Num. 1. Strombus Cylindricus Pyramidalis, magnus, dilute ruffulus, maculus oblongis, nigris, tanquam parallelepipedis, in circulos dispositis, aliisque præterea, circulis, minoribus e punctis constantibus, interpositis, circumscriptus.

Num. 2.

Nº. 13. & 14. Rares & magnifiques Volutes, qui viennent de la Côte de Caracas dans l'Amérique Méridionale. La première est bleuâtre-pâle, sursemée de rayons bruns-obscur qui vont en manière de flammes. Les convolutions de sa pointe supérieure sont d'un bleu-plombé, marqueté de taches brunes. L'autre Volute est assez semblable à celle-ci; seulement ses rayons vont plutôt en façon de nuages que de flammes.

Nº. 15. Cette Volute diffère peu de celle du Nº. 13. Mais son tacheté imite celui des Agates; sa couleur est d'un brun plus clair, & un de ses côtés se courbe vers la pointe, comme dans les Volutes des Nº. 8. 9. 10 & 11.

Nº. 16. Grande Volute, ovale, peinte en façon d'Agate, large & ronde par derrière, ayant une pointe étroite, obtuse, les convolutions serrées, & les cannelures environnées de petits tubercules. Sa surface externe est d'un verd olivâtre. Son dos est marbré d'une longue tache blanche; le reste est tacheté de brun clair, de brun obscur, & de jaune, comme en manière de flammes ou de nuages, sursemées de points, & de cannelures rouges. Sa pointe est arrondie, mouffe. Cette Coquille est épaisse, forte, pesante.

Nº. 17. & 18. Ces deux Volutes appartiennent encore à l'Espèce précédente que Lister caractérise du nom de Rhombe étroit, ombré de roux en façon de nuage, & sillonné de quelques rayures qui s'entrecoupent les unes les autres. Leurs bouts supérieurs ne sont pas ronds, mais un peu enfoncés intérieurement, & leurs contours s'élevant davantage en pointe, forment comme une Pyramide. Au travers de leur tacheté on aperçoit de petites cannelures.

Nº. 19—22. Autres sortes de Rhombes. Ceux-ci sont à fond orangé-brun, chargés partout de taches blanches en nuages, & vergetés de rayures aussi menues que des cheveux. Leur pointe

supérieure est fort longue. Leurs convolutions sont pressées, & leurs cannelures sont remplies de petits tubercules blancs, ce qui est charmant à la vue. La Pyramide du Nº. 22. est représentée par dessous.

Nº. 23. 24. 25. 26. 27. 28. Ces six Espèces de Volutes nous sont parvenues de l'Amérique Espagnole. Chacune d'elles a presque sa madure & ses ornemens particuliers. Elles sont picotées de points, marbrées de taches, cerclées de cordons, de bandes, & colorées diversément, comme on peut le juger par leurs simples représentations ci-jointes; nous ne nous attacherons pas à les décrire à part, pour éviter d'ennuyer le Lecteur. Les deux Volutes des Nº. 24 & 28. sont représentées par dessous.

Nº. 29 & 30. Deux Volutes d'Amérique très-jolies, ombrées de madure en façon de nuages. La dernière est principalement superbe par ses taches en nuages, qui sont bleues, blanches, brunes sursemées de bandes annulaires picotées de points, & de cordons faits en manière de chaînes.

PLANCHE QUARANTE-CINQUIÈME.

Huitième Section.

Nous représenterons ici quelques autres Volutes plus grandes & plus grosses que celles qui précèdent, afin de montrer d'autant mieux la prodigieuse diversité d'ornemens qui se rencontrent dans ce Genre de Coquillages.

Nº. 1. Volute ou Pyramide, grande, d'un roux clair, marquetée tout autour de taches noires, oblongues, formées comme en parallélépipèdes, qu'entrecoupent d'autres cordons faits de petits points.

Nº. 2.

Num. 2. Alia species, ex albo-cinereo perfundata, majoribus parallelepipedis, quoque circulatim, sed rariore & minus ordinatas in series digestis, cincta. Omnibus hisce speciebus basis lata & plana est, minuto apice turbinato prominula, cæterum in crassis multiplicibusque gyris eleganter maculata, marmorisque in modum variegata.

Num. 3. Tertia species, supina.

Num. 4. Quarta species ex ruffo cinerea, minoribus maculis, tanquam in catenas compositis, ordinate circulata, apice inferiore ad claviculam in plicas corrugato.

Num. 5. Species quinta, ex saturate ruffo cinerea, more priorum nigris oblongis, at minoribus maculis catenatim cincta.

Num. 6. Sexta species, ex dilute cinereo lutea, maculis fuscis, rarioribus, subtus positas albas fascias variegantibus, circulata. Plani ad basin gyri spadiceis maculis pulchre, marmoris in modum, distinguuntur.

Num. 7. Septima species, ex cinereo albo perfundata, dense & eleganter circulata est maculis parvis & majusculis, fuscis, in catenulas congestis. Gyri ad basin flammis veluti distinguuntur.

Num. 8. Rariorem heic exhibemus speciem crassarum Volutarum, Americanam, subtus conspicuam, variis coloribus annulatim quam elegantissime variegatam, & quasi obnubilatam.

Num. 9. Isthæc Voluta minor est, at magis insolito nitidoque apparatu ornata, ex albo perfundata, annulis nonnullis, è punctis rubris constantibus, obvoluta, cæterum variis coloribus quaquaversum, super ipsa quoque basi, marmoris in modum picta. Ab oris Americanis Hispanorum ea ad nos pervenit.

Num. 10 & 11. Binæ hæ minores sunt Volutæ crassæ, majoribus tamen prægressis similes, ex Indiis Orientalibus. Ambæ subtus conspiciendæ offeruntur. Prior cinereo-lutea est, altera pallide albicans; utraque saturate fuscis magnis, parvis, oblongis, maculis, punctisque, more catenarum compositis, dense circulatur.

Num. 12—15. Minores hæ sunt crassarum Volutarum species, ex Insulis Philippinis mihi adlatæ. Insolito autem superbiunt ornatu, utpote unicoloribus luteis tæniolis, oblongis tessellis, minutisque punctis, in funiculos digestis, saturate spadiceis, albo super fundo circulatæ: prior & posterior subtus conspiciendæ sunt.

Num. 16 & 17. Binæ sunt species elegantes Volutarum quercinarum, ex helvo & subruffo perfundatæ, desuper radiatæ, & ex albo nubilatæ. Obtusi earum apices supremi itidem venuste picti & maculati sunt. Posterior spiram externam, circa claviculam, multis plicis rugosam monstrat.

TABULA QUADRAGESIMA ET SEXTA.

Sectio nona.

Heic are incisos offerimus Rhombos reticulatos, variæ magnitudinis, picturæ, & colorum, regulariter fasciatis, non fasciatis, ex oris Indiarum tam Orientalium, quam Occidentalium.

Num. 1. Rudis hæc atque crassa est Voluta, lineis lateralibus, inæqualibus, septa, ex saturate fusco perfundata, maculis albis, inæqualibus, variæ figuræ, angulatis, quadratis, subrotundis, distincta, Rumphio

Nº. 2. Deuxieme Volute à fond cendré-blanc, ceinte de taches parallelepipedes femées en plus petite quantité, & disposées en cercles moins réguliers. Toutes les Especes de Volutes de cette Planche ont la base large, aplatie, & la pointe longue, étroite. Leurs spirales sont larges, formant plusieurs convolutions, toutes richement tachetées en maniere de marbrure.

Nº. 3. Troisieme Volute vue par dessous.

Nº. 4. Quatrieme Volute cendrée-rouffe, ayant sa base ou sa pointe inférieure contournée en plusieurs replis, & cerclée régulièrement de petites taches faites comme en chainons.

Nº. 5. Cinquieme Volute d'un roux-obscur cendré, que cerclé à la maniere des précédentes une chaîne de taches noires, oblongues, mais plus petites.

Nº. 6. Sixieme Volute d'un jaune cendré, entourée de bandes blanches qui sont mouchetées çà & là de quelques taches brunes. Les spirales de sa base sont plattes, unies, mais décorées d'une marbrure de taches chatain.

Nº. 7. Septieme Volute à fond d'un blanc cendré, ceinte de plusieurs cercles ferrés les uns près des autres, formés de taches brunes, grandes & petites, assemblées en chainons. Les spirales de sa base sont tavelées de taches qui vont en flammes.

Nº. 8. Huitieme Volute, rare, d'Amérique, présentée par dessous, où elle est peinte de diverses couleurs, & ombrée de taches les unes annulaires, les autres en façon de nuages.

Nº. 9. Neuvieme Volute plus petite de l'Amérique Espagnole, relevée par des ornemens d'une rare beauté, & marbrée jusques sur la base même d'une peinture de diverses couleurs. Son fond blanc est cerclé de quelques cordons que forment des assemblages de points rouges.

Nº. 10 & 11. Volutes de même Espece, mais des Indes Orientales, petites, quoique d'ailleurs semblables aux précédentes qui sont gravées dans cette Planche. Ces deux Volutes sont présentées à l'œil par dessous.

Tom. III.

La premiere est cendrée-jaune. La seconde est d'un blanc plombé. Toutes les deux sont cerclées de bandes ferrées, que composent des chaînes, ou des points, ou des taches d'un brun obscur, oblongues, de diverses grandeurs.

Nº. 12—15. Ces Volutes-ci sont les plus petites de la même Espece. Elles viennent d'une Isle de l'Océan Indien qu'on appelle l'Isle des Arrecifes, située près des Isles Philippines. Leurs ornemens sont magnifiques; car leur fond blanc est cerclé de petites bandelettes toutes jaunes, & de divers cordons les uns tissus de points, les autres formés de petits quarrés bai-bruns. La Volute du Nº. 12, & celle du Nº. 15 se voyent par dessous.

Nº. 16 & 17. Ces deux dernières Volutes n'appartiennent point à l'Espece de celles qui sont ici gravées, mais à l'Espece des Volutes représentées dans la Planche précédente aux Nº. 8. 9. 10 & 11. Elles sont de couleur fauve & rouffâtre, mélangée de blanc par plaques, & vergettée par dessus de rayes qui décourrent en forme de rayons. Leur pointe supérieure obtuse est joliment nuée de taches & de couleurs. La Volute du Nº. 17 a la spirale extérieure de sa base ridée de rayes.

PLANCHE QUARANTE-SIXIEME.

Neuvieme Section.

Ici sont représentées des Pyramides ou des Volutes à réseau, tant des Indes Orientales qu'Occidentales, de différente grandeur, madrure, couleurs, les unes à bandes régulières, & les autres sans bandes.

Nº. 1. Grosse Volute de figure informe, & irrégulière, à fond d'un brun obscur, cerclée sur les côtés de rayures inégales, & marquetée de taches blanches de différente figure, angulaire, quarrée, ovale. Rumphius appelle cette Volute *Corne de Cerf*, quoy

L1

Rumphio Cordiformis vocata, ut ut cum corde vix quidquam commune habeat; Listero dicta Pyramidalis reticulata, nomine paulo aptiore; quum reticulatus quodammodo heic detur apparatus, quamvis internodia reticuli paulo rudius delineata sint.

Num. 2. Eadem subtus conspicua.

Num. 3. Ejusdem hæc est generis, sed elegantior, lateribus æqualibus constructa, ex flavo Arantii coloris, maculis albis, inæqualibus, minoribus, majoribus, distincta, in Pyramidem convoluta, apice parvo, acuto, in media basi extante, quo gyri planiusculi finiuntur.

Num. 4. Eadem supina.

Num. 5. Cylindrus pyramidalis fasciatus, hujusce speciei Princeps, quam rarissimus, & prorsus singularis, ab harum rerum Curiosis vocatus *Prothalassiarachus* in hoc genere; siquidem genus fere quodlibet Ostracoderm^{ov} suo gaudeat præfecto, qui pulchritudine & magnifico picturæ apparatu reliquis omnibus multum antecellit. Pateat hinc infinita iterum summi Creatoris sapientia, mirusque ordo in omnibus Ejus operibus conspiciendus. Inter Volutas ex albo maculatas quoque refertur hoc specimen. Superficies ejus saturate fusca subtus pellucens monstrat ruffum colorem, quo super maculæ albæ, in fascias veluti ordinatæ, depinguntur. Ad apicem supremum turbinatum gyri denticulis quasi fimbriati sunt.

Num. 6. Subtus conspicuus.

Num. 7 & 8. Eandem hi ad speciem pertinent, alter pronus, alter supinus, inter se discrepantes, quod maculæ albæ in posteriore plures & densiores inter se conglomeratæ sint.

Num. 9 & 10. Tertia species *Prothalassiarachi*, supra & subtus representata.

Num. 11 & 12. Quarta species ejusdem.

Num. 13—19. Minores sunt species, proxime post primam majorem speciem Num. 1 & 3 reponendæ, colore & albis maculis fere convenientes.

Num. 20 & 21. Summum heic *Thalassiarachum* hujusce generis exhibeo, qui inusitatae elegantiae apparatu, & versicolore pictura reliquis omnibus longe excellentior, venustis fasciis albis, quasi fimbriatis, minutisque rotundis oblongisque punctis, striisque rubentibus, veluti intertextis, circulatus, cæterum ex olivino & luteo perfundatus, & maculis albis, rubrisque lineolis desuper tanquam acu pictus est. Apex supremus itidem insolita pulchritudine marmoris in modum variegatus & exornatus est. Ad Num. 21 idem subtus conspiciendus datur.

Num. 22 & 23. Hæc quoque huc pertinens est species, sed minor & minus pretiosa; alba fascia, ex rubro guttata, superbiens: cæterum varietate colorum priori majori similis. Sub Num. 23 eadem subtus conspicitur.

Num. 24 & 25. Prior prona, posterior supina est, utraque præcedentibus ordine & valore proxima, pariter fasciata, & fundo super dilute luteo saturate fuscis, oblongis, vermicularibus, incurvis striis punctisque magnis, parvis, ornata.

Num. 26—29. Ejusdem & hæc cum prioribus sunt speciei, subtus & supra representatæ, in quibus colorum picturæque varietas mirifica elucescit.

T A B U L A

quoiqu'il n'y ait aucune ressemblance de l'une avec l'autre. Lister la nomme plus justement *Pyramide à réseau*; car elle est effectivement ouvragée d'une espece de réseau, dont les mailles seroient marquées grossièrement.

Nº. 2. La même Volute vue par dessous.

Nº. 3. Autre Volute du même Genre, mais plus belle, à fond d'un jaune-orangé. Elle a les côtés égaux, & est par-tout madrée de taches blanches grandes & petites. Ses spirales se terminent en s'aplatissant par une pointe courte & aiguë.

Nº. 4. La même Volute présentée par dessous.

Nº. 5. Pyramide à bandes, la plus rare, la plus singulière, & la principale de cette Espece, d'où vient que les Amateurs Hollandois la nomment *l'Amirale*; car chaque Genre de Coquille a pour ainsi dire son Chef, qui l'emporte de beaucoup sur toutes les autres de sa sorte par la magnificence de ses ornemens. C'est encore ici que brille la sagesse infinie du Créateur, & l'ordre merveilleux qui se trouve dans tous ses ouvrages. Cette Volute appartient aussi à la Classe de celles qui sont mdrées de blanc. Sa surface est d'un brun obscur, sous lequel éclate un beau roux, sursemé de taches blanches arrangées en forme de bandes circulaires. Les convolutions de sa spirale sont découpées dans les bords en maniere de dentelure.

Nº. 6. La même, vuë par dessous.

Nº. 7 & 8. Volutes appartenant à la même Espece. L'une se voit par dessus, & l'autre par dessous; elles ne different qu'en ce que les taches blanches de la dernière sont plus nombreuses, plus ramassées, & plus serrées.

Nº. 9 & 10. Troisième Espece d'*Amirale*, représentée par dessus & par dessous.

Nº. 11 & 12. Quatrième Espece.

Nº. 13—19. Ce sont d'autres petites Especes, assez ressemblantes de couleur & de madrure. Il faut les ranger d'abord après la grande Volute ainsi nommée, qui est dépeinte sous les Nº. 1 & 3.

Nº. 20 & 21. Voici présentement la Volute qu'on appelle *la Grande Amirale* de ce Genre-ci, qui est effectivement beaucoup supérieure à toutes les autres par la diversité de ses couleurs, & la beauté de son tacheté. Cette Volute est ceinte, ici de charmantes bandelettes blanches qui paroissent comme effrangées, là de cordons formés de petits points allongés ou arrondis, que des rayures rouges semblent entrecouper. Son fond est mêlé de jaune & d'olivâtre, relevé comme en maniere de broderie par des taches blanches & de petites rayes rouges. Sa pointe supérieure est décorée singulièrement d'une belle marbrure de taches. Le Nº. 21 représente cette Volute par dessous.

Nº. 22 & 23. Cette Volute est de la même Espece, mais elle est plus petite, moins précieuse, d'ailleurs magnifique par sa bande circulaire blanche pointillée de rouge: du reste elle ne cede rien à la précédente pour la variété de ses couleurs. Le Nº. 23 la dépeint par dessous.

Nº. 24 & 25. La première de ces Volutes est présentée par dessus, l'autre par dessous. Toutes deux sont mises au même rang des dernières dont nous venons de parler. Elles sont cerclées de semblables bandes; leur fond d'un jaune-clair est sursemé de taches brunes oblongues, vermiculaires, entrecoupées de rayures courbes, ou d'une grainure de points de différente grosseur.

Nº. 26—29. Enfin les Volutes ici dépeintes par dessus & par dessous, sont encore de la même Espece, & pareillement superbes par l'admirable variété soit de leurs couleurs, soit de leur tacheté.

TABULA QUADRAGESIMA ET SEPTIMA.

Sectio decima.

Num. 1. *Rhombus Cylindricus pyramidalis, reticulatus, clavicula nodosa.*

Genuinus hic est Cylindrus niger, albis maculis variarum figurarum notatus; prout in præcedente Tabula jam descripsimus & repræsentavimus.

Num. 2. Rhombus flavus, ejusdem ac prior speciei, at colore discrepans. Testa enim ex citrino flavo perfundata maculas monstrat albas, quasi subtus transparentes, corda veluti animantium minorum, minus tamen distincte, referentes: unde & Authorum nonnullis *Voluta Cordiformis* audit. Rarius est, quod heic exhibeo, specimen, tum ratione coloris, tum capituli ratione, cujus gyri omnes supra dentati sunt, apice longo in medio prominente: uti postmodum hac eadem in Tabula in Rhombis coronalibus manifestum fiet.

Num. 3. Ejusdem speciei minor alius, Arantio flavus, ex albo maculatus.

Num. 4. Eadem de specie alius, late expanso labro, rarius occurrente, donatus; cæterum ex nigro perfundatus, maculis retiformibus albis distinctus: capituli vertex planus est & æquabilis per gyros, medio apice carens.

Num. 5. Bini alii minores ejusdem speciei, obscure fusci, albis maculis, in latas veluti fascias dispositis, distincti, longo alter apice dentato, inter gyros medio, gaudens, alter planus, apice carens.

Num. 6. Thalassiarthus minor hujus ejusdem speciei, spadiceus, fasciis albis; ex dilute spadiceo variegatis, obvolutus, cujus in priore Tabula jam meminimus.

Num. 7. Alia Volutarum species, saturate fuscis & dilute cærulescentibus nubeculis notata, capite in apicem coeunte, atque per gyros ex rubro variegato.

Num. 8. *Voluta Cordiformis*, alba, lævigata, ad eandem cum priore Num. 2 speciem pertinens. Rudi externo testæ cortice torni ope inde demto superficies lævis est & polita, ut pateat colores tantum reticuli in modum substratæ albedini inductos esse.

Num. 9. Alia hæc similis est *Voluta*, quæ ex se alba lævisque est, apice quoque verticali prominulo donata, subtusque circa angustam claviculam violaceo colore notata. Vulgo vocant hanc speciem *Volutas Memnonitarum*, quia unicolores & læves sunt. Plures hujusce generis nobis suppetunt, at omnes unicolores, pallide albentes, subrufæ, cinereo-luteæ, &c. Omnibus quoque claviculæ extremum ex violaceo tinctum est. Quum igitur singularis nihil in iis occurrat, unum hoc exhibuisse specimen suffecerit.

Num. 10. *Voluta* subfusca, maxima, elegantia vix ulli suo in genere cedens, atque ob picturæ ornatum dignissima quæ conspiciatur. Diluto ea spadiceo veluti tegmine obducta subtus quasi transparentes monstrat maculas albas, partim cordiformes. Unde & *Volutæ* subfuscæ Cordiformes audiunt.

Num. 11 & 12. Binæ sunt ad eandem speciem pertinentes, at ratione magnitudinis suæ angustiores & graciliores, similiter, ac priores, cum quodam tamen discrimine, pictæ.

Num. 13. Minor hæc, ruffula, minutis albis maculis, parvisque funiculis numerosissimis, & punctis albis, margaritas veluti æmulantibus, circulata, inter species elegantissimas merito referenda.

Num. 14.

PLANCHE QUARANTE-SEPTIEME.

Dixieme Section.

Nº. 1. *Volute*, ou Pyramide, marquetée de taches en lozange, & semée de nœuds sur les contours de sa spirale.

C'est ici la véritable *Volute* noire madrée de taches blanches de diverses figures, ainsi que nous l'avons décrite & dépeinte dans la Planche précédente.

Nº. 2. *Volute* jaune de même Espece que la précédente, mais de couleur différente. Cette Coquille est à fond citron, moucheté de taches blanches qui semblent comme transparentes par dessous, & d'une figure un peu approchante de celle du cœur des petits Animaux; ce qui fait que quelques Auteurs l'ont caractérisée par cette forme de sa madrure. La *Volute* que je donne ici pour exemple n'est pas commune, ni pour la couleur, ni pour la rampe de ses spirales à bords dentelés, & finissant en longue pointe au milieu, ainsi que dans les *Volutes* Couronnées que représente cette Planche.

Nº. 3. Seconde *Volute* de même Espece, plus petite, jaune-orangée, & tachetée de blanc.

Nº. 4. Troisième *Volute* semblable, dont une des lèvres se jette fort avant en dehors, ce qu'on rencontre rarement. Son fond est noir, relevé de taches blanches en lozange. Le sommet de sa tête est plat, uni sur les spirales, & sans pointe au milieu.

Nº. 5. Deux autres petites *Volutes* de même Espece, d'un brun-obscur à taches blanches disposées comme en larges bandes. L'une des deux a les bords de ses spirales dentelés & finit en longue pointe. L'autre a sa rampe aplatie sans pointe.

Nº. 6. *Volute* qu'on nomme la *petite Amirale*, de même Espe-

ce, & dont nous avons déjà dit un mot dans la description de la Planche précédente. Elle est chatain, à bandes annulaires blanches mêlées de bai-clair.

Nº. 7. Autre Espece de *Volute*, ombrée de taches d'un bleu-pale & d'un brun-obscur en forme de nuages. Sa rampe finit en pointe & a ses spirales jaspées de rouge.

Nº. 8. *Volute* faite en cœur, toute lissée de blanc, elle appartient à l'Espece décrite au Nº. 2. Quand on a ôté par le moyen d'un Tour l'écaille extérieure de la coquille, sa surface paroît lisse & polie, pour montrer que ses couleurs ne sont marquées en forme de réseau que sur la blancheur de la coque.

Nº. 9. Autre *Volute* semblable, naturellement lisse & blanche, à pointe aiguë au sommet de la rampe, & violette à l'autre extrémité. Les Hollandois nomment ordinairement cette Espece de *Volute*, *La Volute des Mennonites*, parce qu'elle est lisse, unie, d'une seule couleur. Nous avons plusieurs Especies de ce Genre de Coquille, toutes d'une seule couleur, ou d'un blanc pâle, ou roussâtres, ou cendrées-jaunes &c. avec l'extrémité opposée à la rampe peinte de violet. Puis donc qu'elles n'ont rien d'ailleurs de particulier, ce seul exemple peut suffire ici.

Nº. 10. *Volute* d'un brun-clair, grande, ne le cedant en beauté à aucune autre de son Genre, & méritant bien d'être vue à cause de ses ornemens. Le fond chatain de cette coquille est relevé de taches blanches faites comme en façon de cœur.

Nº. 11 & 12. Deux *Volutes* de la même Espece, mais à raison de leur grandeur plus étroites & plus minces, madrées comme les précédentes, mais avec quelque différence.

Nº. 13. Cette *Volute* de même Espece, mais des plus belles qu'il y ait, est petite, roussâtre, cerclée d'un grand nombre de fins cordons, de petites taches & de points blancs semblables à des perles.

Ll 2

Nº. 14.

Num. 14. Hujusce speciei *Volutas Pannos auro pertextos* vocant; quoniam miro ornatu superbæ, variis veluti coloribus intertextæ, atque acu quasi pictæ sunt. Præ reliquis autem flavæ aurei coloris maculæ omnium elegantissimæ apparent. Cæterum & funiculis denticulatis ambiuntur.

Num. 15. Ejusdem hæc est speciei, sed vel pulchrior etiam, & splendidiore apparatu in lævi testæ superficie exornata, fasciis elegantiori modo elaboratis circumscripta, minutis itidem spadiceis lineolis, tanquam vermiculis, serpentino more crispatis, sufferta, ex flavescente rubro, sive flammeo perfundata, prorumpentibus inde numerosissimis maculis, albis, variæ magnitudinis, flammæ in modum, aut in speciem cordium animalium minorum, conformatis. Jure hujusce generis *Thalassiarum* vocaveris.

Num. 16. Et hæc ad eandem pertinens speciem, inusitato ornatu picta, denticulatis veluti vestitur fimbriis, crebro cylindrulorum apparatu distinctis. Basis arantio flavi est coloris, maculis, albis, saturate fuscis, aliorumque colorum, variegata.

Num. 17. Eadem subtus conspicua, qua haud minus elegante apparatu superbit.

Num. 18, 19, 20, 21. Rhombi coronales, ex Indiis Orientalibus, quam pulcherrimi, atque ex Cylindrulorum genere sane præstantissimi. Eorum pauci nostras in oras deferuntur, quia & rari sunt & cari.

Prior, vere Regius, ornamentis affluit: caput ejus magnis in ambitu dentibus obsitum est, ultra gyros prominulis, & quo apici medio magis appropinquant, eo minoribus, diadema regium veluti repræsentantibus. Corpus pulcherrimis fasciis latioribus, funiculis, tæniis, variorum colorum elegantiorum mixtura splendidissimis, distinguitur.

Alter Num. 19, subtus conspicuus, major, supra modum multiplicibus atque venustissimis latioribus fasciis iterum, funiculis, tæniis, subtilibusque lineolis, capillaribus, versicoloribus, ambitur. Dentibus coronam constituentes heic, quam in priore, magis adhuc distincti sunt. Clavicula superius circa caput arcte constricta est, infra vero dehiscit. Et hunc merito Principem vel *Thalassiarum* inter Rhombos coronales vocaveris.

Tertius Num. 20 quoque eleganter, at diversimode tamen, pictus est: pluribus enim maculis albis, tanquam nubeculis, gaudet.

Quartus denique, minor, apice obtusiore, paucisque per gyros dentibus præditus, binis latioribus fasciis, oblongisque striis tenuibus, in ambitu, exornatur.

Num. 22 & 23. Rhombi Cylindro-pyramidales, marmoris in modum eleganter variegati, extremo capitali in acumen exurgente donati, ex albo perfundati, atque desuper ex saturate & pallide fusco ita variegati, ut multam speculandi præbeant materiem. *Nubeculis* dictis sunt adfines, de quibus ante jam egimus.

Num. 24. Spuria hæc est *Cochlea denticulata*, ex Arantio flavo nubilata, tribus, minus distinctis, fasciis super fundo, porcellani instar vasis, albido & lævi, cincta; inferius filamentosis quasi funiculis circumdata.

Num. 25. *Voluta* elegantissime picta, ex Mari Mediterraneo, ex albo perfundata, Aurantii vero coloris maculis, cylindrulis, & punctis, regularem in modum circumscripta.

Num. 26 & 27. Et hæc binæ sunt *Volutæ* ex Mari Mediterraneo, minores, perpulchræ; altera spadicea, albis & dilute caruleis serpentinis maculis variegata, tenuibusque veluti pilis circumdata: altera alba, ex dilute fusco nubilata, & punctis densissime annulata.

Num. 28

Nº. 14. Voici des *Volutes* qu'on nomme *Drap d'or*, superbes par leurs ornemens, nuées de diverses couleurs, & comme relevées en broderie. Elles brillent sur toutes les autres par leurs belles taches d'un jaune doré. Du reste elles sont cerclées de bandes annulaires, ornées de dentelure.

Nº. 15. Autre *Drap d'or*, encore plus magnifique par ses ornemens que celui qui précède. Il est ceint de bandes faites avec un grand artifice, accompagnées de petites rayures chatain qui vont en serpentant sur un fond d'un jaune rouge ou couleur de feu, semé d'ailleurs de quantité de taches blanches grandes & petites, les unes faites en flammes, & les autres découpées en forme de cœur. En un mot, on peut avec raison nommer cette *Volute* l'Amirale de son Genre.

Nº. 16. Troisième *Drap d'or*, remarquable aussi par sa magnificence; ses taches cylindriques sont entrecoupées par plusieurs rayes découpées en frange. Sa base orangée est madrée de taches blanches, brunes, & d'autres couleurs.

Nº. 17. Le même, vu par le dessous qui n'est pas moins superbe.

Nº. 18. 19. 20. 21. *Volutes* à Couronne, ou *Volutes Mitrées*, des Indes Orientales, les plus belles qu'on connoisse dans leur Genre. On en voit peu dans les Cabinets, à cause de leur rareté & de leur prix.

La première est d'une parure royale, pour ainsi dire. La tête est ornée dans tout le contour des bords, d'une dentelure qui passe au delà des spirales de la rampe, & qui devient plus petite en approchant du sommet; le corps est ceint de charmantes bandes, bandelettes, cordons, nués magnifiquement d'un mélange de diverses couleurs des plus riches.

La seconde *Volute Mitrée* du Nº. 19. qu'on voit par dessous, est plus grande, toute cerclée de très-belles bandes, larges, étroites, de cordons, de rayes fines menues, peintes de diverses cou-

leurs. La denture de la Couronne est encore ici marquée plus distinctement que dans la précédente. Les spirales de la rampe sont pressées & fort serrées. La pointe du bout opposé est considérablement entrouverte. En un mot, cette *Volute* mérite le premier rang dans son Genre.

Cette troisième *Volute* à Couronne, gravée au Nº. 20, est semblablement brillante par la variété de ses bandes & de ses couleurs. Sa madrure est formée par des taches blanches, faites comme en figure de nuage.

Enfin la *Volute* à Couronne du Nº. 21, est ornée de deux larges bandes annulaires, avec de petites rayes coupées çà & là sur toute sa surface. Son sommet est assez applati, & ses spirales n'ont qu'un petit nombre de dents aux bouts des bords.

Nº. 22 & 23. Pyramides joliment marbrées, & dont la tête s'éleve insensiblement en pointe. Elles sont à fond blanc, si curieusement nué de madrure d'un brun sombre & clair, qu'on ne peut se lasser de les considérer. Ces deux Pyramides approchent de celles qui sont tachetées en façon de nuage, & dont nous avons parlé ci-dessus fort au long.

Nº. 24. *Volute* bâtarde dentelée, à madrure orangée en nuage, ceinte comme de trois bandelettes mais mal marquées, sur un fond lisse & d'un blanc de Porcelaine. Sa partie inférieure est cerclée de quelques rayes ou filets fort menus.

Nº. 25. *Volute* de la Méditerranée à fond blanc, sursemé dans son contour de jolies petites taches cylindriques, & de points orangés, par-tout artistement disposés dans un ordre régulier.

Nº. 26 & 27. Deux autres *Volutes* de la Méditerranée, petites & belles. L'une est à fond chatain, jaspé de taches bleues & blanches qui vont en serpentant, & cerclé de rayes aussi fines que des poils. L'autre est à fond blanc, ombré çà & là de taches d'un brun-clair, & picoté de points sur toute sa surface.

Nº. 28

Num. 28 & 29. Binæ Volutæ minores, albæ, magnis maculis & cylindrulis, saturate fuscis, regulariter inter se mutuo concatenatis, & in fascias veluti digestis, circumscriptæ, ex America Hispanorum oriundæ.

Num. 30 & 31. Ambo hi Cylindruli sunt rarissimi, saturate fusci, binis fasciis albis, altera caput, quæ gyri sunt, altera inferiorem corporis partem ambiente, ornati. Lineolæ desuper albæ, vermiculares, serpentino more sursum deorsumque in iis feruntur. Caput turbinatum quam venustissime, marmoris in modum, variegatur. America Hispanorum eos profert.

TABULA QUADRAGESIMA ET OCTAVA.

Seçtio undecima.

Septem supra quadraginta heic æri incisæ exhibemus Volutas exquisitissimas, & primi ordinis; cujusmodi collectionem adeo locupletem vix in ullius harumce rerum Curiosæ Museo repertum iri crediderim. In genere Volutarum ineffabiles dantur tam picturæ quam colorum ratione varietates. Speciei cuilibet peculiare suum dare nomen, & singulas sua pro dignitate in ordinem redigere, immensæ esset laboris, atque instituti nostri limites excederet. Sunt tamen, hac in re glaciem qui fregerunt; hisque placuit amplissimum hoc genus generali Volutarum nomine insignire, & species ipsis cognitæ pro eximio cujusvis ornatu, & splendida pictura, qua a summo rerum omnium Conditore condecoratæ sunt, singularibus cognominibus distinguere. Horum igitur exemplum nos quoque lubentes sequemur.

Num. 1, 2 & 3. Tres heic ex elegantissimis atque exquisitissimis Volutarum speciebus sistuntur, quæ Volutæ Guineenses adpellantur. Prima quidem maxima est & pulcherrima; binæ tamen aliæ suis quoque gaudent ornamentis. Ex dilute ruffulo quam venustissime elaboratæ, fasciis ambiuntur varia colorum excellentium mistura pertextis, non gyros solum capitis, sed & universum corpus ornantibus, quæ aliquo modo inter se discrepant, quousque corpus ipsum cingunt. Cæterum pyramidales sunt hæ Cochleæ, antèrè lator, postica parte acute desinentes.

Num. 4. Thalassiarçhæ heic sistimus, sive primi ordinis specimen Volutarum, omnibus numeris absolutum, & magnificentissima pictura superbum. Voluta hæc quatuor gaudet fasciis, flavis, quarum latissima humeros quasi mox sub capite ambit; hanc altera excipit angustior, binæque dein paulo latiores sequuntur: inter has tamen aliæ plures tæniolæ, itidem eleganter elaboratæ, decurrentes conspiciuntur; itidemque permultæ maculæ majores, minores, albæ, cordiformes, è substrato colore saturate spadiceo, perpulchro & splendente, emicant. Haud aliud tamen heic insignius datur ornamentum, quam quod fasciis flavis fundus albidus sit substratus, quo super flavæ fasciæ, reticuli quasi in modum, circulos suos absolvunt; ita ut microscopio quam manifestissime pateat, sub iis quasi delitescere albicantes nassulas, oculo nudo haud conspicuas. Gyri in extremo capitali paululum prominuli, & veluti ferrati sunt, jucundumque in modum variegati.

Num. 5. Thalassiarçhus alter, nonnihil pallidius fuscus, fasciis tribus, flavis, cinctus, quarum latissima est quæ caput circumdat, inferiores binæ aliquanto angustiores sunt. Cæterum maculis albis admodum numerosis quasi confita est superficies. Quis credat horumce Thalassiarçhorum quemlibet 120 ad 150 florenorum pretio a peritis & curiosis æstimari?

Num. 6.

Nº. 28 & 29. Deux petites Volutes, de l'Amérique Espagnole, blanches, décorées de taches cylindriques d'un brun-sombre, jointes plusieurs ensemble comme par chaînons, & formant comme des bandes circulaires.

Nº. 30 & 31. Deux autres petites Volutes très-rares, semblablement de l'Amérique Espagnole, brunes-obscur, ceintes de deux bandelettes blanches, l'une à la tête où sont les spirales, & l'autre au bout opposé. Elles sont par dessus marquées de petites rayures blanches vermiculaires, qui décourrent en haut & en bas. Leur tête faite en sabot est très-joliment marbrée.

PLANCHE QUARANTE-HUITIEME.

Onzieme Seçtion.

Nous représentons dans cette Planche quarante-sept Volutes, du premier rang, des plus curieuses, & de la Classe de celles qu'on surnomme *Amirales* à cause de leur singulière beauté; peut-être ne trouvera-on pas ailleurs dans aucun Cabinet une pareille Collection. On ne sauroit bien exprimer la variété de couleurs & de madrures qui se rencontre dans le Genre des Volutes: donner à chacune son nom propre, les ranger toutes en ordre suivant leur rang, demanderoit un travail immense, & qui passe les bornes que nous nous sommes proposées dans cet Ouvrage. Il y a cependant déjà quelques personnes qui ont ici rompu la glace; ils ont commencé par donner à ce vaste Genre de Coquilles le nom général de *Volutes*; & ensuite ils ont distingué par des noms particuliers toutes les Espèces qu'ils ont connues, selon la diversité & la richesse des ornemens dont chaque Espèce est décorée: nous suivrons donc ici volontiers leur exemple.

Tom. III.

Nº. 12. La même vue par le dessous, qui est d'une couleur pâle. Ici ses fleurs étoilées étant ratifiées, on peut mieux connoître à quelle Espece se rapporte cette Coquille. Il ne faut pas douter que depuis peut-être des centaines d'années elle n'ait été jettée & roulée sur la vase du rivage par les flots de la mer. Il est également vraisemblable que les rayons du soleil ont en partie contribué à former ces étoiles marquées sur la surface de cette belle Coquille. Au reste elle n'est pas de mon Cabinet, mais M^r. le Professeur Sellius qui la possède, a eu la bonté de me la prêter pour en donner la Figure dans cet Ouvrage.

Nº. 13. Coquille de *Vénus* qu'on appelle communément *La Navette de Tisserand*, parce qu'elle lui ressemble assez de figure. Elle a effectivement l'hélice longue, fermée à l'une des extrémités, & ouverte à l'autre; le milieu du corps gros & arrondi; la lèvre dentelée, large, longue, recourbée, ce qu'on dit être un indice du Sexe Masculin. Son fond sur le corps est cendré-jaune, mais la pointe de sa tête est rouge-pâle.

Nº. 14. Autre *Navette de Tisserand*, à coque beaucoup plus mince, & dont la lèvre est unie, sans denture, d'où l'on juge que c'est une *Femelle* dans son Espece. Elle est rare & chère.

Nº. 15 & 16. Les deux précédentes Coquilles vues par dessous.

Nº. 17. *Porcelaines blanches, ou Petites Conques de Vénus blanches & pointues sur le dos.*

Nous représentons sous ce même Nº. trois *Porcelaines* blanches de même Espece. Elles ont le dos pointu, élevé, & barré d'une grosse côte transversale. Toute leur surface est blanche & luisante. La pointe de la tête est plus courte & plus obtuse que l'autre

Extremum capitale brevius & crassius est, quam alterum: utrumque autem granulo quodam pollet orbiculari, pallide albo, quod, margaritæ instar, circulo est inclusum. Testa earum simplici constat gyro, cujus fines, malini instar floris, dilute rubescunt. Juxta has aliæ adhuc tres species Trochis adfines, quas Globulos marinos vocant, collocatæ sunt.

Num. 18. Novem heic alias repræsentamus Porcellanas albissimas, quæ Listero Conchæ utroque latere se colligentes vocantur. Gibbere carent, at costa tereti extuberante, transversim dorso adcreta, gaudent. Supra & subtus heic conspici possunt. Vocantur etiam *Oscula*, quia hiatu instructæ sunt os referente, quem bina labia æqualia stipant.

Num. 19. Variæ Porcellanarum minorum sive Concharum Veneris species, multivariis gaudentes coloribus & picturis, partim vulgares, partim rariores. Ita pateant naturæ miracula.

Num. 20. Octodecim specimina majora Concharum Veneris sive Porcellanarum majorum, quæ specie, colore, pictura variæ sunt. Omnes has & singulas prolixè & accurate describere vix per vires nostras licet: quare sufficiat earum dedisse icones.

Num. 21. Alvearia dicta, vel Apiaria variarum specierum, juxta se mutuo disposita, supra & subtus conspicua. Sunt autem parva duntaxat Buccina, quæ Apiariorum, vel & Infantum fasciis involutorum formam gerunt, hincque ab aliis etiam *Cunæ* vocantur. Longissima gyris gaudent decem circumeuntibus, qui, ut apiaria, firmiter inter se mutuo implexi sunt. Exiguo patent foramine orbiculari, intra quod reconditus degit Limax incola. Præterea simul heic juxta repræsentamus nigras quasdam conchas, tuberosas, Æthiopes dictas, ad Buccina pertinentes, tuberculis magnis, parvis, nigris, splendidis, fasciarum in morem digestis, cinctas.

Num. 22. Globuli marini, sive Nussatellanae granulatae, quæ sunt minores Veneris Conchæ, granis asperæ, dorso alto & obtuso præditæ, albissimæ, cinereo-flavæ, & purpureæ. Earum aliæ pronæ aliæ supinæ exhibentur. Subtus dentatæ sunt & striatæ, supra ex albo granulatae, margaritis quasi confitæ, striatæ, aut & læves, variisque figuris pictis ornatae. Aliæ super dorso profundum gerunt sulcum, aliæ æquales sunt. Pertinent huc etiam Ursulæ dictæ, & Pediculi, qui omnium minimi sunt. Ex Amboinæ insula, quæ Nussatello vocatur, proveniunt, & inde nomen habent.

Num. 23. *Rhombi parvi, dentati, & muricati.*

Ab utraque parte eos heic depictos sisto. Sunt tuberibus albis inæquales, & ex obscure fusco variegati. Præterea altis gaudent costis, quæ fasciis veluti pallido margaritarum albore conspicuis circulantur. Raræ admodum species sunt, quas heic exhibeo, nec frequenter inveniuntur. Pumilionum vero instar nunquam majores evadunt.

TABULA QUINQUAGESIMA ET SEXTA.

Sectio nona & decima.

De Buccinis. Vid: Listerus.

Buccina variis plerumque distinguuntur cognominibus, quæ a Cornibus, Tibiis, aliisque instrumentis musicis desumpta sunt, prout nimirum varia gaudent forma & spiris, variosque excitant sonos; si quando arte

l'autre pointe; toutes les deux se terminent par un bouton orbiculaire, blanchâtre, ressemblant à une perle, & comme enchaîné dans un creux rond: leur coquille n'est contournée qu'en une seule hélice, dont les extrémités sont incarnates. Auprès de ces trois Porcelaines, on a dépeint trois autres Turbinites qu'on appelle en François *Petits Boutons*.

Nº. 18. Ici sont représentées dessus & dessous neuf autres Porcelaines blanches, que Lister caractérise par le nom de Conques de Vénus dont les deux côtés sont ramassés. Leur dos n'est point bossu, mais relevé par une côte ronde, transversale. On appelle autrement en François ces Coquilles *Petites Bouches*, parce que leur ouverture bordée de deux lèvres égales imite la forme d'une bouche.

Nº. 19. Diverses Especes de Petites Porcelaines, ou Coquilles de Vénus, les unes communes, les autres rares, toutes marquées de couleurs & de madure différente: variétés merveilleuses de la Nature!

Nº. 20. Voici présentement la représentation de dix-huit Grandes Porcelaines, ou Grandes Coquilles de Vénus, différentes néanmoins en Espece, en couleurs, & en tacheté; mais comme il nous seroit assez difficile de les décrire toutes ou séparément avec quelque exactitude & quelque étendue, nous ne l'entreprendrons point.

Nº. 21. Petits Buccins ou Cornets de différentes Especes, rangés les uns à côté des autres, vus par dessus & par dessous, ayant la figure de Ruches, ou d'Enfans enmaillottés, ce qui fait qu'on les appelle aussi *Ruches*, & *Berceaux*. Ce sont de longues Coquilles à dix convolutions en spirale, jointes & liées les unes aux autres de la manière que sont faites les Ruches. Elles sont percées au bout par un petit trou rond, dans lequel demeure renfermé l'Animal. On voit encore sous ce même Nº. la représentation de certaines Coquilles noires, tuberculeuses, & qu'on appelle *des Moresques*, appartenantes au Genre des Cornets, lesquelles sont garnies de tubercules noirs, luisans, gros & petits, disposés en bandes circulaires.

Tom. III.

Nº. 21. *Petits Boutons blancs, ou Petites Conques de Vénus de Nussatello granulées.* Elles viennent & tirent leur nom de Nussatello, située au couchant de l'Isle d'Amboine. Ce sont de petites Coquilles de Vénus, granulées, ou surchargées de petits grains, ayant le dos élevé & obtus, les unes très-blanches, les autres cendrées-jaunes, & les autres pourpres. Elles sont par dessous dentelées & cannelées, par dessus chagrinées de points blancs, & comme sursemées de petites perles; il y en a de striées, d'autres lisses; enfin elles sont toutes colorées & tachetées diversément. Quelques-unes sont unies sur le dos, & quelques autres sont enrayées d'une profonde cannelure. L'on rapporte à ce même Genre de Coquilles, celles qu'on appelle, *Ourfines* & *Poux*, en Latin *Ursulæ*, & *Pediculi*.

Nº. 23. *Petites Cylindriques, dentelées & hérissées de pointes.*

On les a ici dépeintes par dessus & par dessous. Elles sont à fond d'un brun-obscur, chargé de tubercules blancs, & relevé de côtes blanches, que cerclent des bandes d'un blanc de perle. Ces Especes de Coquilles se voyent rarement, & semblables aux Nains, elles ne deviennent jamais plus grandes.

PLANCHE CINQUANTE - SIXIEME.

Dix-Neuvieme Section.

Des Cornets. Voyez Lister.

Les *Buccins*, autrement connus sous les noms de *Trompettes*, de *Cors*, de *Cornets*, sont ordinairement distingués les uns des autres par des épithetes qu'on y ajoute & qu'on emprunte de divers instrumens de Musique, suivant leur diverse figure, leurs convolutions,

arte ad usus musicos adaptantur. Rumphius generali ea nomine *Stromborum* insignit, qui rursus peculiaribus singuli denominationibus inter se distinguuntur. Quantum ad omnes hæc, quæ maximam partem rariores sunt & minus vulgares, species Cochlearum pennatarum, subularum, Buccinorum scalarium, turbinatorum, tympanatôn, Tygrinorum, tuberosorum, gyratorum, circumvolutorum, profunde sulcatorum, aliorumque majorum & minorum Stromborum; largissimo sane numero eas heic secundum nativa exempla æri incisas exhibemus, spe freti, fore ut harumce rerum Curiosus ita satisfactum sit.

Fateor carpere heic quempiam posse dicendo, quod dolendum sit, tot elegantissima specimina tam angusto spatio includi, & arte adeo juxta se mutuo reponi. Verum veniam is dabit facilem, si consideraverit, haud fieri hoc a nobis, ut chartæ parcat, aut Emtori damnum inferatur: cum contra loco quinque aut decem, quibus alii totam replent Tabulam, quinquaginta, sexaginta, pluresque etiam unica in Tabula species, manente pretio eodem, ipsi offeramus. Scilicet instructissimum est hujusmodi rebus nostrum museum, tantoque redundat specierum numero, ut vel multas adhuc debeamus intactas relinquere, ne Tomus hic Operis nostri ultra justam magnitudinem excreseat. Hæc ratio est, ob quam compendio uti teneamur.

Num. 1. Buccini heic rarissimam quandam atque elegantissimam sistimus speciem, clavicula donatam longa, gracili, bilingui, circa extremum acuminatum arte connivente. Labium adest late fimbriatum, extrorsum dentatum. Gyrus prior, maximus, crassus est lateque expansus: reliqui undecim gyri in acutissimum terminantur apicem. Superficies ejus undequaque simplex est & lævis. Gyri arte contorti sunt, & dilute cinereo flavi; circa sulcos tamen colore Arantio conspicui.

Num. 2. Aliud ejusdem speciei Buccinum, at multo angustius & longius exporrectum, quindecim præditum gyris circumeuntibus, qui circa extremum capitale in acutissimum apicem desinunt. Clavicula itidem longior est, & acutissime terminatur. Labium pariter quam profundissime ferratum sive acutis dentibus distinctum est.

Num. 3. Aliud ejusdem speciei, priori per omnia simile, nisi quod labium huic sit læve, nec dentibus ramosis inæquale. Supinum id heic depictum est, ut longa ejus conspiciatur clavicula, bilinguis, in rostrum Gallinaginis veluti exiens.

Num. 4. Strombi longioris, primi, sive Subulæ dictæ Skeleton, vel potius convolutiones denudatæ. Scilicet Strombum heic quendam maximum, crassissimum & ponderosissimum, hincque in suo genere primum sistimus, cujus volumina interiora circumambiente testa, non sine multo labore, dextere denudavimus; ut sic compareat, quomodo parietes interni crassi & validi circum scapum medium, qui pariter pro ratione parietum crassus & robustus est, sese contorqueant, scalasque veluti cochlides forment, infra ad ostium latas, paulatim versus superiora angustiores, in acutum denique apicem coeuntes, juxta quas animal intus habitans adscendit & descendit. Omnes Conchæ convolutæ, breves vel longæ, peculiari qualibet ductu interne gyranur, ut suo singulæ animalculo aptum præbere queant domicilium, in quod id se per gradus recipiat, & è quo exeat pro lubitu. Cernite atque discite hinc summi Creatoris miracula, in omnibus Ejus operibus conspicua! Quis immensam hanc sapientiæ abyssum exhauriat? Animans quodlibet, illudque minimum æque ac maximum, eum in finem creatum est, ut usum præstet Homini eumque erudiat, quo is meditando super his sese exerceat suoque iterum proximo sic inserviat. Nonne Sacræ Literæ Hominem ad Animantia ablegant? Imo vel ad minutissimas Formicas.

Num. 5. Minor hæc est Subula, at ejusdem speciei, in formam Scalarum Cochlidum redacta, in qua omnia animalculo incolæ proportionata comparent.

Num. 6.

lutions, & les sons differens qu'ils produisent quand par art on les employe pour l'usage de la Musique. Rumphius les a caracterisé en Latin du nom général de *Strombi*, Strombes, qui revient à celui d'*Aiguille*, que les François donnent à ce Coquillage; ensuite le même Rumphius les différencie par des dénominations particulieres. Pour satisfaire le gout des Curieux, nous représentons dans cette Planche un vaste nombre d'Espèces, grandes & petites, mais des plus rares & des moins communes qui se rencontrent dans ce Genre de Coquilles, lesquelles Espèces se distinguent par les noms d'Alènes, Cornets à rampe, Cornets turbinés, faits en vis de Tambour, Tigrés, Tuberculeux, Rameux, Cornets à bec ou à oreilles, Contournez en écroue, Formés en hélice, Cannelés, &c.

J'avoue que quelques personnes auront sujet de remarquer ici, qu'il est fâcheux que de si belles pieces se trouvent renfermées dans un si petit espace & d'une manière si pressée; néanmoins ces personnes m'excuseront aisément, s'ils considerent qu'on n'a pas pris ce parti pour épargner le papier, ni faire du tort aux acheteurs, mais au contraire pour leur donner dans une même Planche, & sans qu'il leur en coûte davantage, cinquante, soixante, quelquefois encore un plus grand nombre de représentations de Coquilles, au lieu de cinq ou de dix dont chaque Planche d'autres pareils Ouvrages est communément ornée. De plus notre Cabinet regorge tellement de ce Genre de Curiosités, que pour égaler ce Volume aux autres, nous sommes forcés de supprimer les Figures & la Description de plusieurs Espèces.

Nº. 1. Beau & rare Cornet à longue hélice, menue, fendue en deux parties qui se réunissent vers la pointe. Sa lèvre a les bords larges & est dentelée. Sa première spirale est grande, épaisse, & formant un large contour. Les onze spirales suivantes se terminent en pointe fort aiguë. Sa surface est par-tout lisse & polie. Ses convolutiones sont serrées, & de couleur cen-

dré-jaune, hormis autour des cannelures où elles sont orangées.

Nº. 2. Autre pareil Cornet, mais moins gros & plus long, formant quinze spirales qui vers le sommet de la tête s'amenuisent en une fine pointe. Sa clavette est très-longue, & pointue. Sa lèvre est cochée de profondes dentelures.

Nº. 3. Troisième Cornet tout semblable au précédent, excepté que sa lèvre est unie sans denture. On l'a représenté par dessous pour montrer sa longue hélice fourchue, & finissant comme en bec de Bécasse.

Nº. 4. Squelette du Cornet ou de l'Aiguille connue sous le nom d'*Alène*. C'est-à-dire nous représentons ici une grande Aiguille, très-épaisse, très-pesante, dont l'intérieur a été enlevé adroitement, & non pas sans peine, pour montrer comment ses parois internes fortes & épaisses se contournent autour de l'échiffre ou du noyau de la Coquille, & forment de cette manière les rampes larges au commencement, lesquelles s'étrecissent vers le haut de la Coquille, & viennent se terminer en pointe. C'est le long de cette rampe que monte & descend l'Animal qui habite la Coquille. Toutes les Turbinites, longues & courtes, ont chacune leur rampe contournée différemment dans l'intérieur, & proportionnée à la figure de l'Animal qui s'y retire ou en sort quand il le juge à propos. Voyez & apprenez de là les merveilles éclatantes des Ouvrages du Créateur! c'est un fond de sagesse inépuisable. Tout Animal quelconque a été créé pour l'usage de l'Homme, & pour l'instruire à s'exercer dans cette méditation, afin qu'il devienne à son tour utile aux autres. L'écriture même ne nous renvoie-t-elle pas sur ce sujet à l'exemple des Animaux? ne nous propose-t-elle pas la Fourmi pour modèle?

Nº. 5. Coquille de même Espèce qu'on nomme *Petite Alène*, faite en escalier à vis, mais de façon que tout y paroît proportionné au petit Animal qui y demeure.

Nº. 6.

Num. 6. Hæc ipsa est crassa illa Subula, e qua priores scalæ cochlides erant confectæ; sive species prima Strombi, duodecim lacteis prædita gyris, quorum singuli duabus seriebus striarum veluti cylindricarum, oblongarum, latarum, fuscæ, sensim una cum gyris suis versus extremum capitale diminutarum, distinguitur. Gyri arcte ad se mutuo appressi sunt, lævesque & quasi politæ. Vulgaris est hæc species atque ex Indiis Orientalibus frequenter adfertur.

Num. 7. Altera species. Strombus hic profunde liratus est, duobusque vel tribus annulis, acute prominulis, qui super spiras usque ad extremum capitale excurrunt, præditus. Crassa admodum & ponderosa est hæc Concha, admodum rara, in Mari Mediterraneo reperiunda.

Num. 8. Eadem species supina. Color est dilute cinereus, & glaciæ instar splendens.

Num. 9. Tertia species Strombi dentati, qui, totus pallide albus, duodenos suos gyros omnes superne ferratos sive acutis tuberculis quasi dentatos habet. Os ei parvum est & tenue labium. Extremum capitale gracilissimum est & valde longum.

Num. 10. Ejusdem speciei Strombus, sed minor, & superne conspicuus.

Num. 11. Species quarta, dilute Arantio flava, albis maculis, loco tuberculorum, distincta; unde & Strombus Arantius vocatur.

Num. 12. Species quinta, sive Strombus Tympanotos.

Num. 13—40. Omnivarias hæc Stromborum vel subularum exhibeo species, ex quatuor orbis terræque partium maribus labore multo collectas, quarum singulis peculiare nomen pro varia figura, qua aliis corporibus accedunt, dare cuilibet liberum relinquimus.

Litt. A. Nos hæc duos præterea repræsentamus circulos, in quorum altero adhuc viginti & duæ minores ejusmodi species, sub Litt. A. ostenduntur.

Litt. B, qua minimus notatur circulus, minimas quoque species exhibet, quæ supra modum eleganter & nitide conformatæ, pictæ, gyratæ, striatæ, filamentisque veluti obvolatæ sunt.

Omnes hæc species, minimæ æque ac maximæ, suo quælibet gaudent vivo animalculo, quod in principio ex glutinosa quadam materie feminali, pro differente cujusvis indole varia, plerumque a matre sub forma ovulorum alicubi reposita, calore Solis fota, generatur, vitamque adipiscitur, tenerrima primo & tenuissima tantum gaudens testa ambiente, quæ sensim increfcit, donec ad justam suam magnitudinem & figuram pervenerit. Animalculum, quod in hoc Concharum genere degit, & adolescit, minorum est species Cancellorum, quæ duas gerit forcipes, alteram latam & crassam, alteram minorem: pedes ejus sunt quatuor, exigui, uncinati. Buccina omnia & Strombi, ut variis locis est videre, ejusmodi incolis gaudent.

TABULA QUINQUAGESIMA ET SEPTIMA.

Seçtio vicesima.

De Buccinis Columella dentata agit.

Varias hæc sistimus species Buccinorum marinorum, quæ Musica vocantur, quia notas musicas a natura sibi inscriptas gerunt, Musisque veluti materiem sic præbent artem suam exercendi. Quatuor hæc legitimæ

Nº. 6. Voici la Grosse Alène, mentionnée au Nº. 4, dont l'escalier intérieur avoit été ôté. C'est une Espece d'Aiguille à douze convolutions d'un blanc de lait, fillonnées chacune de deux cannelures brunes, larges, mais qui s'étrécissent insensiblement avec les contours, lesquels du reste sont pressés & lissés. Cette Coquille n'est pas rare, parce qu'on en apporte souvent des Indes Orientales.

Nº. 7. Autre Aiguille profondément fillonnée, & cerclée d'un bout à l'autre sur ses spirales de deux ou trois bandelettes relevées en pointe. Cette Coquille est très-épaisse, pesante, & rare. On l'a prise dans la Méditerranée.

Nº. 8. La même, vue par le dessous qui est cendré-clair, & d'un luisant comme la glace.

Nº. 9. Troisième Aiguille dentelée, toute blanche, à douze convolutions entaillées ou cochées par dessus de tubercules piquans. Sa bouche est petite, & sa lèvre menue. Sa pointe de la tête est fort longue & fort menue.

Nº. 10. Aiguille de même Espece, mais plus petite, vue par dessus.

Nº. 11. Aiguille peinte d'orangé-clair, sursemée de taches blanches au lieu de tubercules. On l'appelle l'Aiguille Orangée.

Nº. 12. Aiguille faite en vis de tambour.

Nº. 13—40. Assemblage de toutes sortes d'Aiguilles ou Alènes, ramassées des quatre coins du monde; nous laissons à quiconque le voudra, la liberté de donner à chacune de ces Coquilles en particulier un nom tiré de leur diverse figure.

Le Cercle ici marqué par la Lettre A, présente vingt-deux autres Especes de semblables Coquilles.

Le petit Cercle désigné par la Lettre B, en renferme aussi diverses, mais plus petites, toutes jolies soit par leur figure, leurs

couleurs, leurs convolutions, leurs cannelures, ou les filets dont elles sont entourées.

Au reste, ces Coquilles de quelque grandeur qu'elles soient renferment chacune leur petit Animal vivant, lequel est d'abord produit d'une matiere féminale glutineuse, différente suivant la nature de l'Animal qui en provient, jettée quelque part par la Mere ordinairement sous la forme de petits œufs, & puis vivifiée par la chaleur du Soleil. La coque qui enveloppe l'Animalcule est dans sa première origine simple, très-mince & très-délicate; ensuite elle s'agrandit & s'épaissit insensiblement, jusqu'à ce qu'elle soit parvenue à la grandeur & à la figure qu'elle doit avoir. L'Animal habitant de ce Genre de Coquille est une Espece de petit Cancre, qui a deux pinces, une grosse, large, l'autre petite, & quatre petits pieds crochus. Il n'y a aucun Cornet ni Aiguille qui ne tienne un pareil locataire dans sa maison.

PLANCHE CINQUANTE-SEPTIEME.

Vingtième Section.

Des Cornets à bec dentelé.

Cette Planche représente diverses Especes de ces Cornets, ou Trompettes qu'on appelle Musiques, Musicales, parce qu'elles sont marquées comme de Notes de Musique, & donnent pour ainsi dire aux Muses un beau sujet d'exercer leur art. On a dépeint

legitimæ hujusce generis species, aliæque spuria simul exhibentur; quarum quælibet venusto ornatu, coloribus, figuris, notisque musicis exaratis, quam pulcherrimam sese offert. Majores quædam, characteribus haud distinctis pictæ species, aliæque plurimæ huc quoque pertinent.

Num. 1. Buccinum Musicum, majus, spurium, ex Arantio flavo perfundatum, obscure fuscis filamentis, admodum perplexis, variegatum. Testa id gaudet crassa, ponderosa; apice in longum exporrecto. Primus inter octo gyros, major, superne profunde plicatus, magnos emittit processus quasi spinosos, atque juxta longitudinem profundis latisque sulcis liratus est.

Num. 2. Idem supinum, clavicula gaudens crassa, tortuosa, infra quam quatuor veluti dentes conspiciuntur.

Num. 3. Priori quoad figuram convenit, at ab eo discrepat ratione picturæ: gaudet enim lata quadam fascia, lineis quasi constante, & notas musicas inscripta, quæ corpus ejus exornat. Dilutiore etiam flavedine perfundatum est, & lineis simplicibus, fuscis, quasi filamentis, obvolutum.

Num. 4. Species spuria, minor, quæ dilute flavo super fundo characteribus quasi obscure fuscis picta est, & circum capitale extremum margaritis veluti taniata, apice gaudens longum protenso, obtuso, leviter crispato.

Num. 5. Eadem supina, labio lato, extrorsum curvato, prædita.

Num. 6. Eadem species, at elegantius picta.

Num. 7. Buccinum Musicum, verum, consuetas lineas notis musicis stipatas ostendens, quæ tamen non æque distinctæ sunt in omnibus speciminibus. Accedunt alia varia ornamenta, & puncta minutissima. Tuberosis itidem, altis, spinosisque gaudet processibus; superne ad gyros profunde sulcatur; ovata est forma, apicemque longum emittit. Ex dilute luteo perfundatum dilute fuscis lineis, & obscure fuscis maculis, distinguitur. Ex America adfertur.

Num. 8. Idem supinum, introrsum dentibus scatens, ore angusto, & labio tenui instructum.

Num. 9—22. Omnia hæc specimina ad idem illud genus pertinent tanquam veræ vel adfines saltem species. Quodlibet eorum, ne minimo quidem excepto, colore & pictura singulari quam elegantissime elaboratum est.

Num. 23. Buccinum oblongum, labiis geminis præditum, crassoque vinculo, labii æmulo, alterum gyrum colligante. Oblongis id præterea striis, fuscis, a superioribus deorsum decurrentibus, ornatum est, crassisque costis undequaque circumdatum. Extremum capitale, longum, acutissime terminatur, & longa clavicula incurvo sinu retrorsum flexa est.

Num. 24. Idem supinum in ore striis rubris & albis pulcherrime distinctum, & dentatum.

Num. †. Buccinum peculiaris speciei, ovatum, læve, haud vulgare, profundo quodam sulco, crasso, circumflexo, superne circa gyros donatum, apice brevi, obtuso, turbinato, desinens, cinereo luteum, ore lato & clavicula brevi præditum. Zandvoordi in nostro litore inter piscandum deprehensum est, haud cognitum aliis, maximaque dignum animadversione.

Num. 25. Voluta exotica, turbinata, cujus e capite apex longus protenditur, lævem in globulum desinens. Passim ex dilute ruffulo flava est, longisque fuscis apiculis veluti obsita, & undulato modo variegata. Gyri superne læves sunt, & liris confertim sulcati.

Num. 26. Eadem supina, lato labio, lævi, ore intus dilute flavo, & confertim dentato, conspicua. Rumphio pag. 112, vocatur Buccinum alatum, Lapponicum, maculosum, & ab eodem in Tab. XXXVII, Num. 3 depingitur. Mihi tamen ex Indiis Orientalibus ab Amico quodam harum rerum peritissimo adlata est.

Num. 27.

ici quatre Especies de *Véritables Musiques* avec plusieurs autres *Bâtarde*. Toutes sont remarquables en particulier par leurs ornemens, leurs couleurs, leurs figures, & les Notes de Musique dont elles sont tachetées. Quelques grandes *Musicales*, & plusieurs autres dont les Notes ne sont pas gravées aussi distinctement, ne laissent pas que d'être mises sous le même Genre.

Nº. 1. Grande Musique Bâtarde, à fond orangé, rayé de filets d'un brun-obscur entortillés ensemble. Cette Coquille est grosse, pesante, à longue hélice. La première & la plus grande de ses huit convolutions, forme divers grands plis, jette comme des pointes épineuses, & sur sa longueur est cannelée de larges & de profondes striures.

Nº. 2. La même dans une position renversée, montrant sa grosse hélice, tortueuse, & cochée intérieurement comme d'une denture de quatre dents.

Nº. 3. Autre Musique de même forme que la précédente, mais autrement peinte. Elle est cerclée d'une large bande, qui semble tissée de plusieurs rayures, & notée de Notes de Musique ainsi que le reste du corps. Son fond est d'un jaune plus clair, à fines rayures brunes.

Nº. 4. Troisième Musique Bâtarde, petite, à fond jaune-pâle marqué d'especies de caracteres embrunis, ceinte d'un cordon de tubercules perlés sur l'extrémité de la tête, & finissant en une longue pointe obtuse, un peu rebouclée.

Nº. 5. La même présentée par dessous, pour montrer sa large lèvre renversée en dehors.

Nº. 6. Semblable Coquille, mais tachetée avec plus de grace.

Nº. 7. Véritable Musique, marquée de lignes qui sont toutes notées, ce qu'on ne rencontre pas aussi distinctement dans plusieurs Coquilles de cette Espece, outre que celle-ci est décorée d'autres ornemens, avec des tictures de très-petits points. Elle jette des appendices épineuses, relevées en bosse, & est profondément sillonnée sur le dessus de ses spirales. Sa figure est ovale,

terminée en une longue pointe. Son fond paillé est vergetté de rayures d'un brun-clair, avec des taches d'un brun-sombre. Cette Coquille vient d'Amerique.

Nº. 8. La même, vue par le dessous qui est intérieurement dentelé. Sa bouche étroite est bordée d'une lèvre mince.

Nº. 9—22. Diverses Musiques du même Genre, qui sont toutes ou *Véritables*, ou qui en approchent le plus. Il n'est aucune de ces Coquilles, sans en excepter même la moindre, qui ne soit distinguée par une madure & des couleurs charmantes.

Nº. 23. Cornet à deux lèvres, dont une des spirales est liée par une forte attache ressemblant à une lèvre. Il est par-tout cerclé de côtes épaisses, & cannelé de striures qui vont de haut en bas. Sa tête finit en grande pointe aiguë; sa longue hélice est sinueuse, & courbée en arriere.

Nº. 24. Le même Cornet présenté par dessous. Sa bouche est ornée d'une dentelure avec de jolies cannelures rouges & blanches.

Nº. †. Cornet d'une Espece particuliere, peu commun, lisse, ovale, cannelé d'un profond fillon tout autour & sur le dessus de ses spirales, lesquelles se terminent en hélice courte & obtuse. Son fond est cendré-jaune. Sa bouche large finit par une petite clavette. Cette Coquille remarquable, & inconnue aux autres Auteurs, a été trouvée par hazard en pêchant à Zandvoort sur nos côtes.

Nº. 25. Volute Exotique, turbinée, dont la tête s'avance en longue pointe terminée par un bouton lisse. Son fond est d'un jaune-roussâtre, tacheté en ondes, & comme sursemé de houppes brunes. Ses spirales sont lisses, & toutes rayées de striures.

Nº. 26. La même Volute vue par dessous. Sa lèvre est large, lisse. Sa bouche intérieurement jaunâtre, & cochée de dentelure ferrée. Rumphius dépeint cette Coquille au Nº. 3 de la Planche XXXVII de son Livre, & il l'appelle p. 112. *le Cornet ailé, & tacheté de Lapponie*. Cependant un Ami très-versé dans ce genre de connoissance me l'a apporté des Indes Orientales.

Nº. 27.

Num. 27. Buccinum fastigiatum fuscum, annulis filamentosis confertim cinctum. Gyri ejus duo, maximi, superne flavo limbo fimbriati sunt, lati, plani, expansi, & profundissime sulcati: gyri minores reliqui, supra costis distincti, longum efficiunt apicem. A postica parte longa datur clavicula colliquiarum æmula.

Num. 28. Idem supinum.

Num. 29. Buccinum fastigiatum, dilute flavum, cujus ruffi gyri crassis elatisque annulis & tuberculibus inæquales sunt; filamenta graciliora, annularia, reliquam superficiem totam exornant. Clavicula longa est, labia late plicata, atque alternatim ex albo & fusco maculantur.

Num. 30. Buccinum fastigiatum, album, prioribus fere simile quoad figuram, sed quaquaversus albicans, latius plicato, & duplici fimbria ornato labio conspicuum.

Num. 31, 32 & 33. Conchas has pronas supinasque exhibemus, duplicatis simplicibusque labiis donatas. Pertinent ad species priores, a quibus tamen forma nonnihil & pictura differunt.

Num. 34. Strombus elegans, sua in specie supra modum magnus, ruffo-flavus, verruculis albis, fasciarum in morem dispositis, cinctus. Idem & supinus heic repræsentatur. In præcedente quadam Tabula minores jam Stromborum species conspiciendas dedimus.

TABULA QUINQUAGESIMA ET OCTAVA.

Sectio prima & vicesima.

Hæc Tabula ultra centum & quinquaginta *Cochleas marinas*, quæ ex quorumcunque fere Cardinum maribus in museum nostrum confluerunt, figuris repræsentat. Ne autem apud nos quasi tenebris sepultæ jacerent; placuit tabellam minorem iis concedere, ut earum icones, secundum ipsam naturam exarata, in usum Curiosorum cum publico communicentur. Confidimus igitur fore, ut minus ingrata sit Lectoribus hæc nostra opera; quandoquidem id Cochlearum genus ob plurimas, quibus pollet, varietates pulcherrimam exhibet speculandi materiem. Quin in stuporem conjicimur cogitantes, quod earum quævis, major minorve sit, peculiari sua fabrica & pictura gaudeat. *Valvata striata*, vel *Cochlea striata*, aut & *Nerita minores* plerumque vocantur; multumque commune habent cum Cochleis terrestribus & fluviatilibus, quas *Alykruik* vocant Belgæ: attamen & ab his discrepant; quum striis eminentioribus sint distinctæ, & testâ crassa præditæ. Earum quædam sunt lunatæ; quibus nimirum intus in oris ambitu dimidius quidam annulus albus datus est, Lunæ dimidiatæ similis, minutis tuberculis, quasi denticulis, ferratus: unde & *Oscula alba* vocantur. Quædam rubro gaudent ore, quædam cinereo griseo, quædam introrsum splendore quasi conchæ margaritifera coruscant, quædam aliis coloribus intus superbiunt. Quantum ad magnificentiam externæ picturæ attinet, describi sane ea non potest; quandoquidem harumque Cochlearum aliæ aliis amictus externi ornamentis antecellunt. Qui conficiendis variæ picturæ textis operam navant, non est, cur multum se torqueant in novis exemplis inveniendis: infinita enim in suis hisce operibus nobis proposuit Deus. Haud prolixi erimus in describendis, suoque quælibet numero notandis omnibus speciminibus: sufficiat brevibus indicasse, quod vel vilissima harumque Concharum sane sua in specie Thalassiarum sit, atque dignissima quæ amplo sermone describatur; nisi sciremus, nos ejusmodi ambagibus tædium Lectori esse moturos. Primo aspectu occurrit oculis immensa illa picturæ varietas. Dantur heic lævi testâ præditæ, tum ex nigro, albo, fusco, ruffo, variisque aliis coloribus in externa

superficie

Nº. 27. Buccin brun, pointu, entouré d'anneaux filamenteux fort serrés. Ses deux plus grands cercles sont larges, plats, étendus, très profondément canelés, & bordés en-haut d'une frange jaune. Les autres petits cercles, que l'on voit sur les côtes, forment une longue pointe. La partie postérieure est faite en manière de longue clavicule ou pyramide jaunâtre.

Nº. 28. Le même vu par-dessous.

Nº. 29. Buccin pointu, d'un jaune clair, dont les cercles roussâtres sont surmontés d'anneaux & de tubérosités épaisses & saillantes. Tout le reste de la superficie est orné de filamens déliés & faits en forme d'anneau. La clavicule est longue: les lèvres ont les plis larges & sont tachetés alternativement de blanc & de brun.

Nº. 30. Buccin pointu, blanc, dont la figure est presque la même que celle des précédens; mais il a cela de remarquable, qu'il est blanchâtre par-tout, que ses lèvres ont des plis plus larges, & qu'elles sont ornées d'une double frange.

Nº. 31, 32 & 33. Ceux que nous représentons ici, couchés sur le dos & sur le ventre, ont les lèvres doubles & simples. Ils appartiennent aux espèces précédentes, mais ils en diffèrent un peu, tant par la forme que par le dessin.

Nº. 34. Coquille faite en Vis, fort jolie, extrêmement grande pour son espèce, d'un roux-jaune, cerclée de verrues ou tubérosités blanches, disposées en manière de franges. On la représente encore ici par-dessous. Nous avons déjà fait voir d'autres plus petites espèces de Vis dans une des Planches précédentes.

PLANCHE CINQUANTE-HUITIEME.

Vingt-unième Section.

Nous représentons dans cette Planche plus de cent-cinquante Limaçons marins, que nous avons reçus des mers de presque toutes les contrées, & dont nous avons enrichi notre Cabinet. Pour ne pas les laisser comme ensevelis dans les ténèbres, nous avons

Tom. III.

jugé à propos de leur destiner une petite Planche, afin de faire part au Public, pour l'usage des Curieux, des figures qu'on en a tirées d'après nature. Nous nous flattons que ce travail sera d'autant plus agréable à nos Lecteurs, qu'on remarque dans ce genre de Coquillages, des variétés, dont le spectacle fournit à l'esprit de quoi s'occuper agréablement. On est surpris lorsqu'on pense qu'il ne s'en trouve aucun, grand ou petit, qui n'ait une forme, une robe, des couleurs particulières. On les nomme d'ordinaire en Latin *Valvata striata*, *Cochlea striata*, ou *Nerita minores*. Ils ressemblent beaucoup aux Limaçons de terre & de rivière, que les Hollandois appellent *Alykruik*: ils en diffèrent cependant en ce que leurs stries sont plus saillantes, & leur coquille plus épaisse. Il y en a que l'on appelle lunaires, parce qu'ils ont dans le pourtour intérieur de la bouche un demi-cercle ou anneau blanc, qui ressemble à une demi-lune, & qui est hérissé de petits tubercules, qui sont comme autant de petites dents. La blancheur de ce demi-cercle leur a fait donner le nom de petites *Bouches blanches*. Quelques-uns ont la bouche rouge, d'autres l'ont d'un gris-cendré: vous en voyez qui brillent en-dedans d'un éclat semblable à celui de la Nacre de perle, ou qui sont ornés, aussi intérieurement, de diverses autres couleurs. Quant à la magnificence extérieure de leur robe, il est assez difficile d'en donner la description, car ces sortes de Limaçons se surpassent les uns les autres par la beauté de leurs vêtements. Ceux qui fabriquent des étofes, dont le dessin doit être varié, n'ont pas besoin de se tourmenter pour trouver de nouveaux modèles, puisque Dieu nous en propose une infinité dans ces productions. Nous ne nous arrêterons pas beaucoup à décrire chaque pièce, suivant l'ordre qu'elles occupent ici: il suffit de dire en peu de mots, que la moindre de ces Coquilles est dans son espèce un véritable Amiral, & qu'elle mériteroit que nous en donnassions une ample description, si nous ne craignons d'abuser par-là de la patience du Lecteur. Ce qui frappe d'abord la vue, c'est cette variété étonnante de dessin qui s'y fait remarquer. Ici vous admirerez sur une surface extérieure lisse & polie, le noir, le blanc, le brun, le jaune, le roux, & diverses autres sortes de couleurs, dont

R r

superficie perfundatæ, insuperque aliis iterum coloribus singularibus variegatæ, fasciatæ, striatæ, costatæ, variisque aliis ornamentorum generibus elaboratæ. Minor plerumque est huic speciei apex turbinatus, in quo fere, præter minutum foramen, nihil conspicitur: at contra amplo omnes ostio patent.

TABULA QUINQUAGESIMA ET NONA.

Sectio vicesima & secunda.

Neritarum heic *minorum*, globosarum, vel *Cochlearum lunatarum*, aut alias *valvatarum & striatarum* viginti quatuor adhuc magna atque parva ostendimus specimina, tum prona, tum supina, singulari quolibet modo in exteriori superficie ornata: alia enim latis costis, profundisque liris, alia costis angustioribus minusque profundis prædita sunt; alia fasciis, & quasi filamentis capillaceis obvolvuntur; alia lævi gaudent superficie, atque inusitatis prorsus coloribus quam elegantissime variegata sunt. In *Historia Conchyliorum* Listeri itidem multæ *Neritarum* exhibentur species, ibique inter *Buccina* referuntur. Neque sane ullum novimus, qui plures *Conchyliorum* species, concinniore ordine, naturam ipsam æmulante, digestas, nitidius depictas offert, quam modo laudatus Author: descriptio tamen quam brevissima est.

Num. 1. *Nerita striata*, compressa, sive *Cochlea maxima solaris*, rarissima, pulcherrima, cui partem nunquam vidi. Principem jure hujusce generis eam dixeris: nam ejus elegantia, solis æmula, præsertim consistit in radiis longe exprorectis, qui, tanquam longi incurvique rami vel dentes, maximam partem instar splendidissimarum margaritarum ex flavo coruscantes, super gyris ordine dispositi sunt, & inferius longiores, sensim versus apicem proportionatè breviores evadunt. Superni gyri itidem elegantissimi *Conchæ margaritiferae* veluti splendore superbientes, tumidiores, latis costarumque similibus quasi tuberculis insigniti, in declivibus suis fulcis eximio rubore *Kermesino* condecorantur.

Num. 2. Eadem supina, umbilici in formam turbinata, parvis denticulis juxta strias, subtus conspicuas, dispositis prædita. Os versus interiora plerumque albo margaritarum splendore micat.

Num. 3. *Cochlea Solaris*, minor, brevioribus dentibus sive radiis donata, quam prior; cui cæterum ratione formæ & coloris maximam partem similis est.

Num. 4. Eadem supina.

Num. 5. Tertia species, *Rumphio Calcar* vocata, itidem ad *Cochleas solares* pertinens, circum gyros longis, crassis, nonnihil acute terminatis dentibus ad minutum usque apicem turbinatum confertim stipata.

Num. 6. Eadem supina.

Num. 7. Quarta species, brevioribus processibus, monticulorum veluti aut colliculorum æmulis, horrida, antè circa os latioribus denticulis tumida, dilutoque malini floris, ruffoque colore picta. Apiculus turbinatus plerumque *conchæ margaritiferae* materiem refert.

Num. 8. Eadem subtus conspicua, granulis quasi, in circulos digestis, dense stipata. Os circulare est, atque versus interiora, pretiosissimarum instar margaritarum, coruscat.

Num. 9, 10 & 11. Itidem hæ *Cochlearum solarium* sunt species, acuminatis obtusisque dentibus asperæ, perquam eleganter pictæ atque conformatæ.

Num. 12

dont le mélange forme un spectacle des plus agréables. Ailleurs, vous voyez d'autres Coquilles, bariolées encore tout autrement, fasciées, rayées, à côtes, & revêtues de divers autres ornemens. Dans cette espèce de Limaçons le sommet contourné est ordinairement petit, & l'on n'y remarque guère autre chose qu'une ouverture fort étroite: mais ils ont tous la bouche fort large.

PLANCHE CINQUANTE-NEUVIEME.

Vingt-deuxième Section.

Nous représentons encore ici, tant en dessus qu'en dessous, vingt-quatre petites *Nérites* rondes, autrement appelées Coquilles Lunaires ou Striées, de différentes grandeurs, dont chacune montre des ornemens singuliers par dehors. Les unes ont de larges côtes & de profonds sillons; les autres ont les côtes étroites & moins enfoncées: quelques unes sont cerclées de petites bandes, & de filamens déliés comme des cheveux; d'autres ont la surface lisse, & magnifiquement bariolée de plus belles couleurs. Lister a aussi représenté dans sa *Conchyliologie (Historia Conchyliorum)* plusieurs espèces de *Nérites*, qu'il met au rang des *Buccins*. Nous ne connoissons aucun autre Auteur qui ait donné un plus grand nombre d'espèces de Coquillages, qui les ait rangés dans un ordre plus naturel, ou qui les ait représentés avec plus de netteté; mais la description qu'il en donne est très courte.

Nº. 1. *Nérite striée*, aplatie, ou *Limaçon solaire*, très grand, très rare, très beau, & dont je n'ai jamais vu le pareil. On peut bien le regarder comme le premier & le plus considérable de ce genre. En effet, sa beauté, qui approche de celle du Soleil, consiste sur-tout dans des rayons qui s'étendent loin, & dont la plu-

part sont d'un jaune éclatant comme les Perles les plus brillantes: ces rayons, disposés avec ordre sur les contours, comme autant de branches ou de dents recourbées, étant plus longues à la base se raccourcissent insensiblement à proportion vers le sommet. Les contours supérieurs, relevés en bosse, & chargés de larges tubercules qui ressemblent à des côtes, jettent un éclat comme la nacre, tandis que leurs sillons se font remarquer par la vivacité du plus beau rouge cramoisi.

Nº. 2. La même *Nérite* en dessous, contournée en manière de nombril, & dont les stries de dessous sont garnies de petites dents. Le dedans de l'ouverture brille ordinairement d'un beau blanc de nacre.

Nº. 3. *Limaçon solaire*, plus petit que le précédent, & dont les dents ou rayons sont aussi plus courtes, mais auquel il ressemble d'ailleurs beaucoup quant à la forme & à la couleur.

Nº. 4. Le même en dessous.

Nº. 5. Troisième espèce, que *Rumphius* appelle *Calcar* ou *Eperon*, & qui appartient aussi aux *Limaçons solaires*. Ses contours sont garnis de dents, longues, épaisses, ferrées, & tant soit peu pointues, jusqu'au petit sommet contourné.

Nº. 6. La même en dessous.

Nº. 7. Quatrième espèce, hérissée de courtes éminences, qui ressemblent à de petites bosses ou collines. On lui voit sur le devant, autour de la bouche, de petites dents larges & saillantes. Sa couleur est rouffâtre d'un rouge-pâle des fleurs du pommier. Le sommet contourné est ordinairement comme la nacre de perle.

Nº. 8. La même, vue en dessous, toute parsemée de petits grains disposés en cercles. Sa bouche est ronde, & brille en dedans comme les perles les plus précieuses.

Nº. 9, 10 & 11. Voici encore d'autres *Limaçons solaires*, garnis de dents pointues & obtuses, très bien conformés, & dont les couleurs sont charmantes.

Nº. 12

Num. 12—27. Hæc omnes sunt Cochleæ laciniatæ, variis nominibus aliis a Belgis insignitæ: earum gyri in ambitu latis processibus ramosi, amplum expansi, manus veluti digitatas, pedesve Animanchleis solaribus ratione formæ & colorum: attamen sunt inter illas, quas Delphinæ vocant, nonnullæ, quæ pictura & coloribus discrepant. Harum quædam supinæ hæc repræsentantur. Listero hæc species audit *Nerita maximus, umbilicatus, digitatus, sive muricatus, clavicula plana.*

T A B U L A S E X A G E S I M A.

Sectio vicefima & tertia.

Trochorum innumeræ fere dantur species, quarum jam aliquot prioribus Tabulis æri incisæ exhibuimus atque descripsimus. Quum vero novæ quasi quotidie sese offerunt species, habitu singulari gaudentes, jure haud prætermittendæ; hinc vel hanc adhuc volui Tabulam iis concedere, in qua tamen & aliusmodi mirifica quædam specimina insuper depicta sisto, quorum nonnulla supra modum elegantia sunt.

Num. 1. *Trochus Pyramidalis, albidus, striatus, muricatus.*

Pallide albus is est, rugosus admodum & granulatus, totoque super corpore striis subfuscis circumdatus: gyrorum margines supernos ad apicem usque acuti in ambitu processus obsident. Circa apicem vero pallida viriditas per colorem album tralucet. Cochlea hæc mire venusta est.

Num. 2. Eadem subtus conspicua, qua lacteo gaudet candore ad basin suorum ramorum, & quasi topiis exornata est. Infimus gyrus minutis granulis, tanquam margaritis, confitus est. Os amplum intus diluto malini floris colore pollet. Rami multiplices, acuminati, muricibus quasi similes sunt.

Num. 3. *Buccinum dentatum, rostro recurvo, rictu auriculato muricatum.*

Hoc sub nomine Listerus hanc Concham describit, solumque supinam exhibet. Superne gyri gibbosi sunt, filamentis veluti prominulis obvoluti, tuberosi, costisque transversalibus distincti: singulari autem modo gyri omnes inter se mutuo contorti sunt, ut perquam lepidum præbeant spectaculum. Color est cinereus. Longum in apicem terminatur extremum ejus capitale. Clavicula adest angusta, erecta.

Num. 4. Idem supinum, geminatis labiis extantibus, crispatis, donatum, atque introrsum quoque geminis dentium plicarumque seriebus inæquale.

Num. 5. Species altera prioris generis, *Auris pilosa* vocata. Quoad multa quidem cum antecedente convenit: nisi quod colore gaudeat dilute fusco, qui in priore fuit cinereo-albidus. Gyri, qui altis tuberculis, costis, albisque fasciis ornati sunt, itidem se mutuo superequitant, & per costas transversales atque fascias ad extremi capitalis apiculum usque, in ambitu, superne, albis globulis, binis semper conjugatis, ordine exornati sunt. Rumphius ait Aures hæc pilosâs, sive setosâs esse: quod tamen videre nunquam mihi

No. 12—27. Ce sont autant de Limaçons frangés, connus des Hollandois sous divers autres noms. Leurs contours, qui ont tout autour des rayons larges & d'une grande étendue, ressemblent en quelque sorte à des mains garnies de doigts, à des pieds d'Animaux armés d'ongles, ou à d'autres figures étrangères. Ces Limaçons ont beaucoup de rapport avec les Solaires, quant à la forme & aux couleurs: mais il y en a, qu'on nomme Dauphins, & dont quelques-uns ont le dessin & les couleurs tout autres. On en a représenté ici quelques-uns couchés sur le dos. Cette espèce est connue de Lister sous cette dénomination, *Nerita maxima, umbilicata, digitata, sive muricata, clavicula plana.*

nis tout autour de rayons jusqu'au sommet. Mais vers le sommet on voit un verd pâle paroître à travers le blanc. Ce Coquillage est d'une beauté charmante.

No. 2. Le même vu en-dessous, où il est d'un blanc de lait à la base de ses rameaux, de manière qu'il paroît orné comme d'un feuillage taillé. Le cercle inférieur est parsemé de petits grains, que l'on prendroit pour des perles. Sa bouche est large, & d'un rouge-pâle comme la fleur de pommier. Il a un grand nombre de rameaux pointus, qui ressemblent à des chausse-trappes.

No. 3. *Buccinum dentatum, rostro recurvo, rictu auriculato muricatum.*

C'est sous cette dénomination que Lister nous décrit ce Coquillage, qu'il ne représente qu'en dessous. En dessus les cercles sont relevés en bosse, couverts de filamens saillans, garnis de boutons, & remarquables par des côtes transversales. Tous ces contours sont entrelacés les uns dans les autres d'une manière si singulière, qu'ils forment un spectacle des plus agréables à voir. Ce Buccin est de couleur cendrée. Son sommet se termine par une longue pointe. La clavicule est droite & étroite.

No. 4. Le même en-dessous, garni de deux lèvres droites, crépues, & ayant en-dedans une double rangée de dents & de plis.

No. 5. Autre espèce du genre précédent, appelée *Oreille velue*. Elle ressemble beaucoup à celle dont on vient de parler; mais elle est d'un brun-clair, au-lieu que la première est d'un blanc-cendré. Les cercles sont couverts de tubérosités élevées, de côtes, de bandes blanches, & se croisent réciproquement. Ils sont aussi ornés sur les côtes transversales & sur les fascies, dans le contour supérieur, de boutons blancs toujours rangés régulièrement deux à deux, jusqu'à la pointe du sommet. Rumphius dit que ces Oreilles sont

PLANCHE SOIXANTIÈME.

Vingt-troisième Section.

Il y a une infinité d'espèces de Sabots, & nous en avons déjà décrit & représenté quelques-uns dans les Planches précédentes. Mais comme il s'en présente presque tous les jours de nouvelles espèces, dont la forme est singulière, j'ai cru qu'il étoit à propos d'en faire mention. C'est dans cette vue que je leur ai encore destiné cette Planche, qui servira néanmoins en même tems à représenter quelques autres pièces dignes d'admiration, & dont il y en a d'une beauté parfaite.

No. 1. *Trochus pyramidalis, albidus, striatus, muricatus.*

Il est d'un blanc-pâle, chagriné, très ridé, ayant tout le corps entouré de stries brunes: les bords supérieurs des cercles sont gar-

Magnus numerus omnis generis rariorum Cochlidum, quæ ad familiam Perdicum referuntur, hac tabula exhibetur, prout iis ob diversitatem suam, raritatem ac magnitudinem, in museo nostro locum dedimus. Nonnullæ maculosæ sunt, aliæ fasciatæ, quædam costis insignes: omnes & singulæ ut aliquid sibi peculiare habent, ita haud vulgari pulchritudine præcellunt. Quapropter icones earumdem proponere huic studio addictis decrevimus, ut istius generis amplitudinem ac multiplices differentias cognoscere possint mecumque Ter Optimum laudare, cui placuerit vel unius familiæ Conchyliorum tot tamque diversas species homini ob oculos ponere, ut infinita Creatoris potentia ex admirabilibus ejus operibus undequaque elucesceret.

TABULA SEPTUAGESIMA.

Sectio tertia & tricesima.

Num. 1—6. Quæ supererant, Perdicum quædam discrepantia a prioribus specimina, prono supinoque situ, exhibentur.

Num. 7—9. Hæ Cochleæ vulgo apud nostrates appellantur Bezoarticae maculosæ. Coloris sunt flavescens, quadratis distinctæ maculis fuscis plus minus saturatis.

Sequitur porro in hac ipsa tabula ingens atque eximia collectio Volutarum, quibus Citharæ nomen impositum est; quum instrumenti musici, quod Citharam Davidis appellamus, similitudinem præ se ferat. Multimodis autem inter sese discrepare ex iconibus liquet: aliæ majores, aliæ minores sunt: pictura, ut omnibus perelegans, ita singulis tamen diversa est, & alteri præ altera excellentior: nonnullæ latioribus, aliæ gracilioribus donatæ costulis: differunt & ostii majore aut minore hiatus, & aliis insuper multis.

TABULA

Nº. 15. La même vuë en dessous montre une levre repliée & comme dentelée. Le bord de son ouverture est applani, & parsemé d'un grand nombre de petites tâches en forme d'œillets.

Nº. 16. La surface de cette espèce vulgaire de perdrix est ornée d'un grand nombre de bandes comme ciselées, dont les unes sont tâchetées à la façon des plumes de perdrix & font le tour de toute la coquille jusqu'à l'extrémité du sommet: d'autres n'ont aucune tâche.

Nº. 17. Cette Espèce de coquille des plus rares, sans aucune tâche, est seulement entourée de bandes qui semblent profondément gravées, dont quelques-unes de couleur rouffatre se repandent du bord sur toute la capacité de la coquille & s'étendent de là par les contours du sommet jusqu'à la pointe.

Nº. 18. Perdrix à nœud extrêmement rare, d'un roux jaunâtre; ses boutons sont d'une couleur moins foncée.

Nº. 19. Cette figue est tâchetée. Sa coque plus épaisse que dans aucune du même genre, semble ornée de caractères hebreux, de couleur bruns.

Nº. 20. La même renversée.

Nº. 21. La même espèce, couleur de cendres.

Nº. 22. La même à la renverse.

PLANCHE SOIXANTE-NEUVIÈME.

Section trente-deuxième.

Cette planche représente un grand nombre de coquilles les plus rares, en toute manière, qui appartiennent à la famille des perdrix. Elles sont placées ici, comme nous les avons rangées dans notre cabinet, selon leur variété, leur rareté & leur grandeur. Les unes sont tâchetées, d'autres ont des bandes, quelques-unes sont re-

marquables par leur côtes. Comme toutes sans exception ont quelque chose de singulier, elles se distinguent aussi par une beauté qui n'est pas vulgaire. De là nous avons résolu d'en mettre les Estampes sous les yeux des amateurs de cette sorte d'étude, afin qu'ils soient en état de connoître la vaste étendue de ce genre, le grand nombre de ses différences, & qu'ils soient animés par là à louer avec nous l'immense bonté du Createur, qui a bien voulu montrer aux yeux de l'homme, dans une seule famille de coquilles, tant d'espèces si différentes, afin que la puissance infinie de l'Ouvrier éclate de toutes parts dans ses œuvres merveilleuses.

PLANCHE SOIXANTE-ET DIXIÈME.

Section trente-troisième.

Nº. 1—6. Quelques pièces de perdrix, qui restoient & qui différen des précédentes, sont représentées par dessus & par dessous.

Nº. 7—9. Ces coquilles se nomment ici vulgairement Bezoardiques tâchetées. Elles sont de couleur jaunâtre, parsemées de tâches quarrées, brunes, plus ou moins foncées.

S'ensuit dans cette même planche une très grande & très belle collection de volutes, auxquelles on a donné le nom de harpes, à cause de la ressemblance qu'elles ont avec l'instrument de musique nommé la harpe de David. On voit par les estampes qu'elles différent entre elles en plusieurs manières: les unes sont plus grandes, les autres plus petites, & comme la peinture de leur surfaces est en général fort jolie, elle est pourtant différente dans chacune, & plus belle dans l'une que dans l'autre. Celles-ci ont les côtes plus larges, celles la plus minces: elles différent aussi par la fente plus grande ou plus petite de leur ouverture.

PLANCHE

TABULA SEPTUAGESIMA ET PRIMA.

Seclio quarta & tricesima.

Num. 1. Belgæ huic Cochleæ, quæ admodum venusta & oppido rara est, nomen dederunt *Franfche Belboorn*. Ex tenui apice multis convoluta spiris sensim intumescit, tandemque ultima spira, quæ maxima ac amplissima est, valde capacem format ventrem. Ex lacteo picta fuscis quasi flammis distinguitur. Spiræ tamen apicis rubello mali florum colore gaudent. Quod hoc loco exhibemus, specimen primæ magnitudinis est, & testa præditum suapte natura expolitissima ac tenuissima; ut ideo rarissime sine vitio inveniantur.

Num. 2 & 3. Ejusdem speciei aliud hic sistimus exemplum, prono ac supino situ, priore tamen minus, flammisque paulo aliter distinctum.

Num. 4 & 5. Hæc alia rursus ejusdem speciei varietas est, utraque facie conspicua, cujus maculæ strias potius, quam flammæ, referunt.

Num. 6. Admodum singularem hanc Cochlidem huc quoque referimus; quanquam illi generi, cui Auris Midæ nomen, affinis est. Testa ejus itidem valde tenuis striis subtilibus per extimam superficiem variegatur.

Num. 7 & 8. Hæc vulgaria sunt istius familiæ specimina, qualia plerumque in museis occurrunt.

Num. 9 & 10. Duo alia minus vulgaria, quæ picturæ varietate a ceteris differunt.

Num. 11—16. Pertinent hæc omnia ad Cassides, quæ Bezoartice vocantur, griseo plerumque colore pictæ. Labio gaudent late exserto, fimbriato, tribus quatuorve acutis dentibus instructo, extremo posteriore in recurvum sinum late patentem abeunte. Ceterum maculis striisque tam longitudinalibus, quam transversalibus, ad ventrem variegantur. A quibusdam ad cochleas Achatinas referuntur, cum exterior cuticula lævigando detrita est. Prono ac supino situ comparent.

Num. 17—20. His nomen datum Laevarum Cochlearum, quia nonnullæ earum os a sinistra positum habent: quod tamen non perpetuum est: sunt enim, quibus & a dextra hiat ostium. Interim ob formæ similitudinem & hæ eodem nomine generico compellantur. Coloris sunt ex subfusco flavidi: labium replicatum rubet. Rarissima est, quæ Num. 17. depingitur, fascia alba secundum ductum spirarum circulata.

Num. 21 & 22. Auricula Midæ vulgo vocatur, eo quod oris apertura asininam aurem refert. Nec alia de ratione, tanquam rara, aestimatur. Forma non admodum elegans est; color lividus; oris fimbria in ambitu lævis.

Num. 23—32. Cochlearum Achatinarum varia hic exhibemus specimina, quæ ob singulares colorum, macularum, fasciarum, quibus ornantur, varietates Curiosus in pretio sunt. Utraque facie conspiciendas sisto. Nec vacat tamen singulas seorsim describere.

TABULA SEPTUAGESIMA ET SECUNDA.

Seclio tricesima & quinta.

Num. 1. Elegantissimus hic Urceus ad id genus cochlidum pertinet, quas Belgæ *Beddetykboorn* vocant. Est autem perquam singularis; ut ideo inter rariora nostri musei haberi debeat. Diluta flavidine perfusus striis cærulescentibus distinguitur. Vertex veluti intropressus subsidit: quod plerisque id genus cochleis familiare.

PLANCHE SOIXANTE ET ONZIÈME.

Section trente-sixième.

Les Flamands nomment cette coquille, qui est très belle & extrêmement rare, *Franfche Belboorn*. D'une pointe mince elle grossit insensiblement, par plusieurs contours, dont le dernier, qui est très grand & très étendu, forme un fort gros ventre. Sa couleur de lait est nuancée de taches brunes, en forme de flammes; mais les contours de la pointe ont la couleur rougeatre des fleurs de pommier. Celle que nous représentons ici est de la première grandeur & sa coque est naturellement très polie & très mince: de sorte qu'on la trouve rarement sans défaut.

Nº. 2 & 3. Nous donnons ici une autre pièce de la même espèce dans sa situation droite & renversée, plus petite cependant que celle qui précède & un peu autrement tachetée de flammes.

Nº. 4 & 5. Celle-ci est encore une autre variété de la même espèce, qu'on voit des deux côtés & dont les taches sont plutôt des canelures que des flammes.

Nº. 6. Nous représentons de même ici cette coquille très singulière, quoi qu'elle ait assez d'affinité avec le genre auquel on donne le nom d'oreilles de Midas. Sa coque, aussi très mince, est peinte de lignes subtiles dans sa surface externe.

Nº. 7 & 8. Ce sont ici des pièces vulgaires de la même famille, telles qu'on en voit souvent dans les cabinets.

Nº. 9 & 10. Ces deux autres sont moins communes & différent des autres par la variété de leur peinture.

Nº. 11—16. Toutes celles-ci appartiennent à l'espèce des Casques, qu'on nomme bezoardiques & qui d'ordinaire sont d'une couleur grise. Elles ont la lèvre largement étendue, frangée, garnie de trois ou quatre dents aigues, dont la postérieure va se perdre dans une échancrure recourbée très large. Du reste

Tom. III.

Num. 2.

elles sont bigarrées sur le ventre par des taches & des lignes tant longitudinales que transverses. Quelques-uns les prennent pour des coquilles agatines, lorsque la peau extérieure de leur coque est usée par le frottement. On les représente droites & renversées.

Nº. 17—20. Celles-ci sont nommées coquilles gauches, parce que quelques-unes ont la bouche placée à gauche, ce qui neantmoins n'est pas constant: car il y en a qui l'ont placée à droite. On peut cependant les ranger toutes sous ce même nom général à cause de la ressemblance de leurs figures. Elles sont d'un brun jaune & leur lèvre repliée est rougeatre. Celle qu'on représente Nº. 12. est des plus rares, entourée d'une bande blanche le long de ses contours.

Nº. 21 & 22. On la nomme communément Oreille de Midas, parce que l'ouverture de sa bouche ressemble à une oreille d'âne; on ne l'estime que pour cette raison, n'ayant au reste rien de fort beau dans sa figure. Sa couleur est livide, la frange de sa bouche est unie dans son contour.

Nº. 23—32. Nous représentons ici diverses pièces de coquilles agatines qui sont d'un grand prix chez les curieux, par la variété des couleurs, des taches & des bandes dont elles sont ornées. Je les montre des deux côtés; mais je ne m'arrête pas à donner séparément les descriptions de chacune d'elles.

PLANCHE SOIXANTE ET DOUZIÈME.

Section trente-cinquième.

Nº. 1. Cette espèce de Pot, très jolie, appartient au genre des coquilles que les Flamands nomment *Beddetyk boorn*. Comme elle est très singulière on la doit compter entre ce qu'il y a de plus rare dans notre cabinet. Sur un fond clair-jaune elle montre des raïures bleu-âtres. Le sommet s'abaisse, comme pressé en dedans: ce qui est ordinaire à la plupart des coquilles de ce genre.

V v

Nº. 2.

Num. 2. Ejusdem generis & hoc exemplum est perrarum, insolitæ magnitudinis, muricatum. Color ejus cæruleus spadiceis fasciis, juxta ductum spirarum sese convolventibus, variegatur. Muricum feriem tæniola distinguit alba, inde ad verticem usque cum spiris excurrans.

Num. 3. Aliud ejus generis specimen, ad modum panni, quo ad culcitræ conficiendas uti solemus, lineatum: unde huic familiæ nomen impositum est. Muricibus quoque exornatur, & eximia magnitudine picturaque venusta præ aliis sese distinguit.

Num. 4—9. Ad idem genus hæc etiam referuntur. Admirabili omnia apparatu ex cæruleo fasciata sunt: linearum tamen & fasciarum numero ac latitudine multum inter se discrepant.

Num. 10. Perquam rara hæc est cochlea Rudolphi dicta, ex fusco variegata, pluribus fasciis, tessellatis, conspicua, quæ secundum ventris longitudinem usque in turbinis spiras se extendunt, ac nonnullis fasciis transversalibus interfecantur.

Num. 11—16. Plures aliæ ejusdem generis species, pronæ supinæque, exhibentur, singularem in modum pictæ, quas ideo in museo nostro adservamus.

Num. 17—21. His nomen est crassis Cassidibus aut Pileolis Polonicis, merenturque attente considerari ob elegantes colores, costas ac fascias, quibus exornantur.

TABULA SEPTUAGESIMA ET TERTIA.

Sectio tricesima & sexta.

Num. 1—20. En! vastam atque haud vulgarem sane collectionem Cassidum, quæ mirabili colorum ac picturæ varietate conspicuæ, tuberibus obsitæ, fasciata, nomen, uti pleræque omnes cochleæ, a conformatione sua obtinuerunt. Nonnulli eadem distinctionis causa Cassides vocant majores, crassas, late fimbriatas; quia labio patent latiore, ut plurimum dilute rubro & valde lævi. Earum quædam ore gaudent griseo, versicolore, flammeis veluti maculis picto, plurimisque rugis introrsum vergentibus inæquali: aliquibus costa ori adstat, qua aliæ carent. Ceterum non vereor affirmare, vix unquam completiorem hujus generis collectionem comparuisse. Utraque autem facie sistuntur.

Num. 21—26. Vocari consueverunt cochleæ fastigiata, maculosæ. Pleræque, instar Mitræ dictæ papalis aurantiæ, maculis exornatæ sunt; at fuscis. Est autem perpulchra familia, cujus specimina hic utraque facie exhibemus.

Num. 27 & 28. Proprie quidem ad Volutas hæc cochlea pertinet, adeoque ad tabulam XLV referri debuisset. Verum quia ferius eam obtinuimus, visum est, iconem ejus huic tabulæ extra ordinem inserere; ne quis eandem in hoc opere desiderare posset. Vocatur autem Admiralis Indiarum Occidentalium ob fascias iis similes, quibus Admirales Orientales superbiunt; quin & ob ornatum singularem, quo se distinguit. Super albo fundo fascias gerit flavas, tessellatas. Magnitudinis est eximiæ ac inusitata.

Num. 29. Ne quid vacui superesset spatii, etiam superaddita est hæc cochlea, quæ communiter Astacus femina appellari solet. Elegantissime picta est, tuberibusque & fasciis decorata.

TABULA SEPTUAGESIMA ET QUARTA.

Sectio tricesima & septima.

Num. 1. Inter cochleas margariticas hæc quidem maxima est, nomenque habet Nodosæ majoris, ob multa,

Nº. 2. Cette pièce appartient au même genre. Elle est très rare, d'une grandeur extraordinaire, & garnie d'allonges pointues. Sa couleur bleuâtre est bariolée de bandes baies qui se contournent le long des volutes. La suite de ses allonges est accompagnée d'un filet blanc, qui s'étend de là le long des contours jusqu'au sommet.

Nº. 3. Voici une autre pièce du même genre, rayée à la manière du drap dont on a coutume de faire les matelas. C'est de là qu'on a tiré le nom de cette famille. Celle-ci est aussi garnie de pointes & doit être préférée à plusieurs autres par rapport à sa grandeur & à la beauté de sa peinture.

Nº. 4—9. Celles-ci sont aussi du même genre, toutes revêtues de bandes bleuës d'une manière admirable. On voit cependant une grande différence par rapport au nombre & à la largeur des bandes & des filets.

Nº. 10. Celle-ci est nommée, coquille de Rodolphe, extrêmement rare, bigarrée de brun, remarquable par plusieurs bandes carrelées, qui parcourent la longueur du ventre jusques dans les contours du sommet & sont entrecoupées de plusieurs petites bandes transversales.

Nº. 11—16. On représente en dessus & en dessous plusieurs espèces du même genre, peintes d'une façon singulière, c'est pourquoi nous les conservons dans notre cabinet.

Nº. 17—21. Ces coquilles se nomment Casques épais ou Bonnets de Pologne & méritent une attention singulière par la beauté de leurs couleurs & par les côtes & les bandes dont elles sont ornées.

PLANCHE SOIXANTE ET TREIZIÈME.

Section Trente-sixième.

Nº. 1—20. Voici une collection vaste & peu commune de Casques. Ils sont remarquables par l'admirable variété de leurs couleurs & de leurs ornemens, couverts de boutons & entourés de bandes. Ils tirent leur nom de leur conformation, ainsi que la

plupart des coquilles. Quelques-uns pour les distinguer les nomment, Casques grands, épais, largement frangés, parce qu'ils ont une lèvre large, ordinairement d'un clair-rouge & fort polie. D'autres ont l'embouchure grise, bigarrée, tachetée en forme de flammes & inégale par quantité de rides contournées en dedans. Il y en a qui montrent près de la bouche une côte qui ne se voit point aux autres. Du reste je ne crains pas d'affirmer, qu'on n'a presque jamais vu de collection plus complète en ce genre. On les représente des deux côtés.

Nº. 21—26. L'usage donne à celles-ci le nom de Coquilles pointues, tachetées. La plupart sont tachetées de la même manière que celles qu'on nomme Mitre du Pape à couleur d'orange, mais les taches sont brunes. Au reste cette famille est très belle & nous en donnons des représentations des deux côtés.

Nº. 27 & 28. Il est vrai que cette coquille appartient à la classe des volutes & par conséquent à la table XLV: mais parce que nous l'avons reçue trop tard, nous nous sommes crû obligés d'en insérer la figure dans cette planche hors de l'ordre, afin que les curieux ne la cherchent pas en vain dans cet ouvrage. On la nomme l'Amiral des indes occidentales, par la ressemblance de ses bandes à celles dont les Amiraux d'orient font parade, & même aussi par la singularité des ornemens qui l'embellissent. Elle porte sur un fonds blanc des bandes jaunes, carrelées & se signale par sa grandeur extraordinaire.

Nº. 29. Pour ne point laisser d'espace vuide, nous ajoutons encore cette coquille nommée communément Cancre de mer femelle. Elle est très joliment peinte, ornée de boutons & de bandes.

PLANCHE SOIXANTE ET QUATORZIÈME.

Section trente-septième.

Nº. 1. Cette coquille est la plus grande de toutes celles dont la

multa, quibus obsidetur, tubercula. Colore est virescente, flammis variegato. Rumphius hanc familiam inter Cochleas lunares refert; quia operculum, quod ori suo imponunt, valde crassum, Lunæ rotundam formam habet. Opercula ista nomine Umbilici marini pervulgata sunt.

Num. 2. Eadem subtus conspicua os suum margaritaceum visui offert.

Num. 3. Exhibemus singularem Cochleam nodosam, fasciatam, quæ ex viridi picta fasciis maculatis & flavescens tuberculis nitet.

Num. 4. Ejusdem speciei alia, sed nodis carens, saturato virore tincta, fasciis maculisque nigris distincta. Os quoque margariticum est.

Num. 5. Argentea hæc vocatur ob candidum splendorem, quo apertura interna superficies emicat. Elegantissime picta est, dorsumque variis coloribus, in modum marmoris, ornatum monstrat.

Num. 6. Hæc ejusdem speciei alia est, inusitati ornatus, apertura dentata, pulcherrima colorum varietate nitens.

Num. 7. Extimam cutim huic cochleæ detrahi curavi, ut pateat, non modo ad aperturam, sed per omnem ambitum margariticam esse.

Num. 8. Alia similis, sed major & ratione spirarum discrepans.

Num. 9. Os aureum appellatur, quia margaritica apertura superficies candentem velut auri splendorem evibrat: unde & aliis Fornax candens audit. Extrinsecus gyris aliquot dentatis, ex rufo fuscis, ambitur.

Num. 10 & 11. Ad eandem speciem pertinent. Testa tamen longe crassior est, pluribusque spinis ac dentibus obsita. Prona & supina facies exhibetur.

Num. 12. Hæc alia species est cochlearum margariticarum, priore depressior, Turcarum Cidarum forma utcunque referens: unde & hoc nomen accepit. Fusco est colore, ex nigro, marmoris in modum, variegata.

Num. 13 & 14. Et hæ Cidares sunt, sed arte detrita, itidem, ut prior, depressæ, virescentes ac eleganter marmoreæ.

Num. 15. Similis alia prorsus decorticata. Inde fasciæ minus distincte comparent. Tota superficies margaritica est, nisi qua spiræ inter se committuntur.

Num. 16. Cochlea nodosa, viridis, detrito cortice.

Num. 17—30. Si aliquot cochleas argenteas exceperis, ceteræ omnes, quæ his numeris exhibentur, Nassovicæ appellari solent. Eleganter, marmoris more, versicolores, venustis fasciis circumlatæ, ex rufo, cæruleo, flavo & viridi resplendent. Earum quædam eo situ depicta est, ut operculum vel umbilicus marinus, quo apertura clauditur, distincte conspici possit.

TABULA SEPTUAGESIMA ET QUINTA.

Sectio tricesima & octava.

Hac tabula exhibeo plurimas diversi generis cochleas, artificis operam expertas, eo digestas ordine, ut in capsâ mei armarii conspiciuntur; nonnullas tamen quoque ab arte intactas. Inter eas sunt Trochi, Belgis *Bagyne drollen*; Milites dicti virides & nigri; cochleæ nodosæ; Nassovienses; Fastigiata; Argenteæ; Pyramides, compluresque aliæ ad hoc genus pertinentes, quas seorsim singulas describere non vacat. Prono aliæ, aliæ supino situ comparent. Nonnullis extima modo cuticula detrita

la matière est perlée & se nomme la grande coquille à nœud par la quantité des boutons qui la couvrent. Elle est de couleur verdâtre, bigarrée de flammes. Rumphius range cette famille parmi les coquilles lunaires, parce que le couvercle dont elle ferme son ouverture, étant fort épais, ressemble par sa figure ronde à la lune: ces sortes de couvercles sont nommés vulgairement nombrils de mer.

Nº. 2. La même vue en dessous montre sa bouche perlée.

Nº. 3. Nous représentons une coquille à nœud, entourée de bandes. Elle est verdâtre & brille par ses bandes tachetées & ses boutons jaunâtres.

Nº. 4. Cette autre de même espèce mais sans nœuds, teinte d'un verd foncé, ornée de bandes & de taches noires, a de même une bouche perlée.

Nº. 5. Celle-ci se nomme l'Argentine, à cause de la candeur brillante dont la surface intérieure de son ouverture est enduite. Sa peinture est très jolie & son dos orné de différentes couleurs comme le marbre.

Nº. 6. Cette autre est de la même espèce, mais d'une beauté extraordinaire. Son ouverture est dentelée. Elle brille par la belle bigarrure de ses couleurs.

Nº. 7. J'ai fait raser la croute extérieure de cette coquille, afin de montrer clairement qu'elle est perlée, non seulement à son ouverture, mais encore par tout son contour.

Nº. 8. Autre semblable, mais plus grande & qui diffère par ses contours.

Nº. 9. Cette coquille se nomme la bouche d'or, parce que la surface perlée de son ouverture est d'un rouge de feu qui ressemble presque à l'or. De là d'autres lui donnent le nom de fournaise ardente. En dehors elle est environnée de quelques contours dentelés, d'un brun-roux.

Nº. 10 & 11. Celles-ci sont de la même espèce, mais leur coque est beaucoup plus épaisse & environnée d'un plus grand nombre de dents & d'épines. On la représente en dessous.

Nº. 12. Celle-ci est une autre espèce de coquilles perlées, plus aplatie que la précédente: sa figure est, à peu près, celle d'un Turban turc & c'est de là qu'elle en porte le nom. Sa couleur est d'un brun-noir bigarré comme le marbre.

Nº. 13. Celles-ci sont aussi des turbans turcs, aplaties comme la précédente, verdâtres & joliment marbrées. On leur a ôté la peau par le frottement.

Nº. 15. Cette autre de la même espèce est tout-à-fait écorcée. De là ses bandes paroissent moins distinctement. Toute sa surface est perlée, excepté l'endroit où les contours sont collés ensemble.

Nº. 16. Coquille à nœud, verte, écorcée.

Nº. 17—30. Si vous exceptés quelques coquilles argentines, toutes les autres que ces nombres représentent, se nomment ordinairement coquilles de Nassau. Joliment bigarrées comme le marbre, carrelées de belles bandes, elles brillent d'un bleu-roux & d'un jaune-vert. Quelques-unes d'entre-elles sont représentées dans une situation propre à montrer distinctement le couvercle ou le nombril marin, qui en ferme l'ouverture.

PLANCHE SOIXANTE ET QUINZIÈME.

Section trente-huitième.

Je représente dans cette planche un grand nombre de coquilles de divers genres, qui ont passé par les mains de l'ouvrier, rangées dans le même ordre qu'on les voit dans le tiroir de mon Armoire & dont cependant quelques-unes n'ont nullement été travaillées. On y voit des sabots, en flamand *Bagyne drollen*, des soldats verts & noirs; des coquilles à nœud; des nassaviennes; des pointuës; des

ita est, ut materies margaritica in conspectum prodeat: aliae torno in modum scalae cochlidis efforatae: aliae porro, detracto tantum per spiras cortice, extrinsecus circumvolutam cochlidem repraesentant, spectaculo perquam ameno.

TABULA SEXTA ET SEPTUAGESIMA.

Sectio undequadragesima.

Cochlearum, quas numerosas hac tabula repraesentamus, genus Belgis dicitur *Klipklevers*, quasi scopulis adhærens; quia plerumque scopulis adfixæ inveniuntur. Multis autem inter se distinguuntur nominibus, partim a picturæ, quam præ se ferunt, diversitate petitis. Inde Tigrinae, Capenses a promontorio bonæ spei, Argi vel Oculæ, Argi fasciati, Porcellanæ, Salitæ, Testudinariæ, &c. habentur. Earum quædam decorticata cyaneo colore nitet. Ceteræ ex ruffo fuscæ albis fuscisve punctis, flammis, lineis, conspicuæ sunt. Utraque autem facie exhibentur.

TABULA SEPTIMA ET SEPTUAGESIMA.

Sectio quadragesima.

Transeo nunc ad genus Cochlearum muricatarum, quæ quidem ob multiplicem suorum muricum & rectorum, & intortorum, diversitatem animadversione quam dignissimæ sunt. Primo autem loco agemus de Muricibus frondosis, interque hos ceteris anteponemus id genus, cui nomen istud quasi per excellentiam impositum est.

Num. 1. Elegantissimum hoc specimen Muricis frondosi, spadicei, processibus admodum longis donati, murices protendit vel digitum longos, quorum radices, costarum more, per dorsum extuberant. Rarissime testas hujus generis invenire datur proorsus illæfas; quia muricum apices tantopere protensi, ad scopulos allisi, facile franguntur.

Num. 2 & 3. Hujus apophyses, quam prioris, breviores sunt, sed universa superficies innumeris tuberibus ac prominentiis horret, nigrisque fasciis distinguitur, elegantissima ceterum colorum mixtura nitens. Superne & inferne repraesentatur.

Num. 4—6. Muricum crisporum alia quædam species, quarum processus & magnitudine & concinnitate prioribus cedunt. Discrepant etiam colore.

Num. 7 & 8. Binæ alia varietates ob formæ discrepantiam adjectæ sunt.

Num. 9 & 10. Hisce longe saturatior color est, quam prioribus. Ramosi processus nigricant: quapropter *Brandaris* nomen acceperunt, tanquam si diceres Muricem adustum. Prona & supina facies exhibetur.

Num. 11 & 12. Major his longitudo est: unde oblongi vocantur. Ceterum & colore nigro, dilutiore tamen, quam præcedentes, veluti adustos se monstrant.

Num. 13—16. Horum processus admodum producti sunt; ut ideo Cornua cervina appellentur ob qualemcunque similitudinem. Corpus tamen Cochleæ semper pro ratione ramorum minus est, quam in Muricibus superioribus.

TABULA

des Argentées, des pyramides & plusieurs autres du même genre que le temps ne nous permet pas de décrire chacune à part. Les unes sont représentées en dessus, les autres en dessous. Quelques-unes ont seulement été dépouillées d'une surpeau mince, afin que la matière perlée paroisse à la vue: d'autres sont percées au tour en forme d'escalier à-vis. D'autres encore, dépouillées seulement de leur écorce sur les contours, se voyent extérieurement quasi entourées d'un escalier à-vis. Tout cela donne un spectacle des plus agréables.

PLANCHE SOIXANTE ET SEIZIÈME.

Section trente-neuvième.

Le genre de coquilles que nous représentons en très grand nombre dans cette planche, se nomme en flamand *Klipklevers*, comme qui diroit attachées aux rochers, parce qu'on les y trouve attachées. Elles se distinguent l'une de l'autre par plusieurs noms tirés en partie de la variété des ornemens dont elles se parent. De là les tigrées, celles du Cap, dont le nom est pris du Cap de bonne espérance, les Argus ou pleines d'œil, les Argus à bandes, les porcelaines, les salées, les tortueuses &c. Quelques-unes d'entre elles, étant écorcées brillent d'un bleu azuré. Le reste est d'un brun-roux couvert de points blancs ou bruns, de flammes & de raïures. On les représente de deux côtés.

PLANCHE SOIXANTE ET DIX-SEPTIÈME.

Section quarantième.

Je passe maintenant au genre des Murex, qui par le grand nombre & la diversité de leurs avances tant droites que recourbées,

sont très dignes d'attention. Nous traiterons en premier lieu des Murex à avances frisées, & nous placerons à la tête des autres ceux auxquels on a donné ce nom par excellence.

Nº. 1. Cette espèce très jolie de Murex frisés, de couleur bai-chatain, montre des avances très allongées, même de la longueur d'un doigt, dont les racines rehaussent la surface du dos, à la manière des côtes. Il est très rare de trouver ces coquilles entières; parce que leurs avances extrêmement étendues, en choquant leurs pointes contre les rochers, se brisent facilement.

Nº. 2 & 3. Celle-ci a les avances plus courtes que la précédente; mais toute sa surface est hérissée d'une quantité innombrable de boutons & d'inégalités & se distingue par des bandes noires. Elle brille, du reste, par un mélange de fort jolies couleurs. Nous la représentons en dessus & en dessous.

Nº. 4—6. Autres espèces de Murex frisés, dont les avances n'ont ni la même grandeur, ni la même beauté que les précédentes. Elles en diffèrent aussi par la couleur.

Nº. 7 & 8. Voici deux autres variétés, que nous ajoutons à cause de la différence des figures.

Nº. 9 & 10. Celles-ci sont d'une couleur plus foncée que les précédentes. Leurs avances branchues sont noirâtres. C'est de là qu'on les nomme *Brandaris*, comme qui diroit Murex brûlé. On les voit en dessus & en dessous.

Nº. 11 & 12. Ces espèces sont plus allongées de corps: c'est de là qu'elles s'appellent oblongues. Au reste leur couleur est aussi noire, comme brûlée, mais plus claire que celle des précédentes.

Nº. 13—16. Ces coquilles ont les avances extrêmement allongées. C'est pourquoi on les nomme bois de cerfs par une espèce de ressemblance aux cornes de ces animaux: cependant le corps de la coquille est, à l'égard de ses rameaux, toujours plus petit que celui des Murex représentés ci-dessus.

PLANCHE

TABULA SEPTUAGESIMA ET OCTAVA.

Sectio quadragesima & prima.

Num. 1 & 2. Ejus generis, quod ab Aranea nomen habet, specimen hic exhibeo duplicata spinarum serie conspicuum, ac insolitæ magnitudinis, cui par aliud rarissime invenitur. Corpore est exiguo, si spinas valde exporrectas ac nonnihil aduncas consideres. Utraque facie depictum est.

Num. 3. Simile aliud, minus tamen, at ceterum a priore non discrepans. Dilute flavi utrumque coloris est.

Num. 4. Cochlis Aranea simplex, cujus spinæ longe, quam priorum, crassiores sunt.

Num. 5 & 6. Duæ cochleæ, altera prona, altera supina, quæ capitula Gallinaginis aut & haustella vocari solent. Ex ruffo pictæ ac striatæ sunt.

Num. 7 & 8. Ficus duæ muricatæ, corpore oblongo, ceterum striis distinctæ, spinisque fuscis, multum productis, obsitæ. Brevioribus tamen gaudet, quæ ad num. 8. habetur, eademque insuper conformatione etiam ab altera discrepat.

Num. 9. Rapum spinosum, coloris velut carnei, cui corpus breve spinis longum porrectis horret. Ob qualemcunque similitudinem Rapa vocatur.

Num. 10 & 11. Species ejusdem generis alia, rostro longe breviori, corpore inter rostrum & verticem magis compresso. Colore non admodum differt a priore. Pronam & supinam sistimus.

TABULA NONA ET SEPTUAGESIMA.

Sectio quadragesima & secunda.

Hæc tabula propemodum universum Fusi genus Gallicasque hujus species, æque ac alias, complectitur. Medium tenet Fusus magnitudinis inusitata, ex ruffo pictus, per spiras tuberosus. Fusi Gallici fere albet; dum alii plerumque rufuli sunt, alii etiam spadicei, hique magis compresso corpore, ac tuberculis altius assurgentibus. Nonnullis, qui suis sese maculis nigris distinguunt, Turris Babylonicæ nomen datum est. Alii vocantur Symbola vestiaria ob multiplices colores ac fascias, quibus ornantur. Adjecimus aliquos, qui cum fusco & fere nigricante sint colore, Aethiopes audiunt, ab aliis tamen & inter Fusos numerantur: albis hi atque luteis fasciis nitent. Quidam istorum Fusorum testa gaudent crassa, alii & præcipue, qui Gallici dicuntur, tenuiore: hi quoque costis distinguuntur & rostrum porrigunt valde longum, tubulatum instar fistulæ tabacariæ. Pleraque istorum speciminum superne ac inferne conspicienda exhibentur.

TABULA OCTOGESIMA.

Sectio tertia & quadragesima.

Venustissimam hac tabula sistimus collectionem cochlidum, quas Aethiopes vocant, diversæ magnitudinis. Pleraque fasciatæ sunt. Nonnullæ rarissime occurrunt, quas quidem ab aliis haud difficile est discernere; quum flammis veluti pictæ, aut singularem in modum fasciis exornatæ sint. Ut plurimum saturate fusci sunt coloris, qui & in dorso saturator cernitur. Imam faciem aliquibus exemplis quo-

PLANCHE SOIXANTE ET DIX-HUITIÈME.

Section quarante & unième.

Nº. 1 & 2. Je donne ici un échantillon du genre de Coquilles connues sous le nom d'Araignées. Il est d'une grandeur extraordinaire & garni d'une double rangée d'épines. J'ose dire, qu'on en trouvera très rarement un pareil. Son corps est petit, comparé à ses épines qui sont fort allongées & tant soit peu crochuës. Il est représenté des deux côtés.

Nº. 3. En voici un autre qui ne diffère du précédent qu'en ce qu'il est plus petit. Tous deux sont de couleur jaunâtre.

Nº. 4. Coquille araignée simple, dont les épines sont beaucoup plus grosses que celles des précédentes.

Nº. 5 & 6. Deux coquilles, l'une vue par dessous & l'autre par dessus, nommées Tête de bécasses ou Vase à puiser, *haustellum* en latin. Elles sont rouffâtres & canelées.

Nº. 7 & 8. Deux Figues épineuses, dont le corps est oblong, canelé & garni d'épines brunes fort allongées. Celle du Nº. 8. les a cependant plus courtes & diffère aussi de l'autre par sa figure.

Nº. 9. Radis épineuse, couleur de chair, dont le corps court est hérissé d'épines allongées. Une espèce de ressemblance avec la Rave lui a fait donner le nom qu'elle porte.

Nº. 10 & 11. Autre espèce du même genre, dont le bec est beaucoup plus court & le corps plus ramassé entre le bec & le sommet. Elle diffère peu de l'autre en couleur. Nous la représentons en dessus & en dessous.

Tom. III.

PLANCHE SOIXANTE ET DIX-NEUVIÈME.

Section quarante-deuxième.

Cette planche représente à-peu-près tout le genre des Fuseaux & ses espèces tant françoises qu'autres. On voit dans le milieu un fuseau de grandeur extraordinaire, roux, couvert de boutons sur ses contours. Les fuseaux de France sont blanchâtres & les autres tirent ordinairement sur le roux; d'autres aussi sont couleur de Maron & ceux-ci ont le corps plus ramassé & les boutons plus haut élevés. Quelques-uns qui se distinguent par des taches noires sont nommés Tours de Babel, D'autres Tapis ou Robes, à cause de la multiplicité des couleurs & des bandes dont ils sont ornés. Nous avons mis ici quelques uns de ces coquillages que leur couleur brune & presque noire fait nommer Aethiopiens & que d'autres néanmoins comptent parmi les fuseaux: ils brillent par leurs bandes blanches & jaunâtres. Quelques-uns de ces fuseaux ont la coquille épaisse; d'autres, principalement ceux qu'on nomme françois, l'ont plus mince: ceux-ci se distinguent aussi par leurs côtes & par leur bec fort allongé en forme de tuyau, comme une pipe à fumer. La plupart de ces coquillages sont représentés ici pour être vus pas dessus & par dessous.

PLANCHE QUATRE-VINGTIÈME.

Section quarante-troisième.

Nous représentons dans cette planche une très belle collection de coquilles nommées Aethiopiennes, de diverses grandeurs. Elles sont

X x

font

quoque conspiciendam damus: quin & cancellum, cui testa hæc pro domicilio est, videre licet.

TABULA OCTOGESIMA ET PRIM A.

Sectio quarta & quadragesima.

En! primæ magnitudinis Buccina Tritonis. Testa constant valde crassa. Spiræ veluti futuris inter se committuntur. Labio plerumque lato, crasso, intus magnis dentibus confito, gaudent. Corpus spadiceis maculis, propemodum ut plumæ perdicum, distinguitur. Et hæc quidem species ex Indiis orientalibus adfertur. Cetera minora, cærulea, ex America veniunt, nec prioribus picturæ elegantia cedunt. Utraque facie exhibentur.

TABULA OCTOGESIMA ET SECUNDA.

Sectio quadragesima & quinta.

Contulimus in hanc tabulam omnes species cochlidum, quæ Belgis Astaci vocantur, Latinis Harpagones. Dividuntur autem primo loco in sic dictos Ungues diaboli, qui plerumque magnitudine eminent, & ex fusco maculati septem exserunt murices incurvos, uncis similes: hi murices cum graciliores sunt & clauso canaliculo, cochlea mas dicitur: femina, ubi breviores, latiores, patulum quasi canalem monstrant. Deinde in Astacos vulgares, qui sex tantum murices emittunt, ceterum vero ratione formæ, colorum ac picturæ, prioribus satis similes sunt. Tertio in Astacos nodosos sive Podagricos, quo nomine a reliquis discernuntur, quia murices habent valde aduncos, nodisque inæquales, hinc similes digitis hominum, qui Podagra nodosa laborant. Aliis & Scorpii audiunt. Ceterum & hi, more priorum, maculis versicolores sunt. Inveniuntur tamen quandoque, sed rarissime, nonnulla specimina istius familiæ unicoloria.

Astacum feminam, quæ itidem ad hoc genus pertinet, ante jam exhibuimus, uti videre est Tab. LXXIII. num. 29.

TABULA OCTUAGESIMA ET TERTIA.

Sectio quadragesima & sexta.

Num. 1 & 2. Belgæ has Cochleas vocant *Stompjes* quasi retusas. Rufis maculis perpulchre variegatæ, tenuibusque lineis fasciatæ sunt.

Num. 3 & 4. Hanc cochleam nostra quoque litora frequenter offerunt. Litorum custodibus Buccinum audit. Balanis obsessam monstrat superficiem, qui & ipsi variis vermiculorum tubulis confiti sunt. Balani ex cæruleo rufi sunt coloris. Cochlea ipsa ex carneo flavescit; oris tamen interiora ad fuscum vergunt. Superne ac inferne conspicienda datur.

Num. 5 & 6. Eadem species, a priore non discrepans, nisi quod adnatis Balanis careat. Supino quoque & prono situ habetur.

Num. 7. Similis alia, sed singularem in modum picta, raro reperiunda.

Num. 8

font la plupart entourées de bandes. Quelques unes se trouvent très rarement & il n'est pas difficile de les distinguer des autres; puis qu'elles sont ou teintes de flammes ou ornées de bandes d'une façon singulière. Elles sont le plus souvent d'une couleur brune foncée, qui l'est encore plus sur le dos. Nous en montrons quelques-unes en dessous; on peut même voir dans une le petit crabe qui y fait font domicile.

PLANCHE QUATRE-VINGT ET UNIÈME.

Section quarante-quatrième.

Voici des Buccins de la première grandeur. Leur coque est très épaisse. Les contours sont joints ensemble comme par des futures. Leur lèvre est ordinairement large, grosse, garnie en dedans de grandes dents. Le corps est bigarré de taches couleur de maron, à-peu-près comme les plumes des perdrix. Cette espèce vient des Indes orientales; toutes les autres qui sont plus petites & bleues sont apportées de l'Amérique & ne le cedent en rien aux précédentes pour la beauté de la peinture. On les voit des deux côtés.

PLANCHE QUATRE-VINGT-DEUXIÈME.

Section quarante-cinquième.

Nous rapportons dans cette planche toutes les espèces de coquilles que les flamans nomment *Astaci* & les latins *Harpagones*. La première espèce comprend celles qu'on nomme Ongles de diables; pour l'ordinaire elles surpassent les autres en grandeur & sont tachetées de brun: elles poussent en dehors sept avances recourbées, comme des crocs. La coquille se nomme mâle, si ces avances sont plus minces & ont leur tuyau fermé, & femelle si, étant plus courtes & plus larges, elles montrent leur canal en quelque manière ouvert. La seconde espèce contient celles qu'on nom-

me Crabes communs, qui poussent en dehors seulement six avances, mais qui du reste par leur figure, leurs couleurs & leur ornement ressemblent assez aux précédentes. La troisième espèce est composée des Crabes à nœuds ou goutteux, nom qui les distingue de tous les autres, parce qu'ils ont des avances fort crochues, inégales par leurs nœuds, qui les font ressembler à des doigts noués par la goutte. D'autres les appellent Scorpions. Au reste ceux-ci comme les autres sont bigarrés de taches. On en trouve cependant quelquefois mais très rarement de cette espèce qui sont d'une seule couleur.

Nous avons déjà représenté le Crabe femelle qui appartient encore au même genre, comme on peut le voir à la planche LXXIII N^o. 29.

PLANCHE QUATRE-VINGT-TROISIÈME.

Section quarante-sixième.

N^o. 1 & 2. Ces coquilles se nomment en flamand *stompjes* ou émouffées. Elles sont très joliment bigarrées de taches rouges & cerclées de bandes minces.

N^o. 3 & 4. On trouve souvent cette coquille sur nos rives & les garde-côtes la nomment Buccin; sa surface est chargée de glands de mer, qui sont eux-mêmes parsemés de divers petits tuyaux de vermissaux; ces glands sont d'un bleu tirant sur le roux. Le corps de la coquille est couleur de chair jaunâtre; cependant l'intérieur de son ouverture tire sur le brun. On la représente en dessus & en dessous.

N^o. 5 & 6. La même espèce, qui ne diffère de la précédente qu'en ce qu'elle n'est chargée d'aucun gland. On la voit de même en dessus & en dessous.

N^o. 7. Autre coquille semblable, mais singulière dans sa peinture; elle se trouve rarement.

N^o. 8.

Num. 8 & 9. Hæ sunt Pyramides fasciatæ, fuscæ coloris, per spiras turbinis nodosæ. Volutæ superficiem quatuor ambiunt latæ fasciæ, in tenuiores vicissim taniolas divisæ. Os intus læve est, coloris cineracei. Utramque faciem exhibemus.

Num. 10. Similis alia, sed longe minor.

Num. 11. Et hæc ejusdem census est, minima tamen & ratione fasciarum discrepans.

Num. 12. Elegantissimum hoc specimen, marmoris in modum, per universam superficiem ex rufo spadiceo variegatum, igneo quasi splendore candet.

Num. 13. Eadem Pyramis in dorsum reclinata, ut oris apertura, quam serpentine aliquot ductus distinguunt, conspiciatur.

Num. 14. Similis alia, quod ad picturæ modum a priore non discrepans, at corpore graciliore.

TABULA OCTUAGESIMA ET QUARTA.

Sectio quadragesima & septima.

Nautilus hæc tabula depictos sistit, genus cochlidum elegantissimum, quod præ multis aliis palmam meretur tum ob admirabilem formam, tum ob ipsius etiam materiæ, qua constat, nobilitatem.

Num. 1. *Nautilus major sive crassus, per excellentiam Cochlea, & Concha margaritifera dictus.*

Ad insulas Moluccanas in Indiis maxime invenitur. Rudior, extimo cortice etiamnum tectus, ex rufo flavescit ac dilute fuscis velut flammis variegatur. Intus margaritico colore nitet, ideoque a nonnullis Conchæ margaritifera nomen obtinuit. Quem hoc loco exhibemus, Nautilum celebris artifex C. Bellekin extimo cortice nudavit: unde est, quod totus margaritaceus appareat. Introspectanti in aperturam hujus cochleæ septum sese monstrat margariticum, in quo foraminulum animadvertitur rotundum, aciculæ globulo haud majus. Id foraminulum uti in cavum primi hujus septi exiguo tubo sese penetrat; ita reliqua deinceps diaphragmata, fere innumera, quæ inde per universam spirarum in sese convolutarum seriem, proportione justa, constituta sunt, singula simili quodam foraminulo pervia sunt, donec in apicem vix visibilem terminentur. Animalculum, concinni istius domicilii incola, cum hoc ipso haud alibi cohæret, quam ad tenuissimum illum apicem: in hunc quippe defixa veluti caudula inde semet per omnium septulorum foraminula exporrigit, donec ad primum perducta septum in corpus ipsius animalis sese implantet. Sepiæ vero aut Polypi forma fere est hoc animal; uti in Museo Amboinensi Rumphii Tab. XVII. videre licet. Supra laudatus Artifex C. Bellekin utroque latere hujus cochleæ historiam Europæ, Regis Agenoris filia, opere hemianaglypho, *Bas relief* vocant, expressit, prout ab Ethnicorum Jove, formam candidi Tauri induto, e medio suarum sociarum, quibuscum in litore semet delectabat, abrepta per Oceanum in Cretam insulam transvehitur. Hanc fabulam potius, quam historiam, P. Ovidius Naso libr. 2. *Metamorph.* prolixè exponit, quo Lectorem relegamus.

Num. 2. *Idem a parte anteriore conspiciendus.*

Hoc positu Nautilus iste visui exponit galeam atque insignia, quæ modo laudatus Anaglyptes convexo spirarum convolutarum dorso incidit.

Num. 3.

Nº. 8 & 9. Celles-ci sont des Pyramides, à bandes, de couleur brune, ayant leur contours spiral couvert de nœuds. La superficie de la volute est entourrée de quatre bandes larges, qui se divisent en filets plus minces. Leur bouche, polie en dedans, est couleur de cendres. On les représente des deux côtés.

Nº. 10. Autre coquille semblable, mais beaucoup plus petite.

Nº. 11. Celle-ci est de même espèce, cependant très petite & différente par rapport à ses bandes.

Nº. 12. Cette coquille est très belle; toute sa surface est marbrée d'un roux presque éclatant comme le feu.

Nº. 13. La même Pyramide couchée sur le dos, afin qu'on voie à l'ouverture de sa bouche quelques traits irréguliers qui y sont.

Nº. 14. Autre semblable, qui ne diffère pas de la précédente par ses couleurs, mais dont le corps est mince.

PLANCHE QUATRE-VINGT-QUATRIÈME.

Section quarante-septième.

Cette planche représente les Nautilus, qui composent un très beau genre de coquilles, fort supérieur à la plupart des autres, tant par leur figure admirable, que par la richesse de la matière dont elles sont composées.

Nº. 1. *Le grand Nautilus, qui est épais & nommé par excellence Coquille ou Nacre de perle.*

Il se trouve dans les Indes sur tout aux îles Molucques. Lorsqu'il est encore brut & couvert de sa croute extérieure, il est de cou-

leur fauve avec des taches d'un brun clair comme des flammes. Le dedans jette une couleur de perle, d'où il tire son nom. Celui que nous représentons ici a été dépouillé de sa croute extérieure par le célèbre ouvrier C. Bellekin, c'est pourquoi il paroît tout nacré. Si l'on regarde dans l'ouverture de cette coquille, on y voit une cloison nacrée & percée d'un petit trou rond, qui n'est pas plus grand que la tête d'une épingle, & qui se communique de cloison en cloison par de petits tuyaux. Ces cloisons ou diaphragmes sont en très grand nombre & placés dans toute la capacité de la coquille, de manière qu'ils diminuent à mesure qu'ils approchent du sommet; jusqu'à ce qu'enfin ils se terminent en une pointe presque invisible. L'animal qui habite ce beau domicile ne lui est nulle part attaché sinon à cette pointe très mince: il s'y fixe par une queue, & passe de là par les petits trous de toutes les cloisons, jusqu'à ce que parvenu au premier diaphragme, il s'y élargit & prend sa forme. Il a presque la figure de la sèche ou du polipe, ainsi qu'on peut le voir dans le Cabinet d'Amboine de Rumphius planche XVII. Le même ouvrier C. Bellekin a gravé sur les deux côtés de cette coquille en *bas relief* l'histoire d'Europe fille du Roi Agenor, que Jupiter sous la figure d'un Taureau blanc enleva du milieu de ses compagnes avec lesquelles elle se divertissoit sur le rivage & la transporta par l'Océan dans l'île de Crète. Ovide explique au long cette histoire, ou plutôt cette fable, au Liv. 2. de ses *métamorphoses* auquel je renvoie le lecteur.

Nº. 2. *Le même représenté en devant.*

Dans cette position le Nautilus montre le casque & les armoiries que l'ouvrier dont j'ai fait mention a gravé sur le dos de cette coquille.

X x 2

Nº. 3.

Num. 3. *Nautilus ejusdem speciei, prioris compar.*

Quamquam Galli communi nomine *Coquille* omne genus conchyliorum complectuntur, per excellentiam tamen id ipsum tribuunt *Nautilo*, qui propterea inter nos quoque ut plurimum ita appellatur. Quem hoc numero exhibemus, artificem manum celebris Bellekinii quoque expertus est, itidemque raptum Europæ, Agenoris Regis filia, repræsentat. Puppis tamen heic integra est, nec nisi insculptis tantum insignibus, atque vitis frondibus, exornata. Inde pro compare prioris in nostro museo servatur, ostenditque non cælatum adeo, sed sculptum modo opus.

Num. 4. *Nautilus tenuis.*

Belgæ hanc cochleam vocant *Doekebuyf*, vel & *Schippertje*. Forma, quam colore, elegantior est. Testa constat tenuissima, quasi pergamenæ indurata simili. Domiporta amplissima fere duas tertias partes totius cochleæ conficit. Spiræ orbiculatim introrsum circumactæ sese recondunt. Spira extrema duabus dentium seriebus ita obsita est, ut in ejus dorso hinc sulcus nascatur. Radices istorum dentium in plurimas exeunt costas transversales, quæ maximam partem obliquo tractu versus oppositum spiræ marginem, internum, convergentes terminantur. Hæ costæ sua potissimum varietate constituunt discrepantiam inter *Nautilus*, qui a grumo oryzae coctæ cognominatur, *Rystenbryhoorn*, interque alios. Ille nimirum non continuis gaudet costulis, sed tuberculis, quæ grana oryzae referunt, juxta se mutuo ita compositis, ut costulas efficiant. Rara admodum est hæc *Nautili* species, & quod hoc loco proponimus exemplum, tum ob eximiam magnitudinem, tum ob integritatem illibatam, inter cimelia nostri Musei merito numeramus. Colore est, instar chartæ pergamenæ, flavescente. Puppis, qua sese introrsum convolvit, dilute fusca est. Interiora autem oris colorem pergamenæ quoque habent.

Num. 5. *Nautilus tenuis*, magnitudinis inusitata, diversus a priore, quod denticulis gaudeat brevioribus, nec adeo tubercula, sed costulas continuas præ se ferat. Ceterum dilute flavi quoque coloris est, & circa spiras ac dentes ex subfusco obumbratus. Communi autem sermone fertur, animalculum, cujus hæc Cochlea domicilium est, ejus ope velificando per summum mare vel celerrimam navem posse prævertere.

Num. 6. Priori similis, minor tamen mole, adeoque & testa tenuiore magisque transparente.

Num. 7. Perquam singularis hæc *Nautili* varietas est, colore discrepans a prioribus: neque enim, ut hi, ex albo aut subluteo transparet, sed ex rufo.

Num. 8. Minimus hic est, at eo maxime memorabilis, quod aculeum in dorso gerat, qualis in ceteris *Nautilus* nunquam occurrit. Unde liquet peculiarem speciem, eamque rariorem, constituere.

Num. 9 & 10. Isti colore itidem rufo, ut Num. 7. picti sunt, sed minores.

Num. 11 & 12. Minorem ejusmodi *Nautilus* intus & a latere conspiciendum damus; ut & foveolæ compareant, quarum impressionibus dentes foris prominentes nascuntur, & sulci, qui costulis externis respondent.

TABULA OCTOGESIMA ET QUINTA.

Postquam, quæ ad Cochleas pertinent, pertractavimus, proximum est, ut describendis Conchis nunc operam demus. Itaque Cochleis artificiosè cælatis mox subjungimus tabulam, qua arte elaboratæ

N^o. 3. *Nautille de même espèce pareil au premier.*

Quoique les François donnent le nom commun de *Coquille* à tous les genres de coquillages, ils l'attribuent néanmoins par excellence au *Nautille*, qui par cette raison s'appelle ainsi le plus souvent parmi nous. Celle que ce nombre représente a aussi exercé la main adroite du célèbre Bellekin & représente de même l'enlèvement d'Europe fille du Roi Agenor. Mais le dos ici est entier & n'est orné que d'armoiries simplement ciselées & de feuillages. C'est pourquoi nous conservons cette coquille dans notre Cabinet comme étant pareille à l'autre, avec cette différence que sa gravure est seulement une sculpture, & non une gravure en relief.

N^o. 4. *Nautille papiracée.*

Les Flamands nomment cette coquille *Doekebuyf*, aussi *Schippertje*. Elle est plus jolie par sa figure que par sa couleur. Sa coque est très mince, quasi comme du parchemin durci. Un limaçon très grand occupe presque les deux tiers de la coquille. Ses contours orbiculaires se cachent l'un l'autre. Le contour extérieur est tellement entouré de deux rangées de dents que cela fait un sillon sur son dos. Les racines de ces dents poussent un grand nombre de côtes transversales, qui pour la plupart se terminent par un trait oblique vers le bord opposé du contour, où elles vont se réunir. Ces côtes font par leur variété une différence entre le *Nautille* qui porte le nom de *Rystenbry hoorn*, à cause de sa ressemblance avec des grumeaux de ris cuits, & les autres. Il faut savoir que celui là n'a pas de petites côtes continues, mais des boutons semblables à des grains d'orges tellement appliqués l'un sur l'autre qu'ils forment de petites côtes. Cette espèce de *Nautille* est fort rare & celui que nous donnons ici pour exemple est compté à juste titre entre les pièces les plus rares de notre Cabinet, tant pour sa grandeur extraordinaire, que parce qu'il est entier sans aucun défaut. Il est

d'une couleur jaunâtre comme celle du parchemin: sa partie postérieure, qui se replie en dedans, est d'un brun-clair. Pour ce qui est de l'intérieur de sa bouche, il a aussi la couleur du parchemin.

N^o. 5. *Nautille* à *Coquille* mince, de grandeur extraordinaire, différant de celui qui précède en ce que ses petites dents sont plus courtes & qu'on lui voit plutôt de petites côtes continues que des boutons. Au reste il est aussi d'un jaune-clair & nuancé de brun aux environs des contours & des dents. On dit que l'animal qui habite cette coquille vogue par son moien sur la surface de la pleine mer aussi vite que le navire le plus lesté.

N^o. 6. Cette coquille ressemble à la précédente, mais elle est moins massive & par conséquent la coque en est plus mince & plus transparente.

N^o. 7. Ce *Nautille* fait une variété tout-à-fait singulière, puis qu'il diffère en couleur de ceux qui précèdent & qui sont d'un blanc jaunâtre, au lieu que celui-ci est roux.

N^o. 8. Celui-ci est très petit, mais très remarquable en ce qu'il porte une pointe au dos, telle qu'on n'en voit jamais dans aucun autre *nautille*. Il fait donc une espèce particulière & des plus rares.

N^o. 9 & 10. Ceux-ci sont aussi peints de roux comme ceux au N^o. 7. mais plus petits.

N^o. 11 & 12. Nous représentons un *Nautille* plus petit de même espèce, vu en dedans & de côté, afin qu'on puisse découvrir les sillons du dedans de la coquille, lesquels répondent aux côtes qui s'élèvent sur sa surface extérieure & se terminent par les dents dont son bord est garni.

PLANCHE QUATRE-VINGT CINQUIÈME.

Après avoir amplement traité des coquilles, il est naturel de passer à la description des coquilles Univalves, & Bivalves. C'est pourquoi nous ajoutons immédiatement aux coquilles artistement cise-

tæ Conchæ exhibentur. Raro quidem, nec nisi conchæ bivalves, margaritiferae, isto artificio tractantur: cujus generis omnia sunt, quæ hic representamus, specimen. Ex Indiis ad nos perveniunt, feruntque uniones, unde & nomen habent Matris unionum, aut conchæ margaritiferae. Externa superficies, priusquam crusta detracta est, sordide ex fusco colorata nihil admodum, quod oculis placeat, præ se fert. Intus tamen argenteo splendore renitent; eodemque etiam sese effert exterior facies, sicubi rudior cortex detritus est: prout in hisce est videre. Praeter polituram autem artificiosa manus & cælaturæ & sculpturæ opus superaddidit.

Num. 1. Anaglyphum opus, quo celebris artifex C. Bellekin hanc concham instruxit, fugam sistit Josephi ac Mariæ, una cum Infante Jesu, in Ægyptum. Raræ admodum magnitudinis hoc specimen est, puellisque insuper, beatam Familiam comitantibus, exornatum. Arbusculæ circumstantes non ultra superficiem eminent, sed incisæ sunt, atroque pigmento distinctæ: quo fit, ut præcipuæ icones tanto magis extent.

Num. 2. Ejusdem artificis opus tum anaglypticum, tum diaglypticum, venationem cervorum exhibet. Vir ac femina equis insident; venator autem canes manumittit, ut cervum fugientem persequantur.

Num. 3 & 4. Utraque facie elaborata ab eodem artifice hæc concha hinc dormientem ostendit Nymphulam, a duobus Satyris deprehensam; illinc duos Cupidines, quorum alter arcu ac sagitta munitus jaculatur.

Num. 5 & 6. Hujus quoque conchæ utraque lamina iisdem propemodum iconibus exornata est.

Num. 7. Nymphulam hæc præ se fert, cui Cupido adsidet, a duobus Satyris deprehensam.

Num. 8. In hac exsculptæ habentur imagines Deorum marinorum atque Cupidinis Delphine vecti.

Num. 9. Tres hic pueruli conspiciuntur saltantes, dum Faunus & Fauna suis instrumentis canunt.

Num. 10. Hæc fabula est Actæonis, qui Dianam una cum suis Nymphis nudam ad fontem conspexit.

Num. 11. Venus, Nymphula duobusque Cupidinibus comitata, hic exhibetur.

Num. 12. Inter conchas, quæ cælo Bellekinii elaboratæ ista tabula exponuntur, hæc postrema est, nonnullas monstrans Nymphas, nudas, a balneo requiescentes.

Num. 13. Operosissima hæc est representatio historiæ Regis Jephthæ, quum a victoria reduci filia obviam procederet.

Num. 14. Huic laminæ insculptum conspicitur prælium, opere diaglyptico, multi laboris atque elegantiae admirabilis.

Num. 15—21. Singulæ hæc conchæ cominus ostendunt puerulum positione diversa; at eminus vitam Servatoris nostri per partes depingunt. Omnes autem, quanquam modo incisæ sunt, singulari tamen artificio præcellunt.

Num. 22. Elegantissima hæc lamina insculptam exhibet iconem Evangelistæ Matthæi, cui suus adstat Angelus.

Num. 23. Particula hæc est conchæ margaritiferae, exsculptos monstrans duos infantes, qui dorso duorum piscium, intra concham veluti natantium, incumbentes tranquille dormiunt.

T A B U L A O C T O G E S I M A E T S E X T A .

Num. 1. Cuculla fatui diconcha.

Hoc bivalvium Cucullarum specimen inusitatae est magnitudinis, raroque aut tam grande, aut ambabus

ciselées, nous en faisons suivre une qui représente des Coquilles bivalves, où l'Art du Graveur ne se fait pas moins admirer; il est rare d'en voir de telles. Presque toutes celles que l'on travaille ainsi sont de ces bivalves dans lesquelles on trouve les Perles, & c'est à cette classe qu'appartiennent celles que l'on voit dans cette Planche. Ces Coquilles nous viennent des Indes, & on les appelle mères Perles, à cause du précieux ornement qu'elles renferment. Leur surface extérieure, lorsqu'elles sont encore chargées de la croute qui les enveloppe, est d'un brun sale, & n'offre rien d'agréable à l'œil: mais leur intérieur a l'éclat de l'argent; & elles ont la même couleur en dehors lorsqu'on a enlevé cette croute épaisse dont je viens de parler, & qu'on les a polies; ce qui est le cas de celles qu'on voit dans cette Planche, & qui de plus sont remarquables par la beauté des gravures dont on les a ornées.

Nº. 1. L'Ouvrage en relief dont le célèbre artiste C. Bellekin a embelli cette Coquille représente la fuite en Egypte. On y voit Joseph, & Marie avec l'Enfant Jesus, accompagnés de Genies, qui précèdent ou voltigent autour de la sainte Famille. Les arbres qui forment le Passage ne sont pas en relief, mais gravés en creux, & colorés en noir; ce qui donne plus de saillie aux autres figures. Cette Coquille est d'une grandeur peu commune.

Nº. 2. Les gravures de cette Coquille, qui sont partie en relief & partie en creux, sont du même ouvrier. Elles représentent une chasse de cerfs. On y voit un homme & une femme à cheval, avec un chasseur qui lâche des chiens après un cerf.

Nº. 3 & 4. Cette Coquille a été travaillée des deux cotés par le même artiste. Un des cotés représente une Nymph endormie, & surprise par deux Satyres; sur l'autre on voit deux Cupidons, dont l'un armé d'un arc & d'une fleche s'amuse à tirer.

Nº. 5 & 6. Les deux cotés de cette Coquille offrent aussi des figures semblables aux précédentes.

Nº. 7. Ici est représentée une Nymph, avec un Amour assis auprès d'elle, & surprise par deux Satyres.

Tom. III.

Nº. 8. On voit sur cette Coquille des Divinités marines, & un Cupidon porté sur le dos d'un Dauphin.

Nº. 9. Ici sont représentés trois enfans qui dansent, pendant qu'un Faune & une Faune jouent des instrumens.

Nº. 10. C'est ici la Fable d'Acteon, qui voit Diane & les Nymphes dans le bain.

Nº. 11. Venus paroît ici accompagnée d'une Nymph & de deux Amours.

Nº. 12. C'est ici la dernière des Coquilles, représentées dans cette Planche, qui ait été gravée par Bellekin. On y voit quelques Nymphes nues, qui se reposent au sortir du bain.

Nº. 13. Le graveur a représenté ici Jephthé revenant victorieux, & rencontrant sa Fille. Le travail de cette pièce est considérable.

Nº. 14. Une bataille est ici représentée en creux. C'est un monument de la patience & de l'habileté de son ouvrier.

Nº. 15—21. On voit sur chacune de ces Coquilles un Enfant en différentes attitudes, & dans le lointain les diverses circonstances de la vie de notre Sauveur. La gravure de ces Pièces est moderne, mais en même tems très belle.

Nº. 22. C'est ici une très belle plaque de Nacre, où est représenté l'Evangeliste St. Matthieu avec son Ange auprès de lui.

Nº. 23. Ce Nº. représente un Fragment de Nacre, où l'on voit deux enfans endormis sur le dos de deux poissons, qui semblent nager dans la substance de la Coquille.

PLANCHE QUATRE-VINGT-SIXIÈME.

Coquilles Bivalves.

Nº. 1.

La Coquille que nous avons fait représenter ici est d'une grandeur extraordinaire & il est rare d'en trouver de cette espèce qui aient leurs deux battants. Elle diffère aussi en couleur de celles qui sont

Y y

babus suis valvis compositum invenitur. Aliter quoque pictum est, quam quæ vulgo occurrunt, quippe pallidiores nostro, quod saturata nitet flavedine. Cucullæ fatui nomen hæc species obtinuit ob verticem utriusque valvæ inflexum, spiris cornu veredariorum non absimilem: quodsi enim ambæ conchæ conjunguntur, pileum quasi nasci dicas nolis instructum, quem cucullam fatuorum appellitare solent. Datur & univalvium species eodem nomine donata, quæ instar patellarum solitaria semper existit, nec cum bivalvi ista confundi debet, reperiturque descripta a Rumphio Musei Amboinensis pag. 123, ac delineata Tab. XL. lit. P. Q.

Num. 2. Eximiæ elegantiae concha bivalvis, quam ab urbe Carthagera denominant, pectinata est, ac nonnullis veluti circulis, grisei coloris, per dorsum decurrentibus, exornata, cæterum dilute lutea & prægrandis.

Num. 3. Ejusdem generis alia, subrufi coloris, transversis fasciis carens, acutis claviculis aspera.

Num. 4. Hæc quoque ad illas pertinet, quibus a Carthagera nomen est, oppido tamen rara. Profundis fulcis eminentibusque costis, quæ valde extantibus velut denticulis horrent, sese distinguit.

Num. 5. Similis alia, quoque profunde sulcata & costata, quæ tamen, loco denticulorum, complures foveolas monstrat.

Num. 6. Longe minor ista prioribus, multum similis illi, quæ ad num. 2. descripta est, arcuatis fasciis, rufi coloris, gaudet.

Num. 7. Alia species Carthagensium concharum, coloris dilutioris.

Num. 8. Veneris hæc concha est minime vulgaris, ex fusco colorata, extantibus apiculis confita.

Num. 9. Priori similis est, at apiculis caret.

Num. 10. Belgæ hanc speciem *Zagertjes* quasi ferratulas vocant. Omne genus colorum elegantissimorum hic conspicitur, maxime cum poliendo exterior cuticula deteritur.

Num. 11. Concha Veneris purpurea, cujus dorsum lineæ purpureæ singularem in modum exornant.

Num. 12. Concha bivalvis a Frago dicta; quoniam haud aliter rubris apiculis conspersa est, ac fragum, quod semina sua forissecus infixæ gerit.

Num. 13. Ad Carthagenses hæc referri debet, prioribus tamen minor.

Num. 14. Alia ejusdem speciei, sed lævis.

Num. 15. Conchæ Veneris, quas Belgæ *Venus labaren* vocant, exhibentur lævigatæ, elegantissimæ, altera parte albentes, altera amœnissime cæruleæ, tono admirabili resplendentes.

Num. 16. Ejusdem nominis alia rotunda, itidem nitide expolita, rubris marginibus, minus, quam priores, cærulescens.

Num. 17. Concha Veneris oblonga, utrinque macula cærulea distincta, ceterum lineis ruffis transversalibus picta.

Num. 18. Similis alia pulchre lævigata.

TABULA OCTOGESIMA ET SEPTIMA.

Num. 1. En! eximium specimen diconchæ Corallinae, quæ colore saturate rubro, velut carneo, fulgens, costis prominulis, ramulos corallii referentibus, distinguitur. Valvæ oppositæ dilutior est rubedo. Nec coloris ista diversitas tamen obstat, quo minus altera alteri congruat. Apex cæruleo tono resplendet.

Num. 2. Similis alia purpurascens, cujus altera lamina itidem longe saturatiore est colore, quam altera.

font plus communes, car celles-ci sont pâles, au lieu que la notre est d'un jaune foncé. On donne aux Coquilles de cette espèce le nom de Bonnets de fols; parce que la volute de chaque battant est contournée à peu près comme un Cornet de Postillon, ce qui fait que si l'on joint ces deux battants, la coquille ressemble assez à un de ces bonnets garnis de clochettes, avec lesquels on peint la folie. Il y a une sorte de Coquilles Univalves, qui portent aussi le même nom; ce sont des espèces de Patelles, qu'il ne faut pas confondre avec les Bivalves dont-il s'agit ici. Rumphius donne la description & la figure d'une de ces Patelles. Voyez son *Museum Amboinense* pag. 123. Planch. XL. Lettr. P. Q.

Nº. 2. Très belle Coquille bivalve, nommée Carthagène; elle est faite en forme de Peigne, & ornée de cercles de couleur grise sur le dos. Elle est d'un roux clair, & fort grande.

Nº. 3. Coquille de la même espèce que la précédente, de couleur rouffatre, sans bandes circulaires, & hérissée de petites pointes.

Nº. 4. Autre Coquille Carthagène, mais fort rare; sa surface est à côtes, & profondément sillonnée. Elle est toute hérissée de pointes qui ont la forme de dents.

Nº. 5. Autre Coquille de la même sorte, sillonnée comme la précédente, mais qui au lieu de dents n'offre que des petites cavités.

Nº. 6. C'est ici une des mêmes coquilles, mais plus petite que les précédentes: elle ressemble fort à celle du Nº. 2. Elle est aussi ornée de bandes circulaires de couleur rouffe.

Nº. 7. Autre espèce de Carthagène, de couleur plus claire.

Nº. 8. Cette Coquille se nomme le cœur de Venus: elle n'est pas commune. Sa couleur est d'un brun jaunâtre, elle est hérissée de piquans.

Nº. 9. Coquille semblable à la précédente, excepté qu'elle n'a point de piquans.

Nº. 10. Les Hollandois donnent aux Coquilles de cette espèce le nom de petites scies. Elles offrent toutes sortes de belles couleurs, lorsqu'en les polissant on enlève leur croute extérieure.

Nº. 11. Conque de Venus, couleur de pourpre. Des lignes de la même couleur ornent son dos d'une façon très singulière.

Nº. 12. Coquille appelée la Fraîse, à cause des points rouges dont elle est parsemée, & qui ressemblent à la semence dont la Fraîse est hérissée.

Nº. 13. Cette Coquille appartient à la Classe des Carthagènes: mais elle est plus petite que celles que nous avons décrites.

Nº. 14. Autre de la même espèce, mais lisse.

Nº. 15. Conque de Venus, appelée par les Hollandois *Venus labaren*. Ces Coquilles sont lisses & fort belles. Elles sont blanches en partie, & en partie d'une agréable couleur bleue, très bien nuancée.

Nº. 16. Autre Coquille du même nom, d'un poli net, à bord rougeatre, moins bleue que la précédente.

Nº. 17. Conque de Venus oblongue, marquée des deux cotés par une tâche bleue, & ornée de lignes transversales rouffes.

Num. 18. Autre Coquille semblable, très lisse.

PLANCHE QUATRE VINGT-SEPTIÈME.

Nº. 1. Très belle Coquille bivalve, dite la Coralline. Sa couleur est d'un rouge foncé, approchant de la couleur de chair, & très éclatant. Les canelures de sa surface ressemblent aux branches du Corail. Un des Battans est d'un rouge plus clair, diversité qui n'empêche pas qu'ils ne s'ajustent très bien ensemble. Le sommet de cette Coquille tire un peu sur le bleu.

Nº. 2. Autre Coquille de la même espèce couleur de pourpre, mais

altera. Unde dixeris hanc discrepantiam id genus conchis natura insitam esse.

- Num. 3. Priori & colore & forma similis, at minor.
- Num. 4. Alia saturate purpurea.
- Num. 5. Alia dilute rubens.
- Num. 6. Huic Pallii Regii nomen dant Belgæ. Colore est sature rubro. Canaliculi ejus non adeo profundi sunt, uti in Corallina superiore, at dorsis tamen utcunque turgentibus interstincti. Ob elegantiam coloris id nomen obtinuit.
- Num. 7. Pallium Regium ex Indiis occidentalibus, nequaquam, uti præcedens, unicolor, sed arcuatis fasciis, rubris, super fundo albido exornatum.
- Num. 8 & 9. Duæ exhibentur bivalves ejus speciei, quæ Pallii variegati nomen gerit. Marmoris in modum eleganter pictæ sunt.
- Num. 10. Alia, prioribus etiam pulchrior, maculis majoribus notata.
- Num. 11. Alia ex rubro maculata.
- Num. 12. Alia nigricantibus costis distincta.
- Num. 13. Pallium Regium Indiæ occidentalis, nitide rubens, forma priori simile.
- Num. 14. Pallium variegatum lutei coloris, costis purpureis.
- Num. 15. Ejusdem speciei aliud albidum, punctis fasciisque purpureis eleganter pictum, valva tamen ima pallidiore, magis cinerea, punctisque & fasciis tantum obsoletis notata.
- Num. 16—18. Tres istæ diconchæ quoque Palliis variegatis, Americanis, accenseri debent. Conformatione autem & pictura multum discrepant.

T A B U L A O C T O G E S I M A E T O C T A V A.

- Num. 1. Ostreum muricatum, aurantium, quod Crepitaculum leprosi vocant, inusitatae pulchritudinis. Raro id genus conchæ inveniuntur, quæ tam saturo sunt colore. Externa superficie utriusque valvæ complures extant processus, plerique satis longi, nonnulli etiam breves, qui costis eodem colore tinctis superimminent. Apud Belgas nomen crepitaculi leproforum obtinuerunt, quia & formam hujus instrumenti utcunque referunt, & similis propemodum sonus cietur, cum binæ testæ coagitantur: per ginglymum enim inter se accurate junctæ sunt; quo fit, ut diductæ adductæque inter se mutuo moveri possint junctura non dissoluta, instar crepitaculorum, parique modo etiam sonent compulsæ.
- Num. 2. Aliud simile, sed clausum. Testa ima aurantii est coloris, summa albet ac subtilius muricata est. Adhæret huic tubulus vermiculi, itidem albidus, sed magis tamen in luteum vergens.
- Num. 3. Hoc specimen parte aurantium est, parte flavum super fusco, muricibus dilute flaventibus.
- Num. 4. Aliud cinerei coloris, at exochis dilute flavis, multo latioribus, quam priorum.
- Num. 5. Longe minutius aliud, fundo purpureo, clavis sature aurantiis, nonnullis insuper albis maculis exornatum.
- Num. 6. Aliud coloris dilute flavi, muricibus acuminatis. Qua testæ articulantur, color aurantius regnat.
- Num. 7. Ostreum muricatum albidum, per costas guttis fuscis conspersum.
- Num. 8. Hæc peculiaris est species, quam alii ad Crepitacula leproforum, alii ad conchas a Macere aromatico dictas referunt. Mole quidem minor est prioribus, at colore aurantio fulgidissimo tamen præcellit.

Num. 9.

mais aussi plus foncée sur un des battans que sur l'autre. Variété qui semble être naturelle à cette sorte de Coquilles.

- Nº. 3. Coquille semblable à la précédente pour la couleur & pour la forme, mais plus petite.
- Nº. 4. Autre de la même espèce d'un pourpre foncé.
- Nº. 5. Autre semblable, d'un rouge clair.
- Nº. 6. Les Hollandois donnent à cette Coquille le nom de Manteau Roïal. La beauté de sa couleur qui est d'un rouge foncé, l'a fait ainsi nommer. Les Canelures de sa surface ne sont pas profondes comme celles de la Coralline: cependant elles sont sensibles.
- Nº. 7. Manteau Roïal des Indes Occidentales. Il n'est pas d'une seule couleur comme le précédent. Il est entrecoupé de bandes orbiculaires rouges, sur un fond blanc.
- Nº. 8 & 9. Ces figures représentent deux Coquilles bivalves de la même espèce, appelées Manteaux bigarrés. Elles sont très joliment marbrées.
- Nº. 10. Autre Coquille de la même espèce, plus belle que les précédentes. Ses taches sont plus grandes.
- Nº. 11. Autre, tachetée de rouge.
- Nº. 12. Autre, canelée de noir.
- Nº. 13. Manteau Roïal des Indes occidentales; sa couleur est d'un beau rouge, & par sa forme il ressemble aux Coquilles précédentes.
- Nº. 14. Manteau bigarré, de couleur brune, & à côtes de pourpre.
- Nº. 15. Autre Coquille de la même espèce, très joliment variée par des points & des bandes couleur de pourpre; le battant inférieur est d'une couleur plus pâle, & plus cendrée. Ses points & ses bandes sont moins marqués.
- Nº. 16—18. Ces trois Coquilles bivalves doivent aussi être rangées parmi les Manteaux bigarrés d'Amérique. Ils en diffèrent

cependant beaucoup tant par leur configuration que par leurs couleurs.

PLANCHE QUATRE VINGT-HUITIÈME.

- Nº. 1. Huitre épineuse de couleur d'orange, & d'une beauté extraordinaire: il est rare d'en trouver dont la couleur soit si foncée. La surface extérieure de chaque battant est chargée de plusieurs piquants, les uns plus longs que les autres, & placés sur des côtes de même couleur. Les Hollandois donnent à cette Coquille le nom de Palette de Lepreux, tant à cause de sa figure, qui approche un peu de celle de cet instrument, qu'à cause du bruit que font les deux battans, lorsqu'on les agite l'un sur l'autre; car ils sont joints exactement ensemble par une charnière, qui ne leur permettant aucun mouvement lateral, est cause que quand on les secoue ils frappent l'un sur l'autre, comme les Palettes des lepreux.
- Nº. 2. Autre Huitre de la même espèce, mais fermée. Le battant inférieur est de couleur d'orange; celui de dessus est blanc, & ses pointes sont plus subtiles. On y voit attaché le petit tube d'un vermicelleau, qui est d'un blanc plus obscur.
- Nº. 3. Cette Huitre est en partie couleur d'orange, & en partie jaune sur un fond brun; ses pointes sont d'un jaune clair.
- Nº. 4. Huitre de couleur cendrée, mais dont les piquants sont aussi d'un jaune clair, & plus larges que ceux des précédentes.
- Nº. 5. Autre Huitre de la même espèce, mais beaucoup plus petite. Ses piquants sont d'un jaune foncé, & s'élèvent sur un fond violet, parsemé de taches blanches.
- Nº. 6. Autre Huitre d'un jaune clair, dont les piquants sont plus pointus, les environs de la charnière sont couleur d'orange.
- Nº. 7. Huitre épineuse blanchâtre, dont les côtes sont parsemées de taches brunes.
- Nº. 8. C'est ici une Coquille d'une espèce particulière, que

Num. 9. Crepitaculum leprosi clausum, album, minutis maculis, purpureis, conspersum, ad cardines virescens.

Num. 10. Aliud dilute rubens, muricibus latis, valde protensis, quos folia Maceris appellant; quia horum formam utcunque præ se ferunt.

Num. 11. Aliud majus, fundo luteo, maculis processibusque eleganter rubentibus.

Num. 12. Raræ magnitudinis concha ad eas pertinet, quæ a Macere nomen habent. Id genus conchæ, & quas sequente tabula exhibebimus, conchæ rupium, *Rotsdoubletten*, dictæ, faxis tam tenaciter adhærent, ut non nisi violenter abstrahi possint. Inde ea sedes, qua hæc suæ rupi adnata fuit, etiamnum manifeste discerni potest. Albo ceterum est colore, compluresque ramulos protendit alben-tes, qui, instar Maceris foliorum, dense coacervati testam ita obsident ac contegunt, ut a foris nihil ejus fere in conspectum veniat. Adnatus quoque cernitur vermiculi tubulus, ejusdem, uti concha, coloris.

Num. 13. Elegantissima hæc simulque rarissima concha bivalvis vix nota est aut descripta. Ejus ramuli, instar pennarum, ordine digesti utramque testam obsident. Testæ ipsæ, præter suos ramulos spectatæ, formam majoris amygdalæ satis exacte referunt, at colore sunt profunde fusco. Par huic aliud specimen frustra in quibusvis demum museis quæsiveris.

TABULA OCTOGESIMA ET NONA.

Num. 1. Concha rupium, claviculis tenuibus, processibus maceriformibus ad labia. Testæ super albo nigris punctis, nigroque margine, distinctæ sunt: paxilli itidem albicant: at ramuli foliacei sature aurantio nitent colore. Adductis valvis clausam exhibemus, at utroque tamen latere conspiciendam.

Num. 2. Similis alia, tota alba, aliquot saltem punctis, fuscis, notata, & ex flavo relucens.

Num. 3. Alia lutei coloris, at paxillis rubris flavisque munita.

Num. 4. Ejusdem generis specimen eximiæ magnitudinis, foliatura maceriformi elegantissime rubente, paxillis luteis, longum protensis. A latere extat corniculum.

Num. 5. Crepitaculum leprosi fordide rubellum, inter murices etiam maceris foliola gerens, corniculumque flavescens.

Num. 6. Hæc ad conchas pertinet, quæ a Macere denominantur. Processibus longis latisque obfessa, purpureo colore, ac dilute rubro tono, renitet.

Num. 7. Leprosi crepitaculum, sature rubra foliatura, testa inferiore punctis nigricantibus guttata.

Num. 8. Concha rupium prægrandis, alba, processibus aliquot foliaceis, quoque albis, exornata.

Num. 9. Maceris conchula venusta, ramosa, dilute purpurascens. Alteram ejus testulam interne conspiciendam damus, qua non inepte auriculam humanam referre dixeris; uti colore etiam non multum ab ea abludivit.

Num. 10. Permagna & valde elegans concha fungiformis, foliis admodum amplis, cinereis, interna facie fusca. Non absimilis est ei plantarum marinarum speciei, quæ apud curiosos nomine *Brassicæ Pompejanæ*, marinæ, venit.

Num. 11. Minuta Maceris conchula duplex, cujus foliola griseo, dilute purpureo, & flavo colore variantur.

Num. 12. Elegantissima rupium concha, squamosa, coloris dilute grisei, ex purpureo, luteo, aurantio, aliisque coloribus maculata.

TABULA

quelques-uns placent parmi les Palettes de Lepreux, & d'autres parmi ces Coquilles qu'on nomme Feuilles de Macer, ou Macis. Elle est plus petite que les précédentes, mais elle leur est supérieure par l'éclat de sa couleur d'orange.

Nº. 9. Palette de Lepreux fermée, blanche, parsemée de petites taches violettes, & verte auprès de la charnière.

Nº. 10. Autre Huitre d'un rouge clair, à pointes longues & larges, qu'on nomme feuilles de Macer, parce qu'elles en ont à peu près la forme.

Nº. 11. Autre Huitre plus grande; sur un fond jaunâtre on voit des taches & des piquans d'un beau rouge.

Nº. 12. Cette Huitre du genre de celles qu'on nomme feuilles de Macer, est d'une grandeur peu commune. Cette espèce de Coquilles, & celles que l'on verra dans la Planche suivante, sont tellement adhérentes aux Rochers, qu'il faut employer de la force pour les en détacher, & on peut voir encore sur celle-ci l'empreinte que le Roc a fait sur elle. Sa couleur est blanche, aussi bien que celle des pointes dont elle est tellement hérissée & couverte, qu'elle en est presque entièrement cachée. C'est comme un paquet de feuilles de Macer. On voit sur sa surface le tube d'un ver-misseau, qui est de la même couleur.

Nº. 13. Cette Coquille aussi recommandable par sa beauté que par sa rareté, n'est presque pas connue ou décrite. Ses deux battans sont couverts de petites feuillures rangées comme des plumes, & ils ressemblent assez à une grosse amande, si l'on fait abstraction de ces feuillures. Leur couleur est d'un brun foncé. Inutilement chercheroit on la paire de cette belle coquille dans les cabinets des curieux.

PLANCHE QUATRE VINGT-NEUVIÈME.

Nº. 1. Coquille de Rochers, à clavicules minces, & à pointes en forme de feuilles de Macer autour des lèvres. Sa couleur est

blanche, mais tachetée de points noirs; ses bords sont aussi noirs. Ses pointes sont blanches; mais encore chargées de petites feuillures d'une couleur d'orange foncée. Elle est ici représentée fermée, mais de façon qu'on en voit les deux cotés.

Nº. 2. Autre Coquille semblable, mais toute d'un blanc tirant sur le jaune, & tachetée de points bruns.

Nº. 3. Autre Coquille de même espèce d'un jaune clair, armée de piquans rouges & jaunes.

Nº. 4. Coquille de la même espèce remarquable par sa grandeur; sa feuillure est d'un beau rouge; ses pointes sont jaunâtres, & fort longues. A coté elle a une petite corne.

Nº. 5. Palette de Lepreux d'un rouge sale, à feuillures de Macer; elle a aussi une petite corne jaunâtre.

Nº. 6. Cette Coquille est encore à feuillures de Macer. Elle est garnie de piquans longs & larges. Sa couleur est pourpre, & rouge clair.

Nº. 7. Palette de Lepreux à feuillure d'un rouge foncé. Le battant inférieur est tacheté de points noirs.

Nº. 8. Coquille de Rochers fort grande, blanche, avec quelques feuillures aussi blanches.

Nº. 9. Petite Coquille de Macer très belle, branchue, d'un pourpre clair. Un de ses battans se voit ici en dedans, afin qu'on puisse remarquer sa figure qui approche assez de celle de l'oreille d'un homme. Elle en a même un peu la couleur.

Nº. 10. Grande & belle Conque, en forme de Champignon: à feuillures grandes, cendrées, & brunes en dedans. Elle ressemble assez à cette espèce de Plantes Marines que les curieux nomment *Brassicæ Pompejanæ Marinae*.

Nº. 11. Petite Coquille double de Macer; sa feuillure est bigarrée de gris, de pourpre clair & de jaune.

Nº. 12. Conque de Rocher, très belle; écailleuse, & de couleur d'un gris clair, tachetée de pourpre, de jaune, d'orangé, & d'autres couleurs.

PLANCHE

T A B U L A N O N A G E S I M A.

Hac tabula in conspectum producimus collectionem excellentissimam concharum bivalvium, quibus Ehippii Polonici nomen inditum est ob formam convexam, qua ehippium veluti æmulantur. Tenui sunt & scabra fissilique testa, foris sature grisei coloris, intus profunde margaritacei, quem plures alii, tanquam iridis, colores elegantissime variant. Nonnullæ & foris & intus sature rubore splendent; aliæ purpurascunt; quædam ex dilute aurantio renitent, eæque oppido raræ, quæ, etsi extrinsecus haud admodum venustæ sunt, magno tamen pretio constant, eo quod rarius inveniuntur. Dantur etiam applanatæ & rotundæ, instar placentarum, quæ, ut a ceteris distinguantur, Transparentes audiunt. Has superior tabulæ pars repræsentat, nitide albicantes, ac eleganti tono resplendentes: unde id nomen acceperunt.

T A B U L A N O N A G E S I M A E T P R I M A.

Num. 1. Pinna, quæ Perna dicitur, inusitatæ magnitudinis. Istud nomen ipsi datum, quia pernam cum colore, tum conformatione, æmulatur. Externa superficie rufa fuscis maculis distinguitur, interna profundo rubore carnem petasonis infumatam refert. Apex albescit cæruleo simul & viridi tono renitens.

Num. 2. Perna fusca, claviculis distincta, multo minor, sed & proportione latior priore, intus super nigro ex cæruleo refulgens: pars angustior externe similiter tincta est.

Num. 3. Productior alia, claviculis carens, intus quoque ex cæruleo coruscans.

Num. 4. Hæc Tudes Polonica, aut & concha Cruciatæ, audit. Profunde fusca, & fere nigra est. Nonnullis visum est, corporis humani figuram in ejus cavo conspiciendam dari, qua hinc crucifixus Servator repræsentetur. Causam huic opinioni dederunt maculæ atque eminentiæ intus conspiciuæ, e quibus haud secus, atque ex nubibus, omne genus formarum sibi effingere phantasia humana potest. Interna facies dilutius colorata est. Peniculi duo velut byssini, dilute spadicei, utrinque propendent: id, quod rarissime occurrit. Testarum altera intus, altera foris, exhibetur.

Num. 5. Tudes altera, cujus trabecula transversalis, quæ in priore angulos rectos facit, obliqui fitus est. Minor etiam est, peniculisque caret.

Num. 6. Concha, Volsella dicta, quæ unum modo apicem protendit coloris cinerei, ima tamen parte nigrum. Ceterum non absimilis est denti Elephantis molari, radicibus concretis.

Num. 7. Alia ejusdem speciei, sed crassior & magis incurvata.

Num. 8. Et hæc eo pertinet, minor tamen & magis coacta.

T A B U L A N O N A G E S I M A E T S E C U N D A.

Quam plurimæ species Petasunculorum, ordine distributæ, hic exhibentur, quotquot in museo nostro asservamus. Omne genus colorum præ se ferunt, præcipue tamen sature rubrum, flavum, fuscum; intus autem splendorem cæruleum. Nonnullis in superficie clavi velut, aut dentes, extant, qui, tubulis vermium quasi similes, re vera tamen his conchis proprii ac perpetui sunt. Quæ medium tenet, species inusitatæ est conformationis, interque transparentes Pernas refertur. Humanæ faciei colore

P L A N C H E Q U A T R E - V I N G T - D I X I È M E.

Cette Planche offre une précieuse Collection de ces Coquilles bivalves, que l'on nomme Selles Polonoises, à cause de leur forme convexe qui les fait véritablement ressembler à des selles de cheval. Leur écaille est mince, rude au toucher, & se fend par lames. En dehors elles sont d'un gris foncé, & en dedans elles sont de couleur de perle, mais mêlée de plusieurs autres comme l'Arc-en-Ciel. Il y en a qui tant en dehors qu'en dedans, sont d'un rouge éclatant; quelques autres sont violettes, d'autres sont de couleur d'orange claire, & celles-ci sont rares, ce qui fait qu'elles sont fort chères, quoique leur extérieur n'aie rien de beau. Il y en a aussi qui sont plates & rondes, comme des gateaux; pour les distinguer des autres, on les nomme transparentes. On en voit de telles représentées au haut de la Planche, elles sont d'un beau blanc éclatant; c'est ce qui leur a fait donner le nom qu'elles portent.

P L A N C H E Q U A T R E - V I N G T - O N Z I È M E.

Nº. 1. La Grande Pinne Marine, appelée Perna en latin. Ce nom lui a été donné parce qu'elle ressemble assez, tant par sa couleur que par sa forme, à une Nageoire, que le mot Pinna désigne. Sa surface extérieure est de couleur rousse, tachetée de brun: en dedans elle est d'un rouge foncé, semblable à celui d'un jambon fumé. Son sommet est d'un blanc où l'on remarque une teinte de bleu & de vert.

Nº. 2. Pinne brune, avec des stries armées de piquans; elle est beaucoup plus petite que la précédente: mais plus large à proportion; en dedans elle est d'un noir bleuâtre, sa partie étroite est en dehors de la même couleur.

Nº. 3. Autre Pinne plus longue, mais sans piquans: elle est aussi d'un bleu éclatant en dedans.

Tom. III.

Nº. 4. Cette Coquille est connue sous le nom de Marteau Polonois, ou de Conque en forme de croix. Elle est d'un brun foncé, presque noir. Quelques personnes ont cru voir dans sa cavité la figure d'un corps humain, & en conséquence l'on a dit qu'elle représentoit notre Seigneur sur la croix. Ce qui a fait tenir ce langage, c'est que dans l'intérieur de cette coquille, il y a quelques taches & quelques éminences, auxquelles l'imagination donne toutes sortes de figures, comme aux nuées. En dedans sa couleur est plus claire. Des deux côtés on voit sortir deux paquets d'une espèce de Byssus ou de foye, tirant sur le jaune; ce qui est fort rare. La figure représente un des battans en dedans, & l'autre en dehors.

Nº. 5. Autre Marteau, dont les bras, qui forment avec le Manche, des Angles droits dans le précédent, sont placés ici obliquement. Ce Marteau est plus petit, & n'a point de foye.

Nº. 6. Conque, dite Volsella en latin: elle n'a qu'un bras: sa couleur est cendrée, mais vers le bas elle est noire. Sa figure est assez semblable à celle de la dent machelière d'un Elephant, dont les racines seroient jointes ensemble.

Nº. 7. Autre Coquille de même espèce, mais plus épaisse & plus recourbée.

Nº. 8. Cette autre Coquille est encore du même genre, mais elle est plus petite & plus ramassée.

P L A N C H E Q U A T R E - V I N G T - D O U Z I È M E.

Cette Planche représente les différentes espèces de Coquilles, nommées Jamboneaux, qui se trouvent dans notre Cabinet. Ces Coquilles offrent toutes sortes de couleurs, sur-tout, du rouge foncé, du jaune, & du brun: en dedans elles sont d'un bleu éclatant. La surface extérieure de quelques-unes est parsemée d'éminences qui ressemblent à des cloux ou à des dents; on les prendroit au

Z z

lore picta elegantissime coruscat. Notetur tandem, quævis specimina interna & externa parte conspicienda hic proponi.

TABULA NONAGESIMA ET TERTIA.

Num. 1. Venusta admodum concha Crucata, aut Tudes Polonica, prout intus sese habet, exhibetur. Loculus, quem animalculum occupat, elegantissime ex cæruleo resplendet. Reliqua nigricant.

Num. 2. Alia, priore minor, dilute nigrescens, extrinsecus spectanda.

Num. 3. Buccinum nostras, Balanis, quos Tulipas marinas vocant, ac tubulis vermium, externe adnatis, confutum, colore est dilute cinereo: balani autem magis obscuri sunt, tubulique etiam in obscurum vergunt.

Num. 4—9. Tubuli vermium perpulchri, tum rectus, tum plures diversimode contorti, intestiniformes, nonnulli fature fusci, alii nigricantes & albidi, subrufi ex purpureo striati, nonnulli etiam dilute cinerei. Rarius id genus domunculæ inveniuntur, nec unquam duæ per omnia inter se similes fere occurrunt.

TABULA NONAGESIMA ET QUARTA.

Numerosam hic exponimus collectionem Tubulorum & vulgo dictorum Intestinorum, quæ totidem vermium sunt habitacula, alia crassa ac fere recta, alia gracilia multumque convoluta, quæ quidem cinerei sunt coloris, alia tamen aliis saturiora. Nonnulli horum tubulorum ita inter sese coacti & compacti sunt, ut fere filices æmulentur; hique diversorum sunt colorum ac insignis duritie. Porro varia etiam exhibemus conchyliæ adnatis uvis, tulipisque marinis conspicua: uti & fragmenta lignorum, radices arborum, quin & particulam eboris, suo singula modo, diversi generis marinis adnatis pulcherrime decorata. Filamentorum quoque, quos pilos marinos vocant, fasciculus hic datur; cujusmodi ingentem sæpe numerum piscatores suis retibus e mari protrahunt. Etiam Echinos adjecimus aliquot marinos, horumque fragmenta, prout inter piscandum acquiruntur, aeri incisa, multo quidem crassiora, quam communiter esse solent, atque idcirco pro lapidefactis habita.

TABULA NONAGESIMA ET QUINTA.

Prolixam Conchyliorum, sermone atque iconibus expositam, historiam excipiunt cum maxime Plantæ marinae & quæ id genus alia sunt, maris producta, quæ ob qualemcunque formæ suæ externæ similitudinem apud plerosque Scriptorum Plantarum nomine veniunt. Quatuor plerumque hic summa constituuntur genera; Lapideorum puta, Corneorum, Spongiosorum & Muscosorum: quibus nonnulli & quintum genus eorum, quæ lignea sunt materie, superaddunt. Cetera, quæ tum externis suis characteribus, tum analysi chemica, veram plantarum naturam produunt, ad regnum Vegetabilium referuntur.

Primum omnino inter eos, qui de hac materie scripserunt, locum Comes *Marsilli* meretur. Ante hunc quidem *Clusius*, *Beslerus*, *Wormius*, *Imperatus*, *Barrelierius*, *Mercatus*, pluresque alii, sparsim in suis operibus nonnulla exhibuerunt: at ille est, qui primus omnium isthaec corpora intra proprium sibi elementum scrutari aggressus, flores eorumdem, modumque deorsum crescendi de-

premier abord pour des tubes de vermissaux, ils sont cependant partie de ces Coquilles sur lesquelles on les trouve toujours. Celle qui est au milieu de la Planche, est d'une forme peu commune, & on la range parmi les Pinnes transparentes. Sa couleur est celle du visage d'un homme. Il faut remarquer que chacune de ces Coquilles est représentée ici tant en dedans qu'en dehors.

PLANCHE QUATRE-VINGT-TREIZIÈME.

N^o. 1. Très-beau Marteau Polonois, ou Conque en forme de croix, vue en dedans. L'endroit qui est occupé par l'Animal est d'un bleu éclatant; le reste est noir.

N^o. 2. Autre Coquille de même espèce, mais plus petite, vue en dehors; sa couleur est d'un noir léger.

N^o. 3. Buccin chargé de Glands de Mer, & de tubes de Vermisseaux, attachés sur sa surface extérieure. Sa couleur est d'un cendré clair. Celle des Glands de Mer, aussi bien que des tuyaux vermiculaires, est plus foncée.

N^o. 4—9. Ces Figures représentent différens tubes de Vermisseaux: il y en a un qui est droit, & les autres sont différemment contournés, & ont la forme d'intestins. Quelques-uns sont d'un brun foncé, les autres sont noirs & blancs, ou d'un roux tirant sur le pourpre, ou d'un cendré clair. Ces tuyaux ne sont pas communs, & on n'en trouve jamais deux qui se ressemblent parfaitement.

PLANCHE QUATRE-VINGT-QUATORZIÈME.

Cette Planche offre encore une nombreuse collection de ces mêmes Tuyaux, que l'on nomme Intestins, & qui servent d'habitation à des Vermisseaux. Les uns sont épais, & presque droits; les autres sont minces, entortillés, & de couleur cendrée, mais plus foncée dans les uns que dans les autres. On en voit qui sont tellement unis & ferrés entr'eux, qu'on les prendroit pour des cail-

loux; ils sont fort durs & offrent des couleurs très-variées. Nous avons fait encor représenter dans cette Planche différens Coquillages, des morceaux de bois, des racines d'arbres & un morceau d'ivoire, chargés de Glands de Mer & d'autres productions marines qui leur sont adhérentes. On y voit aussi un paquet de ces filamens, que l'on nomme poils marins, & dont il arrive souvent que les filets des Pêcheurs sont tout garnis quand on les retire de la Mer. Nous avons de plus ajouté ici quelques Ourfins, avec quelques fragmens d'ourfins, tels qu'ils ont été pêchés. Ces Ourfins sont plus épais qu'à l'ordinaire, ce qui fait qu'on les croit pétrifiés.

PLANCHE QUATRE-VINGT-QUINZIÈME.

Après avoir donné une description assez étendue des Coquillages, & des figures qui l'accompagnent, nous allons exposer celle des Plantes marines, & des autres espèces de productions de la mer, auxquelles la plupart des Ecrivains ont donné le nom de Plantes, parce qu'elles ont extérieurement avec elles, quelque sorte de ressemblance. On les distingue d'ordinaire en trois classes, qui sont les Plantes pierreuses, les spongieuses, & celles qui tiennent de la nature de la corne & de la mousse: quelques-uns y ajoutent encore une cinquième classe, qui contient les Plantes ligneuses. On rapporte au règne des Végétaux les autres productions, qui paroissent être effectivement des Plantes, soit par leurs caractères, soit par l'analyse chimique.

De tous ceux qui ont écrit sur cette matière, personne ne s'est plus distingué que le Comte de *Marsilli*. Il est bien vrai qu'on trouvoit déjà avant lui, divers morceaux qui ont rapport à ce sujet, & qui sont répanus çà & là dans les ouvrages de *Clusius*, de *Beslerus* de *Wormius*, d'*Imperati*, de *Barrelier*, de *Mercatus*, & de plusieurs autres: mais il est le premier qui ait entrepris d'examiner ces corps dans leur propre élément, & qui ait découvert leurs fleurs, & la ma-

nière

textit (*). Verum transeo ad specialem singulorum, quae his tabulis traduntur, descriptionem.

Num. 1. *Spongia fistulata, simplex.*

Huic plantæ, cujus permagna, quod ad formam, varietas occurrit, vix aliud, quam spongiæ, nomen competit; quum conformatione istî generi simillima sit; etsi materie veluti cornea constare videatur. Particulis nimirum coaluit duriusculis ad tactum asperisque, subtilissime contextis, coloris fusci, forma fistulari.

Num. 2. *Spongia flabelliformis, nigra, fibris tenuissimis, rigidis.*

Ex Indiis orientalibus transmissum accepimus istud flabellum marinum, oppido rarum, ad oras Aroëenses nascens. Colore est nigro, subtilibusque & rigidis fibrulis densissime in retis formam contextum veluti flabellum refert. Truncus crassus, mox in tenues ramulos divaricatus, sic sese attenuando celeriter evanescit. Materies ejus corneum inter & spongiosum genus dubitat.

Num. 3. *Alcyonium irregulare, rigidum, membranaceum & cellulsum.*

Qui de plantis marinis egerunt, Scriptores plerumque Alcyonia appellare consueverunt quascunque istius modi rerum, quæ ob irregularem structuram ad certum genus redigi non poterant: quasi innuere voluissent, nidos forte cujusdam animantis esse. Quod hac icone exhibetur, corpus eo referendum videtur. Rigida quidem id materie est, at simul tenui ac membranacea, contextum, extremis apicibus plurimis acute terminatis. Intus & foris cellulis gaudet nullo ordine congestis. Membranacea ejus compages valde tensa est, & ex nigro fusci coloris.

Num. 4. Similis spongia, ut Num. 2. at laxioris texturæ.

Num. 5. *Spongia erecta, subtilior, fragilis, ramulis tenuibus.*

Ramosa hæc plantula naturam spongiæ magis, quam supra descriptæ, præ se fert. Coloris est dilute fusci, ac materiæ subtilissime contextæ, mollis ad tactum & teneræ. In Indiis Occidentalibus e rupibus germinat; uti, quod hic exhibemus, specimen fragmento lapidis insidens monstrat.

Num. 6. *Planta marina, lignosa, ramulis tenuibus, in modum retis contextis.*

Materies ejus ligni æmula, ex dilute flavo colorata discrepat a Ceratophytis eo, quod fragilior sit ac veluti ex fibris composita.

Num. 7. Forma duntaxat a specimine Num. 1. distinguitur.

(*). Post hujus Operis Auctorem D. A. Seba, industria Peyssonellii & Jussieuji, nuperrimeque etiam Ellisii, indubitatis argumentis evicit, plurima istorum corporum, ne dicam omnia, artificio certæ speciei animalculorum, quibus Polypis nomen est, fabricata horumque potius derelicta esse domicilia, quam, quarum modo similitudinem præ se ferunt, plantas marinas: prorsus uti conchylia marina, quæ vacua, & incolis suis privata, ad nos perveniunt.

Nº. 3, 4 & 5. Diverses espèces de Corallines, qui appartiennent au genre de quelques autres dont on a déjà vu ci-dessus la description & les figures. Le Nº. 3. est jaunâtre. Le Nº. 4. est un peu plus brun. Le Nº. 5. tire sur le noir. Elles croissent sur les côtes d'Angleterre & de Hollande.

Nº. 6. *Fucus marin, très-grand, à plusieurs feuilles.*

Cette plante est ainsi désignée par Ray dans sa Synopsis. 11. app. 239. Elle est presque aussi mince que du papier, & cependant fort coriace. Sa couleur est la même que celle des autres plantes de son espèce; mais elle devient noirâtre lorsqu'elle se sèche.

Nº. 7, 8, 9 & 10. *Differentes espèces de Fucus marins.*

Leur plus grande différence consiste dans la couleur; ce qu'il faut peut-être attribuer à leur âge plus ou moins avancé. Ces Fucus sont néanmoins d'ordinaire, sur toutes les côtes, de couleur jaunâtre.

Le Nº. 7. qui est d'un brun tirant sur le jaune, est couvert çà & là d'une croûte tartreuse.

Le Nº. 8. est d'un brun obscur, & ce n'est qu'à la tige qu'il est un peu incrusté.

Le Nº. 9. a les feuilles un peu mieux rangées, & elles ressemblent assez à celles du chêne par la manière dont elles sont échan-crées. Sa couleur est d'un brun clair.

Le Nº. 10. est roussâtre; mais il y a quelque chose de plus sombre dans le milieu des feuilles.

Num. 11. *Fucus marinus, ramosus, caule folioso, foliis angustis, ad margines pilosis.*

Singulare huic est, quod caulis veluti per mediam foliorum longitudinem decurrat. Ceterum flaventi est colore. Foliaturæ divisio irregularis. Tenuissimo velut tomento ambitus foliorum fimbriatus est.

TABULA CENTESIMA ET TERTIA.

Num. 1. *Folium Algæ marinae, cribriforme, latum, orbiculare.*

Materies tenax & cornea, qua singulare istud folium constat, id ipsum ad algas referendum esse docet; quamvis conformatione ab illis permultum differat. Cribri instar foraminulis dense stipatis pertusum est, in ambitu utcumque ferratum; ceterum nigrescit.

Num. 2 & 3. *Algæ marinae folia magna, lata, reticulata.*

Et si hæc folia diversitatem aliquam præ se ferunt; credibile tamen mihi videtur ejusdem, ac prius, esse generis. Forte, quod sub numero 2. est, ob quaecumque impedimentum justam perfectionem assequi non potuit. Colore ac materie priori Num. 1. simile est, & parte superiore similibus quoque foraminulis pertusum: at parte ima amplioribus fenestellis reticulatum folio Num. 3. propius accedit, hujusque etiam foliola lateralia utrinque e petiolo prodeuntia monstrat. Color tamen Num. 3. diversus est, dilute fuscus in luteum vergens.

Num. 4. Eandem, quæ præcedente Tabula ad Num. 10. habetur, Algam marinam sistit, sed quæ lutei est coloris, nonnullisque sparsim verruculis confita.

Num. 5. *Alga marina, foliis longis, angustis, germinantibus, tenui tomento in ambitu ornatis.*

Multum hæc a cunctis speciebus prioribus sese distinguit. Tenuia ejus folia de sua superficie undique germina emittunt flosculis fere similia. Margines autem, in modum plantulæ, quam priore Tabula Num. 11. exhibuimus, subtilibus pilis dense confiti sunt. Color sordide luteus.

Num. 6. Corallina isthæc dilute lutei coloris ramulos eleganter nodosos, tuberculis veluti proxime inter se addensatis compositos, ostendit.

TABULA CENTESIMA ET QUARTA.

Num. 1. *Accarbaar, sive Corallodendron, vulgare, rubrum, articulatum.*

Maleitis nomine *Accarbaar* venit. *Boerhaavio* Ind. Hort. L. B. *Hippuris* videtur appellari. Univerfus truncus, omnesque ejus ramuli crusta tartaræa, rubente, quam facile cultro aut digitis deradere possis, obteguntur. Sub hac materies cernitur velut lapidosa, rubra, rudibus poris dense confita, naturam corallii rubri proxime referens; nisi quod articuli intermedii, quibus distinguitur, materie constant spongiosa, friabili. Indiarum maria hanc plantam magno numero proferunt, quandoque etiam tripedali altitudine rupibus adnascentem: maxime autem circa insulas Batavas & Amboinam frequen-

Nº. 11. *Fucus marin, branchu, à tige garnie de feuilles étroites & bordées de filets déliés.*

Ce qu'il y a de singulier dans cette plante, c'est que sa tige traverse le milieu de la longueur des feuilles. Elle est de couleur jaunâtre. Ses feuilles, assez mal divisées, sont garnies sur les bords d'une espèce de filaments chevelus.

PLANCHE CENT-TROISIÈME.

Nº. 1. *Feuille d'Algue marine, percée de trous, large, orbiculaire.*

Ce qui nous détermine à ranger cette feuille dans la classe des Algues, c'est qu'elle est composée d'une matière tenace & qui tient de la nature de la corne; quoiqu'elle soit bien différente de ces sortes de plantes tant par son port que par sa forme. Elle est toute percée, comme un crible, de petits trous fort drus. Ses bords sont dentelés presque en manière de scie; sa couleur tire sur le noir.

Nº. 2 & 3. *Feuilles d'Algue marine, grandes, larges, & faites en manière de réseau.*

Quoiqu'il y ait en apparence quelque différence entre ces feuilles, il me semble cependant qu'il y a lieu de croire qu'elles sont du même genre que la précédente. Peut-être que celle qui est représentée au Nº. 2. a été empêchée, par quelque accident, de parvenir à son entière perfection. Elle ressemble à celle du Nº. 1. tant par sa couleur que par sa substance: sa partie supérieure est aussi percée de semblables petits trous; mais vers le bas elle a des mailles plus amples, & approche par-là davantage de celle du Nº. 3: elle a même, comme celle-ci, tout en-bas & de chaque côté, de petites feuilles qui tiennent à un pédicule. La couleur de celle du Nº. 3. est néanmoins différente: elle est d'un brun clair tirant sur le jaune.

Nº. 4. On représente ici la même Algue marine qui se trouve au Nº. 10. de la Planche précédente; mais elle est de couleur jaune, & parsemée çà & là de quelques petites verrues.

Nº. 5. *Algue marine, à feuilles longues, étroites, garnies de jets, & ornées dans leur pourtour de filets déliés.*

Celle-ci diffère extrêmement de toutes les autres espèces précédentes. Il part de toute la surface de ses feuilles minces, des jets que l'on prendroit presque pour autant de petites fleurs. Ses bords, comme ceux de la petite plante que nous avons représentée au Nº. 11. de la Planche précédente, sont parés de filaments chevelus & fort ferrés. Sa couleur est d'un jaune sale.

Nº. 6. La couleur de cette Coralline est d'un jaune clair. Les nœuds, dont ses branches sont formées, ont quelque chose d'agréable & de joli: ils se suivent de si près, qu'on diroit qu'ils sont colés les uns contre les autres.

PLANCHE CENT-QUATRIÈME.

Nº. 1. *Accarbaar, ou Corallodendron commun, rouge, articulé.*

Les Malais lui donnent le nom d'*Accarbaar*. *Boerhaave* (Ind. Hort. L. B.) semble l'avoir pris pour un *Hippuris*. Tout le tronc, de même que toutes ses branches, sont couvertes d'une croute tartreuse, rouge, qu'on peut enlever facilement, ou avec le couteau, ou avec les doigts. On voit sous cette croute une matière pierreuse, rouge, parsemée de quantité de pores grossiers, & qui tient beaucoup de la nature du Corail rouge; mais les parties intermédiaires, qui forment chaque division, sont composées d'une substance spongieuse & friable. Il y a beaucoup de ces plantes dans les mers des Indes, où elles croissent contre les rochers, & qui parviennent quelquefois à la hauteur de trois pieds: il s'en trouve sur-

quenter piscatorum retibus implicata protrahitur. Incolis pro remedio habetur, cui virtutem alexipharmacam & abstergentem tribuunt. Aliæ etiam hujus generis species occurrunt, quæ sub crusta rubella, magis in aurantium colorem vergente, corallium album, lapidosum, monstrant: quin & plures aliæ, de quibus deinceps agemus.

Num. 2. *Frutex marinus prægrandis, niger, Corallium nigrum dictus.*

In Indiis Orientalibus hanc quoque speciem *Accarbaar* vel *Calbabaar nigrum* appellant: nobis tamen verum videtur *Corallium nigrum*; quo etiam nomine apud Sephasianos venit. Botanicis, uti *BOERHAAVIO* aliisque, *Keratophyton* dicitur; aliis *litboxylon* vel *litbodendron* &c. Multum ramosa arbuscula corneæ est texturæ, truncoque duos tresve nonnunquam pollices crasso, tres pedes alto, in mari, de rupibus progerminat. Recens e mari protracta ut plurimum crustam veluti tartaream, cinerei aut rubelli coloris, præ se fert, quæ tamen exsiccata plerumque decedit. Graciliores ramuli, filamentis tenuibus terminati, coloris sunt ex rufo nigricantis, flexibiles, diaphani, læves: rami contra crassiores, valde rigidi, nec transparentes, prorsus nigri, longitudinaliter velut contorti excavantur. Circa insulas Amboinenses & Moluccas, sex octove orgyrum profunditate sub maris superficie, crescit. Indi, pro more suo, vægrandes ei attribuunt vires medicatas; quin & armillas aliaque ornamenta inde conficiunt. Obsoleta planta tenuiores ramulos maximam partem detritis extremitatibus obtusos exhibet, eaque forma a *Beslero* aliisque autoribus depingitur.

Num. 3. *Frutex marinus spinosus, serpentiformis.*

Rara hæc species, singulari admodum ratione conformata, lignosæ potius, quam fruticosæ, naturæ, coloris ex fusco rufi, tenax & valde compacta est. Reptantis instar serpentis sinuosa trunco non tereti constat, sed utrinque compresso, ac per medium veluti canaliculato; prout lit. *a. a. a.* videre est. Sinus plerique tuberculo acuto obsidentur.

T A B U L A C E N T E S I M A E T Q U I N T A.

Num. 1. *Rupes calcaria, variis fruticum marinorum, qui ventilabra marina vocantur, speciebus ornata.*

Extensio applanata his arbusculis nomen ventilabrorum fecit. Autoribus *Keratophyta* dicuntur. Quæ lit. *a. a.* notantur, perquam singulares sunt. Altera in tres ramos abit primarios, qui porro plurimos, tenuiores, emittunt ramulos, recta assurgentes. Altera contra, quanquam ceterum ejusdem omnino naturæ, simplice tantum constat vimine indiviso, recta protenso: unde dixeris non eundem perpetuo crescendi modum istis speciebus proprium esse. Quæ ad lit. *b.* habetur, in plures sese ramos, quam prior, dividit; propagines graciliores passim inter se concresecunt. Ceterum tamen omnibus ac singulis hoc commune est, quod cornea gaudeant materie, crustaque obtegantur undiquaque tartarea, nodosa, rubra, utcunque in luteum vergente. Ex Amboina Indiæ Orientalis ad nos pervenerunt.

Num. 2.

sur-tout aux environs d'Amboine & autres Iles, qui appartiennent aux Hollandois; & les pêcheurs en tirent souvent de l'eau, avec leurs filets, auxquels elles s'acrochent. Les habitans s'en servent comme d'un remède, & prétendent qu'elles sont détersives & très-efficaces contre le poison. Il s'en rencontre aussi diverses autres espèces, qui donnent un Corail blanc, pierreux, couvert d'une croute un peu rouge, & qui tire davantage sur l'orangé: il y en a même encore plusieurs autres dont nous parlerons dans la suite.

Nº. 2. *Arbrisseau marin, très-grand, noir, appelé Corail noir.*

Dans les Indes Orientales on donne aussi à cette espèce le nom d'*Accarbaar* ou *Calbabaar* noir. Nous croyons néanmoins que c'est le véritable Corail noir; & c'est aussi sous ce nom qu'il est connu des Droguistes. Quelques Botanistes, comme *BOERHAAVE* & d'autres, l'appellent *Keratophyton*; d'autres le nomment *Litboxylon* ou *Litbodendron*, &c. Cet arbrisseau est fort branchu, & sa tiffure tient beaucoup de celle de la corne. Il croît dans la mer contre les rochers. Son tronc a deux, & même quelquefois trois pouces d'épaisseur, & trois pieds de hauteur. Lorsqu'il vient d'être tiré de la mer, il est ordinairement couvert d'une croute tartreuse, de couleur cendrée ou rougeâtre; mais le plus souvent cette croute se détache, & tombe enfin, dès qu'elle est sèche. Ses plus petits rameaux sont d'un roux noirâtre, flexibles, transparens, lissés, & se terminent par des filets déliés: les grosses branches, au contraire, sont fort roides, opaques, entièrement noires, & comme canelées longitudinalement. Il croît sous l'eau, dans les parages des Iles Moluques & d'Amboine, à la profondeur de six à huit brasses. Les Indiens ont coutume de lui attribuer de grandes vertus médicinales; ils en font même des brasselets & d'autres ornemens. Lorsque cette plante vieillit, les extrémités de ses rameaux les plus déliés se détruisent, ce qui les fait paroître émoussées; & c'est sous cette forme que *Besler* & d'autres Auteurs la représentent.

Tom. III.

Nº. 3. *Arbrisseau marin, épineux, fait en serpent.*

La forme de cette rare production est des plus singulières. Elle est d'un brun tirant sur le roux, tenace, très-compacte, & tient plus de la nature du bois que de celle d'un arbruste. Semblable à un serpent qui rampe, elle est composée d'un tronc qui n'est pas rond, mais applati de chaque côté, & un peu creusé dans le milieu, comme le font voir les Lettres *a. a. a.* La plupart des plis sont garnis d'un tubercule pointu.

PLANCHE CENT-CINQUIÈME.

Nº. 1. *Pierre de chaux sur laquelle ont végété diverses espèces d'Arbrisseaux marins, que l'on nomme Eventails de mer.*

La forme aplatie qu'ont ces Arbrustes, leur a fait donner par quelques Curieux le nom d'Eventails. Les Auteurs les rangent dans la classe des *Keratophytes*. Ceux qu'on a indiqués par les Lettres *a. a.* sont tout-à-fait singuliers. L'un se partage en trois grosses branches principales, lesquelles se subdivisent ensuite en plusieurs rameaux déliés, qui montent droit en-haut. L'autre, au contraire, quoique de même nature à tous égards, n'a qu'un seul jet, droit & sans aucune division; ce qui me fait croire que ces espèces ne croissent pas toujours de la même manière. Celui que l'on voit à la Lettre *b.* se divise en un plus grand nombre de branches que le premier: quelques uns de ses plus petits rameaux se réunissent en s'abouchant. Du reste, tous ces Arbrisseaux ont cela de commun, que leur substance tient de la nature de la corne, & qu'ils sont par-tout revêtus d'une croute tartreuse, noueuse, rouge, & qui tire un peu sur le jaune. On nous les a envoyés d'Amboine, Ile des Indes Orientales.

Ccc

Nº. 2.

Num. 2. *Frutex marinus subfuscus, ramis crassis, rigidis.*

Lignosa magis natura in hac specie, quam in Corallio nigro præcedentis tabulæ, animadvertitur. Color utcunque fuscus in nigrum vergit. Rami duriores sunt, extremisque crassioribus ac obtusis terminantur. Ventilabri quidem instar planam plerumque extensionem hæc planta habet; sed rami tamen ejus magis divisi sunt, nec adeo inter se connati, uti in ventilabris marinis. Radix aut basis ejus, more plerarumque hujus generis plantarum, crasso veluti corio constat, sicco, indurato, lateque sese effundit per superficiem corporis, cui adnascitur. Corallii nigri, veri, radix lapidosæ est naturæ, ac coloris grisei. In maribus Indicis frequens reperitur.

Num. 3. *Corallium fruticosum, plumbei coloris, articulatum, forma radice Zingiberis.*

Corneum Corallium, cujus iconem hoc loco exhibemus, crasso constat ramo, trunci æmulo, extremitatibus suis maximam partem mutilato. Ramuli laterales articulis distinguuntur, quibus perfractis species quædam acetabuli comparet, qua inter se coaluerant. Conformationem si spectes, haud inapte radici Zingiberis ficcatae comparaveris: quocirca & hanc notam in plantæ istius denominatione addidimus. Color est ex cærulescente griseus, plumbi æmulus. Externa superficies intortis quasi sulcis juxta longitudinem distinguitur. Ex Indiis Orientalibus accepimus.

Num. 4. *Ramulus defractus fruticis marini demortui.*

Corpora isthæc haud aliter, quam quæcunque alia, corruptioni obnoxia sunt. Videtur ideo hic ramulus esse demortuus keratophyti. Tubercula, quæ sparsim in eo observantur, credibile est ab alio genere animalculorum marinorum producta esse: effracta enim cavum intus corpusculum monstrant similis materiæ, qua testæ Balanorum constant. Crusta plantæ communis plerumque istas quoque ampullulas obducit.

TABULA CENTESIMA ET SEXTA.

Num. 1. *Frutex marinus, caudice tereti, erecto, ramulis plurimis, brevibus, rigidis, tenuibus, spinosis, circumcirca prodeuntibus; Cupressus marina dictus.*

Inter frutices marinos hæc quidem species valde rara est. Caudex ejus teres, ac plerumque erectus, quam plurimos emittit ramulos, spinosos, qui, more Asparagi, at longe spissius, quaquaversum per universum caudicis ambitum sese expandunt. Natura hujus plantæ fruticosa est, lapidi tamen, quam ligno, propior. Extrema ramulorum cuspidata sunt & fragilia. Color ex flavescente griseus aut fuscus. Autoribus Cupressus, Quercus, aut Abies marina dicitur. Theophrastus præprimis & Clusius posteriore nomine id genus fruticum compellant. Imperatus Palmam marinam vocat. Locus natalis est in maribus Indicis prope insulas Banda.

Num. 2.

Nº. 2. *Arbrisseau marin, à rameaux gros, roides, & de couleur tirant sur le brun.*

Cette espèce tient plus de la nature du bois que celle du Corail noir de la Planche précédente. Elle est d'un brun noirâtre. Ses branches sont très-dures, & se terminent par des extrémités mousses & fort grosses. Cette plante forme à la vérité ordinairement une surface plate en manière d'Eventail; mais ses branches sont plus divisées, & ne s'abouchent pas comme la plupart des Eventails marins. Sa racine ou sa base, comme dans presque toutes les plantes de cette espèce, est faite d'une sorte de cuir épais, sec, dur, qui s'étend beaucoup sur le corps qu'il embrasse, & auquel il s'attache. La base du vrai Corail noir est pierreuse & de couleur grise. Il se trouve communément dans les Mers des Indes.

Nº. 3. *Corail fait en Arbrisseau, de couleur plombée, articulé, & qui ressemble à la racine du Gingembre.*

Le Corail, dont nous donnons ici la figure, tient de la nature de la corne. Il est composé d'une grosse branche, que l'on prendroit pour un tronc, & dont la plupart des extrémités sont tombées. Les rameaux latéraux sont partagés en plusieurs jointures, qui, étant rompuës, font voir une espèce de cavité, à l'aide de laquelle elles s'emboîtent & tiennent les unes aux autres. Quant à la forme de cette plante, elle ne ressemble pas mal à la racine du gingembre desséchée; & c'est pour cela que nous avons joint cette dénomination à ses autres caractères. Sa couleur est d'un gris bleuâtre, qui tire sur celle du plomb. Elle est creusée sur sa surface extérieure par des canelures entrelacées, qui s'étendent longitudinalement. Nous l'avons reçue des Indes Orientales.

Nº. 4. *Branche détachée d'un Arbrisseau marin mort.*

Ces sortes de corps ne sont pas moins sujets à la corruption que tous les autres. Il nous semble donc que ce rameau mort a fait partie de quelque Keratophyte. Il y a lieu de croire que les tubercules qu'on lui remarque çà & là, sont l'ouvrage de quelque espèce d'Insectes marins: car lorsqu'on vient à les ouvrir, on y voit un petit corps creux, dont la substance est la même que celle des Glands marins. La croute qui couvre toute cette production, sert aussi ordinairement d'enveloppe à ces capsules.

PLANCHE CENT-SIXIÈME.

Nº. 1. *Arbrisseau nommé Cyprès marin, à tige ronde, droite, qui jette de toutes parts quantité de rameaux, petits, courts, roides, déliés, épineux.*

On peut dire que, de tous les Arbrisseaux marins, cette espèce est l'une des plus rares que l'on puisse trouver. Il part de sa tige, ronde & ordinairement droite, un très-grand nombre de rameaux, qui, comme ceux de l'Asperge, mais plus ferrés, entourent toute la tige, & se répandent de tous côtés. Cette plante tient de la nature de l'Arbrisseau, mais elle approche davantage de celle de la pierre que de celle du bois. Ses rameaux se terminent par des pointes aiguës & fragiles. Sa couleur est d'un gris ou d'un brun jaunâtre. Les Auteurs l'appellent Cyprès, Chêne, ou Sapin marin. Theophraste sur-tout & Clusius lui ont donné ce dernier nom. Imperati l'appelle Palme marine. Elle croît dans les mers des Indes proche des Iles de Banda.

Nº. 2.

Num. 2. *Frutex marinus, demortuus, diversis Corallinarum speciebus onustus.*

Præter nonnullas ostreorum testulas, duæ potissimum distinctæ species Corallinarum demortuo huic ramulo adnatæ cernuntur. Quæ lit. a. notatur, eadem est, ac illa, quam Tab. C. Num. 17, 18 & 19. descripsimus. Lit. b. b. b. alia est Corallinæ species, quæ tenues ac irregulares in propagines sese partitur minutis nodulis distinctas.

Num. 3. *Frutex marinus lignosus, ramis ventilabri in modum utrinque expansis, crusta tartarea, nodosa, undiquaque obductis.*

Nonnulli Autores istam speciem haud minus, quam plures alias, valde inter sese discrepantes, *Lithophyti* nomine donant, quasi tu dicas plantam lapideam; etsi longe diversæ sint naturæ. *Clusio* post *Theophrastum* *Quercus marina* audit, & mea quidem opinione, rectius. Materies ejus potius lignum æmulatur. Ramuli utrinque discedentes, instar Ventilabrorum marinorum, sese explanant, divisione tamen haud regulari. Universam plantæ superficiem crusta obtegit tartarea, dilute lutea, nequaquam æquabilis; uti quidem in aliis quibusdam speciebus occurrit; sed nodosa, quasi minutis verruculis, dense aggregatis, confita. Verrucularum quælibet foveolam medio impressam monstrat. Derasa hac crusta frutex ipse comparet dilute fuscus, lignosus, lævis. Raro autem ad majorem excrescit altitudinem, quam qua hic exhibetur. Ad oras Hispanicas, Americanas, aliasque reperitur.

Num. 4. *Frutex marinus, lignosus, caudice tereti ramisque articulatis.*

Lignosus iste frutex coloris est ex dilute flavescente fusci. Caudex irregulari divisione in complures abit ramulos, paullatim tenuiores, extremis acuminatis terminatos, qui pari ratione, ac ipse caudex, tereti sunt forma, superficie lævi, multisque passim geniculis compositi. Radix sex constat partibus, inæqualibus, horizontaliter lateque expansis, superficiei nimirum corporis, cui, tanquam basi, olim adhæserant, accommodatis. Rarissimus frutex ne vestigium quidem crustæ tartaræ, quæ huic speciei alioqui non infrequens est, ostendit. Locus ejus natalis nobis ignotus est: nec adeo liquet, qua de ratione Veteres id genus plantis nomen *Hippuridis* imposuerint.

Num. 5 & 9. *Ramuli corallini, luteoli, lapidi spongioso adnati.*

Singulares isti lapilli, adnatis Coralliorum ramulis eleganter ornati, nigricantes, materie fragili ac spongiosa concreti videntur. Locus, unde ad nos pervenerunt, non succurrit. Vegetatio corallina, quæ plana expansione superficiei concinne adnascitur, texturæ quoque videtur lapideæ, densæ ac compactæ. Color est dilute flavescens.

Num. 6. *Frutex marinus, lignosus, adnata concha, tenuiter muricata, quæ Crepitaculum leprosi vocatur, conspicuus.*

Imperfecta hæc ac mutila plantula, ex dilute griseo colorata, adglutinatum præ se fert elegans Ostreum, quod muricatum leprosi crepitaculum vulgo appellari solet, albidoque colore sese distinguit.

Nº. 2. *Arbrisseau marin, mort, chargé de diverses espèces de Corallines.*

Outre quelques coquilles d'Huitres, qui se sont attachées à ce rameau mort, on y remarque encore particulièrement deux espèces bien distinctes de Corallines, qui y ont pris naissance. Celle qu'on indique par la Lettre a. est la même que celle dont nous avons donné la description à la Planche C. Nº. 17, 18 & 19. Let. b. b. b. est une autre espèce de Coralline, qui se divise en plusieurs rameaux déliés, irréguliers, & garnis de petits nœuds.

Nº. 3. *Arbrisseau marin, ligneux, dont les rameaux, étendus de chaque côté en manière d'éventail, sont par-tout enduits d'une croute tartreuse & noueuse.*

Quelques Auteurs donnent à cette espèce, de même qu'à plusieurs autres, qui diffèrent fort entre elles, le nom de *Lithophytes*, ce qui signifie *Plantes pierreuses*; quoiqu'elles soient d'une tout autre nature. *Clusius* l'appelle, d'après *Theophraste*, *Chêne marin*; & je pense que ce nom lui convient beaucoup mieux. Sa substance tient en effet plutôt de la nature du bois. Les branches s'écartent de chaque côté, & s'aplanissent comme les *Eventails marins*; mais elles ne se partagent pas régulièrement. Toute la superficie de cette plante est couverte d'une croute tartreuse & d'un jaune clair, mais inégale, ainsi que cela se remarque dans quelques autres espèces: elle est, au contraire, noueuse, & comme parsemée de mammelons ou petites verrues très-druës & ferrées les unes contre les autres. On voit au milieu de chaque verrue une petite fosse ou cavité. Cette croute enlevée, on aperçoit l'Arbrisseau même, qui est d'un brun clair, ligneux, lisse. Il parvient rarement à une grandeur plus considérable que celle qu'on lui donne ici. On le trouve sur les côtes d'Amérique, & autres.

Nº. 4. *Arbrisseau marin, ligneux, à tige ronde, & à rameaux articulés.*

La couleur de cet Arbrisseau ligneux est d'un brun tirant sur le jaune clair. La tige se divise d'une manière irrégulière en plusieurs rameaux, qui deviennent petit-à-petit plus déliés, & dont les extrémités sont pointues. Ces rameaux, de même que la tige, sont arrondis, ont la surface lisse, & se trouvent entrecoupés çà & là de plusieurs articulations. La racine est composée de six parties, de figure & de grandeur inégales, qui forment ensemble une large patte, disposée horizontalement, & faite apparemment de cette manière, pour mieux s'adapter au corps qu'elle embrassoit auparavant, & qui lui servoit de base. Cet Arbrisseau, extrêmement rare, ne laisse appercevoir, en aucun endroit, la moindre trace de cette croute tartreuse, qui est néanmoins assez ordinaire à cette espèce. Nous ne savons point d'où il vient originairement, & nous ignorons aussi pourquoy les Anciens ont donné à ces sortes de plantes de nom d'*Hippuris*.

Nº. 5 & 9. *Branches de Corail, d'un jaune clair, attachées à une pierre spongieuse.*

Ces petites Pierres extraordinaires, de couleur noirâtre, & si proprement ornées de branches de Corail, qui y ont végété, paroissent être formées d'une matière fragile & spongieuse. Le lieu, d'où on nous les a envoyées, nous est inconnu. Le Corail, qui se plaque & s'attache si joliment sur la surface de la pierre, paroît être aussi d'une substance pierreuse, ferrée & compacte. La couleur est d'un jaune clair.

Nº. 6. *Arbrisseau marin, ligneux, chargé d'un Coquillage un peu hérissé, connu sous le nom de Cliquette de Lépreux, qui y a végété.*

Cette petite plante, imparfaite & tronquée, d'un gris clair, est chargée d'une belle Huitre blanche, qui s'y est collée, & que l'on appelle communément *Cliquette de Lépreux*, hérissée, à cause des

guit. Plures hujus generis species, prioribus tabulis, inter conchas bivalves, aeri incisas descripsimus. Amant similiter, ac Ostrea, quibus a rupibus nomen est, certis quibusdam corporibus firmis, rupibus, Coralliis marinis, aliisque ejusmodi, sese adglutinare: tametsi hoc ipsum tamen Ostreis rupicolis, *Rots-doubletten* dictis, quæ commissura suarum valvarum a Crepitaculo Leprosi multum discrepant, præprijis proprium perpetuumque est.

Num. 7. *Corallina tubulosa, plurimis fistulis, longis, cavis, inter sese implicitis, constans.*

Admirabilium varietatum, quas Natura in formandis rebus creatis manifestat, infinitus numerus est. Corallina isthæc; quo nomine omnes illas ambiguas species, capillaceas, muscosas, comprehendimus; verius nidum refert minutissimorum insectorum, polyporum, aut vermiculorum, quam quidem corallium aut plantam. Numerosis constat tubulis, longis, admodum subtilibus, circum tenuem bacillum inter sese implicitis, ex flavescente fuscis, diaphanis, valde fragilibus, qui usti cornu olent. In litoribus Angliæ, Belgii, aliisque frequens occurrit.

Num. 8. *Frutex marinus, corneus, irregularis, crusta tartarea crassa tectus, Ostreo adnatus.*

Nigro est colore, materie cornea. Rami ejus partim defracti sunt, partim valde irregulares. Crusta tartarea, grisei coloris, admodum densa & crassa, ramorum extremos apices duntaxat contegit; ut ideo alicubi veluti foliacea appareat. Truncus ipse pro basi Ostreum habet, cinereo grisei coloris, nonnullisque maculis rubris distinctum.

TABULA CENTESIMA ET SEPTIMA.

Num. 1. *Cochlea alata lata, cui frutex marinus lignosus accrevit.*

Quod hic exhibetur, specimen oppido rarum, primæ magnitudinis cochlea est marina, quam Belgæ ideo, ut ab aliis id genus speciebus distinguant, *de groote Laphoorn* appellant; denominatione ab ala late expansa, quæ huic generi propria est, petita. Inusitatus huic Cochleæ insidet frutex marinus, inter omnes hucusque cognitos, quantum scio, maximus. Trunco is constat lignoso, saturate fusco, arboris in modum ramoso. Imo tres distincti frutices de hac cochlea, tanquam de basi sua, progerminant, quorum alter decem fere pedum altitudinem attigisse videtur, alii duo trium modo quatuorve pedum. Nautæ, quod dolendum est, postquam memorabile istud corpus, e mari Novæ Hispaniæ, reti piscatorio protraxerant, duos truncos ad radicem usque propemodum rescuerunt; ut commodius reponere ac secum vehere possent. Radix undiquaque superne ac inferne sese cochleæ adfixit amplissima basi, pro constanti istarum plantarum more. Circa caput istius cochleæ, quod communiter, licet perperam, a Conchyliophilis, pro cauda habetur, alius adhuc cernitur ramus, distinctus, radice sua introrsum porrectus. Quin & nonnullæ insuper hic comparent Madreporæ, appositis literis notatæ, de quibus dicendi deinceps occasio dabitur. Ne quid vero desiderari possit, tabula sequente etiam oppositam faciem rarissimi hujus corporis aeri incisam exhibuimus.

Num. 1.

pointes aiguës dont elle est armée. Dans les Planches précédentes nous avons déjà donné la description & les figures de plusieurs sortes de ces Coquillages, parmi ceux qui se nomment bivalves. Ils aiment, de même que les *Rupicoles*, en Hollandois *Rots-doubletten*, ou *Doublettes de Rocher*, à se coller contre certains corps fermes, tels que sont les rochers, les Coraux marins, & autres de cette nature; quoique cette propriété appartienne particulièrement, & même toujours, aux *Rupicoles*, qui diffèrent beaucoup de la Cliquette de Lépreux par la charnière de leurs coquilles.

Nº. 7. *Coralline tubuleuse, composée d'un grand nombre de tuyaux, longs, creux, entortillés les uns dans les autres.*

La Nature a employé une variété infinie & admirable dans la formation des créatures. Cette Coralline (nous comprenons sous ce nom toutes ces espèces ambiguës, cheveluës, en manière de mousse) ressemble beaucoup plus à un nid de petits Insectes, de Polypes, ou de Vermisseaux, qu'à un véritable Corail, ou à une plante. Elle est formée de quantité de tuyaux, longs, extrêmement déliés, entortillés les uns dans les autres autour d'un petit bâton, d'un brun jaunâtre, transparens, très-fragiles, & qui sentent la corne quand on les brûle. Elle se trouve ordinairement sur les côtes d'Angleterre, de Hollande, & autres.

Nº. 8. *Arbrisseau marin, tirant sur la nature de la corne, irrégulier, couvert d'une croute épaisse tartreuse, attaché sur une Huitre, où il a végété.*

Cet Arbrisseau est noir, & d'une substance qui approche de la corne. Ses rameaux sont ou rompus, ou très-irréguliers. Une croute tartreuse, de couleur grise, fort ferrée & fort épaisse, ne couvre que les extrémités des rameaux; ce qui la fait paroître en

quelques endroits comme foliacée. Le tronc a pour base une Huitre, d'un gris cendré, & marquetée de taches rouges.

PLANCHE CENT-SEPTIÈME.

Nº. 1. *Grande Coquille ailée, sur laquelle on voit un Arbrisseau marin ligneux, qui y a pris naissance.*

La pièce que l'on représente ici, est une Coquille marine extrêmement rare, & de la plus grande espèce. Pour la distinguer des autres Coquilles de cette sorte, les Hollandois l'appellent *la grande Laphoorn*, nom qui désigne la grandeur de son bec étendu en forme d'aile, & qui lui convient particulièrement. Sur cette Coquille repose un arbrisseau marin tout-à-fait singulier, & le plus grand que je connoisse jusqu'à présent. Son tronc est ligneux, d'un brun foncé, & se partage en plusieurs branches & rameaux comme un arbre ordinaire. Il part même de cette Coquille, comme d'une base commune, trois arbrisseaux bien distincts, dont l'un paroît avoir eu environ dix pieds de haut, & les deux autres seulement trois ou quatre pieds. C'est dommage que les Matelots, après avoir tiré avec leur filet, de la mer de la Nouvelle Espagne, ces rares productions, en ont coupé deux troncs presque jusqu'à la racine, afin de pouvoir les ferrer plus commodément & les emporter avec eux. La racine embrasse étroitement de toutes parts, tant en dessus qu'en dessous, la Coquille, comme cela se remarque toujours dans ces sortes de plantes. Vers la tête de cette Coquille, que les Curieux prennent communément, quoique mal-à-propos, pour la queue, on voit encore un autre rameau séparé, dont la racine a pris naissance en dedans. On a de plus représenté ici quelques Madreporés, indiquées par des lettres de renvoi, & dont nous aurons occasion de parler dans la suite. Enfin, la singularité de cette rare production nous a portés à en exposer, dans la Planche suivante, le côté opposé, qui est l'intérieur.

Nº. 1.

- Num. 1. A. A. A. Trunci resecti.
 B. B. B. Rami reliqui lateraliter & deorsum protensi.
 C. C. C. C. C. Radix corticosa, per superficiem Cochleæ expansa.
 D. D. D. Madreporæ, magnæ, parvæ, Cochleæ adnatæ.

Num. 2. *Cochlea, Auris Gigantea dicta, quam undique obsidet materies corallina.*

Conchyliis univalvibus annumerari hæc cochlea debet, cujus formam haud satis distincte internoscere licet ob ingentem, qua tegitur, materiæ corallinæ, velut coagulatae, expansionem. Nomen illa gerit Auris giganteæ, vel Cochleæ margariticæ, ore rotundo. Interna ejus superficies, margaritacea, elegantissima colorum varietate, quam & externa superficies, cum decorticata & lævigata est, monstrat, amœnum spectaculum præbet. Patula sua sede faxis rupibusque semet adfigere solet, pari ratione ac Patellæ. Ex Promontorio Bonæ Spei ad nos delata est.

Num. 3. *Frutex corneæ naturæ, cujus ramuli prælongi, tenues, parumque divisi, crusta rubra obtecli sunt.*

Titanokeratophyton hoc est Auctorum. Substantiæ ejus corneæ crusta ex rubro utcunque purpurascens accrevit. In ramos abit graciles, teretes, longos, qui sese rursus in similes alios dividunt. Crusta tartarea, præcipue circa summitates ramulorum, tuberculis, minutisque veluti porulis conspicua est. Imæ sedi hujus fruticis nonnulla conchyliia adnata sunt de genere Ostreorum, quæ a crista galli nomen habent; quamquam inter spurias modo hujus generis species referri queant. Sub lit. A. unam istarum concharum apertam, grisei coloris, repræsentamus. Et hoc specimen ex Promontorio Bonæ Spei transmissum accepimus.

Num. 4. *Keratophyton vulgare, nigrum; ramulis teretibus, in tenuia filamenta exeuntibus.*

Dubito, utrum niger hic frutex, filici adnatus, imperfectior forte, nec satis adulta sit species illi similis, quam Tab. CIV. Num. 2. descripsimus. Videntur certe multum inter se convenire. Accepi ex Indiis Occidentalibus.

Num. 5. *Frutex lignosus, cui Ostrea quedam adnata sunt.*

Liquere hic potest, quam promiscue obviis quibusvis corporibus Ostreorum genus sese affigat. Habent nimirum Ostrea id sibi præ ceteris quibuscunque conchis proprium. Quæ ratio est, ob quam ab Auctoribus inter animalia androgyna relata sint. Forte tamen a veritate haud aberraverit, qui statuatur, universæ conchyliorum bivalvium familiæ facultatem sese sine pari multiplicandi inditam esse. Ostrea, huic frutici dilute fusco adnata, haud multum discrepant ab illis, quæ supra ad Num. 3. hujus tabulæ habentur: tenuiora modo sunt atque intus margaritica. Fruticis ista species in multis maribus reperitur faxis infixæ.

Num. 6.

- Num. 1. A. A. A. Troncs coupés.
 B. B. B. Branches qui partent du tronc, & qui se jettent latéralement & en-embas.
 C. C. C. C. C. Racine qui tient de la nature de l'écorce, laquelle s'étend sur la surface de la Coquille.
 D. D. D. Madrépores, grandes & petites, attachées à la Coquille, sur laquelle elles ont pris naissance.

Nº. 2. *Coquille, appelée Oreille de Géant, toute parsemée de matière coralline.*

On doit ranger cette Coquille dans la classe des Univalves. Il est assez difficile de bien distinguer sa forme, à cause de la grande quantité de matière coralline dont elle est enduite, & qui s'y est comme figée. Elle a la bouche ronde. On lui donne le nom d'Oreille de Géant, ou de Coquille perlée. Sa surface interne, marquetée de nacre de perle, & bigarrée de diverses couleurs, offre à la vue un agréable spectacle, de même que sa surface externe, lorsqu'on la polit, après l'avoir dépouillée de son enveloppe. A l'aide de sa large ouverture, elle s'attache étroitement aux rochers, de la même manière que les Patelles. Nous l'avons reçue du Cap de Bonne-espérance.

Nº. 3. *Arbrisseau, qui tient de la nature de la corne, à rameaux longs, déliés, un peu divisés, & couverts d'une croute rouge.*

Les Naturalistes lui donnent le nom de Titanokeratophyton. Sa substance, que l'on prendroit pour de la corne, est comme enduite d'une croute, dont la couleur est d'un rouge qui tire un peu sur le pourpre. Il se partage en branches déliées, arrondies, longues, lesquelles se subdivisent encore en d'autres rameaux semblables. La croute tartreuse est remarquable par ses tubercules, & par quantité

Tom. III.

de petits trous dont elle est comme criblée, sur-tout vers l'extrémité des rameaux. La base de cet Arbrisseau est chargée de quelques Coquillages, qui y ont pris naissance, & qui appartiennent au genre de ces Huitres qu'on nomme la Crête de Coq, quoiqu'on puisse les regarder comme des espèces bâtardes de ce genre. Nous avons représenté à la lettre A. un de ces Coquillages ouvert, qui est de couleur grise. Cette pièce nous a été envoyée du Cap de Bonne-espérance.

Nº. 4. *Keratophyton commun, noir, à rameaux arrondis, qui se terminent en filets déliés.*

Je ne sai si cet Arbrisseau noir, qui a pris racine sur un caillou, n'est pas une espèce encore jeune & imparfaite, semblable à celle dont nous avons donné la description au Nº. 2. de la Planche CIV. On peut dire en effet qu'il y a entre elles beaucoup de rapport. Je l'ai reçu des Indes Occidentales.

Nº. 5. *Arbrisseau ligneux, auquel quelques Huitres se sont attachées.*

Cet exemple nous prouve que les Huitres s'attachent indifféremment à tous les corps qu'elles rencontrent. C'est effectivement une propriété qui leur convient encore plus qu'à toute autre sorte de Coquillages. De-là vient que les Naturalistes les rangent parmi les animaux qui sont tout ensemble mâles & femelles. Mais peut-être n'est-ce pas trop s'écarter de la vérité, que d'attribuer à toute la famille des Coquillages bivalves, la faculté d'engendrer sans le secours de leurs semblables. Les Huitres, que l'on voit attachées à cet Arbrisseau d'un brun clair, ne diffèrent pas beaucoup de celles qui sont représentées au Nº. 3. de cette Planche: elles sont seulement plus minces & perlées en-dedans. Cette espèce d'Arbrisseau végète contre les rochers dans plusieurs mers.

D d d

Nº. 6.

Num. 6. *Frutex lignosus, planus, instar ventilabri, ramulis inter se concretis, crusta tartarea, rubra, undique contactus.*

Elegans hæc plantula fruticosa crustam saturate rubram sibi undique circumfusam monstrat. Truncus teres, humilis, in scopulo etiamnum radicans, secundum latitudinem mox secedit in plurimos ramulos, qui inter sese connascuntur, at sparsim tamen & alias emittunt propagines, tempore demum concreturas. Ad Promontorium Bonæ Spei pluresque alias Africæ oras reperitur.

Num. 7. *Buccinum vulgare, alga marina, foliis brevibus, nodosis, confitum.*

Buccinorum generi annumeranda hæc cochlea frequenter in litore pagorum maritimorum, Sandvoordæ & Scheveningæ, occurrit, incolisque Tuba Sonora dicitur. Coloris est sordide cinerei, quandoque lutei, rugis sulcisque profunde arata. Alga infidens, foliolis crassis, brevibus, nodosis, prædita, ad illud genus pertinet, quod Tab. XCVIII descripsimus.

Num. 8. *Keratophyton, ramulis lateralibus brevibus, conjugatis, crusta obscure lutea tectum.*

Materiem hujus fruticis corneam esse inde constat, quod pelluceat, ubi crusta tollitur, cornuque oleat in ignem conjectus. Pro basi simile Ostreum est, ut supra. Locus natalis Nova Hispania.

Num. 9. *Uva marina, bacculis longo caudici dense adnatis.*

Quam hoc loco exhibemus, Uva marina raro occurrit. Bacculæ ejus, Piperis granis similes, dense stipatæ, cauliculo prælongo, duro ac veluti resinoso, circumcirca adnascuntur, intusque, lapidis instar duræ, albicant, foris, ut ipse etiam caulis, ex fusco utcunque virescunt. Ex Nova Hispania accepi. Musei Besleriani T. XXII. consimilis species, at caule carens, describitur.

Num. 10. *Pulmonaria marina, foliacea.*

In lapide radicata hæc plantula, ob qualemcunque similitudinem, Pulmonaria marina dicitur. Pediculi non minus, quam folia ejus, obscure thalassino sunt colore. Folia, ut plurimum bifida, utraque facie ex albido resplendent, quasi albis squamulis obsita. Forte Escharæ species est, quæ ipsis adhæret. Sparsim tamen & fuscæ maculæ comparent, iis nimirum locis, uti videtur, quos Eschara nudos reliquit. Ex Nova Hispania allata est.

TABULA CENTESIMA ET OCTAVA.

Num. 1. *Cochlea alata lata, cui frutex marinus, lignosus, accrevit, ima sede conspicienda.*

Præcedente tabula faciem superiorem hujus Cochleæ exhibuimus: hoc loco eadem inversa depingitur;

Nº. 6. *Arbrisseau ligneux, plat en manière d'éventail, à rameaux entrelacés, & par-tout couvert d'une croute rouge & tartreuse.*

Ce joli petit Arbrisseau est par-tout revêtu d'une croute d'un rouge foncé. Son tronc arrondi, court, & qui tient encore au morceau de roc sur lequel il a pris naissance, se partage d'abord en un grand nombre de branches, qui ne tardent pas à s'entrelacer, & jettent ensuite çà & là d'autres rameaux, qui se joignent de la même manière, & se confondent enfin les uns avec les autres. On le trouve au Cap de Bonne-espérance, & sur plusieurs autres côtes d'Afrique.

Nº. 7. *Buccin commun, couvert d'une Algue marine à feuilles courtes & noueuses.*

Cette Coquille, qui appartient au genre des Buccins, se rencontre fréquemment sur le rivage des villages de Zandvoord & de Scheveling, & est connuë des habitans sous le nom de Trompette. Elle est d'un gris sale, quelquefois jaune, ridée & fillonnée profondément. L'Algue, qui y a pris naissance, a de petites feuilles épaisses, courtes, noueuses, & appartient à l'espèce dont nous avons donné la description à la Planche XCVIII.

Nº. 8. *Keratophyton, à rameaux latéraux courts, conjugués, & couvert d'une croute d'un jaune foncé.*

Ce qui prouve que cet Arbrisseau tient de la nature de la corne, c'est qu'il est transparent, lorsqu'on le dépouille de son enveloppe, & qu'il sent effectivement la corne quand on le brule. Il repose sur une Huitre de l'espèce de celle dont on vient de faire mention. Il croît dans la Nouvelle Espagne.

Nº. 9. *Raisin marin, à grains ronds, & serrés, attachés à une longue tige.*

Le Raisin marin que nous représentons ici, ne se trouve que rarement. Sa grappe est garnie tout à l'entour de baies ou grains fort drus, semblables à ceux du poivre, & attachés à une longue tige. Ces grains sont blanchâtres en-dedans, & durs comme la pierre; mais en-dehors ils sont, de même que la tige, d'un brun qui tire un peu sur le verd foncé. J'ai reçu ce Raisin de la Nouvelle Espagne. On a donné la description d'une espèce semblable, mais sans tige, dans le Tom. XXII. du *Museum Beslerianum*.

Nº. 10. *Pulmonaire marine, foliacée.*

Cette petite Plante, qui a pris racine sur une pierre, a été ainsi nommée à cause de sa ressemblance avec la Pulmonaire. Ses pédicules, de même que ses feuilles, sont d'un verd de mer foncé. Ses feuilles, ordinairement fourchuës, sont en-dessus & en-dessous d'un blanc éclatant, comme si elles étoient couvertes de petites écailles blanches. C'est peut-être une espèce d'*Eschara*, qui s'y est attachée. On y voit cependant çà & là quelques taches brunes; & il y a lieu de croire que ce sont ces mêmes endroits que l'*Eschara* a laissés dégarnis. Cette Pulmonaire nous a été envoyée de la Nouvelle Espagne.

PLANCHE CENT-HUITIÈME.

Nº. 1. *Grande Coquille ailée, vue par-dessous, à laquelle tient un Arbrisseau marin ligneux.*

Nous avons fait voir, dans la Planche précédente, la face supérieure de cette Coquille: nous la représentons encore ici, mais ren-

tur; ut in cavum ejus introspicere liceat. Patet adeo, quo pacto minimus ille frutex, cujus caudex, lit. A. notatus, de ore hujus cochleæ prorumpit, hic radices suas fixerit. Ad regionem superiorem, qua itidem lit. A. posita est, arboris maximæ, averso latere conspicuæ, radix late adnata cernitur.

Interna facies alæ, unde, uti supra monuimus, universa harum cochlearum familia nomen accepit, ut plurimum introrsum elegantissimo colore chermefino, dilutiore, pictam sese offert. Cælaturæ periti artifices inde, qua color maxime eminent, segmenta quædam excidunt, quibus utuntur ad minutas effigies formandas; ita quidem, ut, qui in segmentis natura insunt, varios rubedinis gradus nativo faciei, quam exprimere volunt, colori scite accommodent.

Cochlea hæc vetustate suum colorem amisit, nec nisi sordide grysea est & in squamulas veluti corrofa superficie interna.

Num. 2. *Fungus marinus lapideus, foliis erectis, dentatis.*

Rupi cinereæ infidet hæc planta, quæ tota quanta lamellis constat tenuibus, erectis, dentatis, nonnullis ultra ceteras eminentibus. In medullis rotundæ species cavitatis datur, quæ ipsa tamen & minoribus ex bracteolis, erectis dentatisque, construitur. Color cinereus est. Locus natalis Nova Hispania.

Num. 3 & 5. *Fungi marini, foliolis tenuissimis, erectis, non dentatis.*

Hæc species, sicubi paulo grandior est, inter Belgas nomen habet a Brassica Pompejana. Differt autem manifeste a specie superiore, cujus folia firma, dentata, velut radii ex communi centro prodeunt: in hac contra tenuissima sunt, fragilia, non dentata; nec ordinate ex centro radiata, sed magis irregulariter inter se decurrunt. Color gryseus est. Pro basi est fragmentum rupis, ex quo planta succrevit. In utrisque Indiis reperiuntur: hæc specimina ex Occidentalibus allata sunt.

Num. 4. *Fungus marinus, nonnihil a priore Num. 2. discrepans.*

Ambitu rotundiore terminatur, quam ille, qui Num. 2. descriptus est, centralisque ejus umbilicus depressior. Tabulis sequentibus plura exhibebimus specimina, ad idem genus pertinentia, quæ conformatione duntaxat aliquantum deflectunt.

Num. 6. *Coralium nodosum, Milleporæ species.*

Quod hic proponimus, Coralium, suo, unde prodiit, lapidi etiamnum inhærens, coloris est ex luteo cinerei. Ramuli crassi sunt, nodosi, innumeris distincti porulis, intus lævibus, nec stellæ in modum radiatis: ut ideo *Milleporis* annumerari debeat. Ex Curassoa, ubi priores etiam species proveniunt, accepimus.

Num. 7. *Coralium singulare, ramulis rotundis, tubulatis, nullo ordine compositis.*

Multum variante & figura & colore hæc plantula occurrit faxis scopulisque adnata. Nostrum hoc spe-

renversée; afin que l'on puisse examiner sa structure intérieure. On voit donc de quelle manière le plus petit Arbrisseau y a pris racine, & comment sa tige, indiquée par la lettre A, sort de la bouche de cette Coquille. En-haut, à l'endroit où l'on a placé une autre lettre A, paroît le plus grand Arbre, aussi renversé, dont la racine occupe un grand espace.

La face interne de l'aîle, d'où toute la famille de ces Coquilles a tiré son nom, comme nous l'avons déjà dit, est colorée en dedans d'un très-beau rouge cramoisi clair. Les habiles Graveurs savent enlever des endroits où la couleur a le plus d'éclat quelques segmens, dont ils se servent pour faire de petits portraits; de sorte qu'ils adaptent adroitement à la couleur naturelle du visage qu'ils veulent former, les différens degrés de rougeur, qui se trouvent naturellement dans ces segmens.

Cette Coquille est si vieille, qu'elle a perdu la belle couleur naturelle qu'elle avoit: elle est maintenant d'un gris sale, sa surface interne tombant en écailles, comme si elle étoit rongée.

Nº. 2. *Champignon marin pierreux, à feuilles droites & dentelées.*

Cette Plante repose sur une pierre de roche de couleur grise. Elle n'est composée que de lames minces, droites, dentelées, parmi lesquelles il s'en trouve qui débordent les autres. Il y a dans le milieu une espèce de cavité ronde, qui est faite elle-même de petites feuilles, aussi droites & dentelées. Sa couleur est cendrée. Elle croît dans la Nouvelle Espagne.

Nº. 3 & 5. *Champignons marins, à feuilles très-minces, droites, non dentelées.*

Lorsque cette espèce est un peu grande, les Hollandois lui don-

nent le nom de Chou-fleur de mer. Elle diffère sensiblement de l'espèce précédente, dont les feuilles sont fermes, dentelées, & partent, comme des rayons, d'un centre commun; au-lieu que les feuilles de celle-ci sont très-minces, fragiles, non dentelées: elles ne naissent point non plus d'un centre, ni en manière de rayons, ni régulièrement; mais elles ont entre elles une direction confuse & sans ordre. La couleur de ces Plantes est d'un gris clair. Elles ont pour base un morceau de roche, sur lequel elles ont végété. On en trouve dans les deux Indes: celles que nous représentons ici nous ont été apportées des Indes Occidentales.

Nº. 4. *Champignon marin, un peu différent de celui du Nº. 2.*

Son pourtour est plus arrondi que celui du Champignon dont on a donné la description au Nº. 2, & sa cavité centrale est plus enfoncée. Dans les Planches suivantes nous en représenterons plusieurs autres sortes, qui appartiennent au même genre, & qui ne diffèrent que par leur conformation.

Nº. 6. *Corail noueux, ou espèce de Millépore.*

Le Corail que nous représentons ici, encore attaché à la pierre sur laquelle il a pris naissance, est d'un gris cendré. Ses rameaux sont gros, noueux, percés d'une infinité de trous non rayonnés, mais ronds & lisses en dedans; de sorte qu'on doit le ranger au nombre des *Millépores*. Nous l'avons reçu de Curaçao, où croissent aussi les espèces précédentes.

Nº. 7. *Corail singulier, à rameaux ronds, tubuleux, disposés irrégulièrement*

Cette petite Plante, que l'on trouve adhérente aux rochers, varie beaucoup, tant par sa figure que par sa couleur. La nôtre est blan-

specimen albido est colore, ramulis inæqualibus, teretibus, angusta intus cavitate perviis. In Indiis Occidentalibus frequens est.

Num. 8. *Coralium, ramulis teretiusculis, implicatis, solidis, nec tubulatis, superficiem cochleæ murinæ obsidens.*

Haud rarum est id genus Cochlearum marinarum in museis curiosorum offendere. Plurimæ earum, quas ita conformatas vidi, ad genus Trochorum pertinent. Quæ hoc loco exhibetur, undiquaque propemodum contacta est, ut vel aperturam ejus non nisi leviter conspiceri liceat. Coralium, quo obvolvitur, albidi est coloris, densaque, sed fragili, materie constat, ramulisque teretibus, parvis, implicatis.

Num. 9. *Madrepora tubulosa; tubulis discretis, in formam pilæ sphericæ concretis.*

Ferrandus Imperatus tres diversas istius speciei icones exhibet sub nomine *Millepori* vel *Pori matronalis*. Aliis dicitur *Acropora*. Videtur commode appellari posse Madrepora tubulosa, aut Coralium stellatum, tubulatum; ut ab aliis speciebus, deinceps exponendis, distinguatur.

Tubuli stellati superficie lævi sunt, forma tereti, colore dilute gryseo, singulique inter sese disparati. Massæ tamen, quas juxta se mutuo crescentes componunt, non ejusdem semper figuræ sunt. Hæc nostra pro basi habet albidum lapidem, cujus circumferentiæ ita accrevit, ut pilam veluti efformet. *Mercatus* in *Metallotheca Vaticana*, pag. 134. perram speciem describit. Nosram ex *Curaçoa* obtinuimus.

Num. 10. *Frutex marinus lignosus, crusta ex gryseo lutea vestitus.*

Prioribus tabulis hanc speciem jam descripsimus. Demonstrandæ igitur varietatis ergo hic tantum exhibetur.

Num. 11. *Frutex lignosus, ramulis gracilibus, teretibus, lævibus.*

Differt aliquantum ab aliis speciebus supra descriptis. Colore est ligni quercini; ramuli læves sunt, teretes & tenaces. Siliculo ceterum, uti prior, infidet.

Num. 12. *Ostreum, in quo ramulus fruticis marini, & plures siliculi defixi sunt.*

Ut pateat, quam diversis modis ista corpora inter se concreta inveniuntur, elegantissimam hic depingimus Ostrei speciem, valde tenuem, ac colore margaritico resplendentem. Cavo ejus frutex sese infixit, qui utrinque ramulos suos exferit. Intus & plurimi hærent siliculi, diversis coloribus venusti.

TABULA CENTESIMA ET NONA.

Num. 1. *Fungus marinus, lapideus, ramosus, foliis non serratis, pertenuibus, erectis.*

Differt hæc species a proxime sequente eo, quod erectæ valdeque tenues lamellæ, quæ ipsam plantam

blanche, à rameaux inégaux, ronds, & percés en dedans d'une cavité étroite. Il y a beaucoup de ces sortes de Plantes dans les Indes Occidentales.

Nº. 8. *Corail à rameaux un peu arrondis, entrelacés, point tubuleux, mais solides, embrassant la surface d'une Coquille de mer.*

Il n'est pas rare de rencontrer ces sortes de Coquilles de mer dans les cabinets des Curieux. La plupart de celles, auxquelles j'ai remarqué cette structure, appartiennent au genre des Sabots. Celle que l'on représente ici, est presque par-tout si bien couverte, qu'on aperçoit à peine son ouverture. Le Corail, dont elle se trouve enveloppée, est de couleur blanche, & d'une substance ferrée, mais fragile. Ses rameaux sont arrondis, courts, entrelacés.

Nº. 9. *Madrépore tubuleuse, à tuyaux séparés, qui forment ensemble une concrétion faite en manière de bale sphérique.*

Ferrante Imperato nous représente trois figures différentes de cette espèce, à laquelle il donne le nom de *Millepore* ou *Pore matronale*. D'autres l'appellent *Acropore*. Il semble qu'on pourroit fort bien la nommer Madrepore tubuleuse, ou Corail étoilé, tubuleux, pour la distinguer des autres espèces dont nous parlerons ci-après.

Les Tuyaux étoilés sont lisses, arrondis, d'un gris clair, & séparés les uns des autres. Les concrétions qu'ils forment par leur assemblage, ne sont pas toujours de la même figure. La nôtre a pour base une pierre blanchâtre, qu'elle embrasse de telle manière, qu'elle forme comme une boule. *Mercatus* en décrit une espèce fort rare à la page 134. de sa *Metallotheca Vaticana*. Celle que l'on voit ici nous a été envoyée de *Curaçao*.

Nº. 10. *Arbrisseau marin ligneux, couvert d'une croute d'un jaune tirant sur le gris.*

Nous avons déjà donné la description de cette espèce dans les Planches précédentes. Nous ne la représentons donc ici que pour en faire voir la variété.

Nº. 11. *Arbrisseau ligneux, à rameaux déliés, lisses & arrondis.*

Il diffère un peu des autres espèces dont on a déjà fait mention ci-dessus. Il est de la couleur du bois de chêne. Ses rameaux sont lisses, arrondis & coriaces. Il tient, comme le précédent, à un petit caillou.

Nº. 12. *Coquille d'Huitre, dans laquelle s'est attachée une branche d'Arbrisseau marin, avec plusieurs petits cailloux.*

Pour faire voir en combien de manières différentes ces corps peuvent s'unir entre eux, nous représentons ici une espèce d'Huitre d'une grande beauté, très-mince, & d'une couleur de nacre de perle qui a beaucoup d'éclat. C'est dans le creux de cette Huitre que s'est attachée un branche d'Arbrisseau, dont les rameaux s'étendent de chaque côté. On voit encore au-dedans plusieurs petits cailloux, qui s'y sont collés, & qui se font remarquer par la variété & la beauté de leurs couleurs.

PLANCHE CENT-NEUVIÈME.

Nº. 1. *Champignon marin, pierreux, rameux, à feuilles non dentelées, très-minces, droites.*

Cette espèce diffère de la suivante, en ce que les petites branches

tam constituunt, nequaquam ferratæ sint, sed cuspidatæ in æquabilem veluti cultri aciem abeant. Ratione ramificationis magna est inter hanc illamque, quæ, erectis ferratisque bracteolis donata, Num. 6. hujus tabulæ exhibetur, convenientia. Quod ad conformationem attinet, multa tum in hac specie, tum in sequentibus, animadvertitur discrepantia: neque enim adeo semper in orbem composita sunt foliola, aut truncus ramive exacte rotundati, sed multiplex ubique datur in oblongam, intropressam, iterumque protuberantem formam deflexio. Omnes istæ species, meo quidem judicio, ad genus tam simplicium, quam ramosarum, Madreporarum pertinent. In diversis maribus, maxime tamen ad litora Curassovica, inveniuntur.

Num. 2, 3, 4, 5, 6, 7 & 8. *Fungi marini, lapidei, foliolis erectis, ferratis; externa tantum forma inter se differentes.*

Tabula priore, Num. 2 & 4. duas jam descripsimus species Fungorum marinorum, qui externa modo conformatione ab his discrepant. Patere hinc potest, quam multis inter sese varietatibus hæc corpora ludant; quanquam credibile est, ad idem tamen omnia & singula pertinere genus, nec nisi accidentarias esse eorum differentias. Color omnibus idem fere est dilute gryseus; tametsi & sæpiuscule ex luteo albicantia occurrant. Ut ut vero magnopere inter se differre primo intuitu videantur; mutua tamen comparatione facile elucescit, ejusdem esse naturæ.

Num. 2. Similia præ se fert tubera flosculosa, ac Num. 3; hujusque flosculi sunt, quales Num. 6. Posterioris hujus caudici adnati sunt duo lapides stellati, de quibus infra plura.

Num. 4. Suis flosculis haud multum abludit ab illis Num. 6.

Num. 5. Insidet fragmento rupis obscure gryseæ, atque orbiculari sui floris ambitu, formaque planiore, sese potissimum a ceteris distinguit. Partes tamen ejus constituentes, ac modus compositionis, affatim monstrant, non esse, cur pro peculiari specie habeatur.

Num. 7 & 8. Exhibetur tuber flosculosum, generis dentati, ferra divisum; ut tam interna, quam externa, ejus facies appareat.

Num. 9 & 10. *Fungus marinus, maximus, foliolis erectis, pertenuibus, non dentatis; cui nomen est Brassicæ Pompejanæ.*

Hæc species, cujus duo imperfectiora exempla præcedente tabula, Num. 3 & 5. exhibuimus, proprie inter Belgas nomen Brassicæ Pompejanæ accepit. Quod ad partes constituentes satis cum prioribus convenit; differt eo, quod ut plurimum formam affectet sphaericam depressam, aut hemisphaericam, basi vel plana, vel utcunque concava, vel extuberante caudice donata. Apud Scriptores antiquiores diversis sub nominibus venit. *Beslero* in *Museo* appellatur *Placenta coralloides, albicans, sinuosa*. Alii deinceps *Fungum saxeam, Fungum lapidosum*, dixerunt. Recentiorum aliis *Maeandrites* vocatur, aut *Encephalodes fungus*, cujus tamen veras species deinde accuratius ostendemus. Locus natalis Curassoa & Indiæ Orientales.

Num. II.

ches droites & minces, dont elle est formée, ne sont point dentelées, mais se terminent uniment en pointe comme le tranchant d'un couteau. A l'égard de la disposition des branches, il se trouve une grande ressemblance entre celle-ci & celle du N^o. 6, dont les lames ou branches sont droites & dentelées. Quant à ce qui regarde leur conformation, on remarque une différence considérable, tant dans cette espèce que dans les suivantes: car ni les feuilles, ni le pédicule, ni les rameaux ne sont pas toujours exactement arrondis; mais ils se courbent par-tout de plusieurs façons, tantôt en long, tantôt en-dedans, tantôt en-dehors. Autant que je puis en juger, toutes ces espèces appartiennent ou au genre des *Madrepores* simples, ou à celui des *Madrepores* rameuses. On les trouve dans diverses mers, & particulièrement sur les côtes de Curaçao.

N^o. 2, 3, 4, 5, 6, 7 & 8. *Champignons marins, pierreux, à feuilles droites, dentelées, & qui ne diffèrent entre eux que par la forme extérieure.*

Dans la Planche précédente, N^o. 2 & 4, nous avons déjà représenté deux espèces de Champignons marins, qui ne diffèrent de ceux-ci que par leur conformation extérieure. On voit par-là, qu'il y a dans ces productions une très-grande variété; quoiqu'il y ait cependant lieu de croire, qu'elles appartiennent toutes au même genre, & que les différences qu'on y remarque, ne sont qu'accidentelles. Elles sont presque toutes d'un gris clair: il s'en trouve aussi très-souvent qui sont d'un jaune blanchâtre. Quoiqu'au premier aspect elles semblent différer beaucoup les unes des autres, on s'aperçoit néanmoins facilement, en les comparant ensemble, qu'elles sont de même nature.

N^o. 2. Cette espèce est ornée de fleurs faites en tubercules, comme celles du N^o. 3; & les fleurs de celle-ci ressemblent à celles du N^o. 6. Au pédicule de cette dernière sont attachées deux pierres étoilées, dont nous parlerons plus au long ci-après.

Tom. III.

N^o. 4. Ses fleurs ne diffèrent pas beaucoup de celles du N^o. 6.

N^o. 5. Ce Champignon repose sur un fragment de roche d'un gris obscur; il se distingue particulièrement de tous les autres par sa fleur, qui est plate & de figure orbiculaire. Cependant les parties dont il est formé, & la manière dont il est construit, font assez voir qu'on ne doit pas le prendre pour une espèce particulière.

N^o. 7 & 8. On voit ici un Tubercule fait en manière de fleur, du genre dentelé, coupé avec une scie, afin de faire paroître sa face interne & externe.

N^o. 9 & 10. *Champignon marin, très-grand, à petites feuilles droites, très-minces, non dentelées, connu sous le nom de Chou-fleur marin.*

Cette espèce, dont nous avons représenté, aux N^o. 3 & 5. de la Planche précédente, deux autres sortes moins parfaites, est connue des Hollandois sous le nom de Chou-fleur marin. Ce Champignon a assez de rapport avec les précédens, pour ce qui concerne les parties dont il est formé; mais il en diffère en ce qu'il est le plus souvent d'une forme sphérique aplatie, ou demi-sphérique, aiant une base tantôt entièrement plate, tantôt un peu concave, ou un pédicule qui se jette en-dehors. Il est connu des Anciens sous divers noms. *Besler*, dans son *Museum*, l'appelle *Placenta coralloides, albicans, sinuosa*. D'autres le nomment *Champignon de rocher, Champignon pierreux*. Il y a des Modernes qui lui donnent le nom de *Maeandrites*, ou d'*Encephalode*, dont nous ferons cependant mieux connoître ci-après les véritables espèces. Il croît à Curaçao & dans les Indes Orientales.

E e e

N^o. II.

Num. 11. *Coralium, poris stellatis; crassum, nodosum; ramis fere teretibus, lævibus.*

Coralium istud, plerumque brevibus ramulis conspicuum, rupis fragmento, uti ex icone patet, adnatum invenitur. Basi insident quoque nonnulli lapides stellati. Majus quidem nonnunquam, sed rarius, occurrit. Color hujus gryseus est, alias tamen ut plurimum ex cinereo flavescens. Rami proxime teretes sunt, & æquali superficie, tactu tamen utcunque asperuli, crassi, extremis obtusis, nodosis. Univerfa superficies poris distincta est stellatis, dense stipatis, maximam partem rotundis, nonnullis tamen & rhomboideis. Margines horum pororum extremi tantillum extuberant: quo fit, ut tactus asperi quid detegat. Crescit ad oras Curassœ. Imperatus idem nomine Coralii stellati describit.

TABULA CENTESIMA ET DECIMA.

Num. 1 & 2. *Coralium album, articulatum, lapideæ & corneæ naturæ; cui nomen Accarbaar.*

Inusitata formæ Coralium istud a multis Autoribus descriptum, diversisque nominibus donatum est. Clusio in *Exotic.* p. 124. dicitur *Hippuris saxea*: apud *Beslerum* in *Museo* sub eodem nomine extat. *Boerhaavius* in *Ind. Hort. Lugd. Bat.* p. 4. 24. *Corallium album, geniculatum*, vocat. *Gualtierio* in *Ind. Test. Conchyl. Lithophyton articulatum, internodiis striatis, albo fulvidis, nodis vero piceis*, audit. Nomen *Accarbaar*, vel *Accarbarium*, quod apud veteres Scriptorum occurrit, verosimiliter ex voce Maleitani idiomatis, *Kalbabaar*, tractum est. Vulgo inter nostrates Coralium articulatum appellatur.

Plerumque 12 aut 14 pollicum altitudinem exæquat. Vidi tamen in nonnullis Curiosorum museis etiam arbusculas duobus pedibus Rhenolandicis haud multo inferiores. Assurgens caudex ut plurimum in ramos aliquot abit, hique rursus in multas alias propagines, quæ tenuibus extremis terminantur, discedunt. Totus caudex, singulique rami, articulis inæqualis magnitudinis distinguuntur, qui naturæ sunt lapideæ, coloris cinereo grysei, & secundum longitudinem sulcis sat profundis striati. Quæ hos inter articulos media est materies, gracilior, cornea, lævis, ex fusco nigricans, tenuissimis præsertim ramulis aliquam inducit flexibilitatem. Ad Num. 1. rami perpetuo ex lapideis articulis pullulant: Num. 2. diversitas quædam apparet, ramulis potius ex cornea materie prognascentibus. Quin & internodia cornea in hac specie multo majora, quam in priore, sunt.

In Indiis Orientalibus, ubi circa insulas Moluccanas, Amboinenses, & Bandanas, istud coralium maxime invenitur, teste *Rumphio* in Herbario Amboinensi, insignes eidem virtutes medicatæ attribuuntur, quarum tamen ratio nondum inter nostrates videtur haberi: tametsi similis quædam species, quæ *Corallina*, aut *Muscus corallinus* dicitur, in officinis ad usum medicinale prostat.

Num. 3. Fungus est illi similis, quem Tabulæ superioris Num. 1. descripsimus. Adnatum ei est conchylium elegans, quod crepitaculum leprosi foliatum audit; uti ad lit. A. videre licet.

Num. 4. Haud differt a Fungo, quem Num. 4. Tabulæ centesimæ & octavæ sinit.

Num. 5. *Nidus ex concretis vermium marinorum, vulgarium, tubulis constans.*

In omnibus fere tam Occidentalis, quam Orientalis Indiæ, quin & Galliæ litoribus, id genus tubulorum

N^o. 11. *Corail à pores étoilés, épais, noueux vers les extrémités, dont les rameaux sont lisses & un peu arrondis.*

Ce Corail, à rameaux ordinairement courts, a pris naissance sur un fragment de roche, comme le représente la figure que nous en donnons. On voit à sa base quelques petites pierres étoilées, qui s'y sont aussi attachées. Il s'en trouve quelquefois de plus gros, mais assez rarement. Celui-ci est gris, mais la couleur ordinaire est d'un cendré jaunâtre. Ses rameaux sont presque arrondis, épais, mouffes & noueux aux extrémités: sa surface est lisse, & cependant un peu rude au toucher. Toute la superficie est parsemée de pores étoilés, fort drus, ordinairement ronds, & quelquefois faits en losange. Le pourtour extérieur de ces pores se déjette un peu; d'où il arrive, qu'en touchant cette plante, on y sent quelque chose de rude. Elle croît sur les côtes de Curacao. *Imperati* en a donné la description sous le nom de Corail étoilé.

PLANCHE CENT-DIXIÈME.

N^o. 1 & 2. *Corail blanc, articulé, de substance pierreuse & de corne, connu sous le nom d'Accarbaar.*

Ce Corail, dont le port & la forme ont quelque chose d'assez singulier, a été décrit par plusieurs Auteurs sous des noms différens. *Clusius*, dans ses *Exotic.* p. 124. l'appelle *Hippuris saxea*: il est connu sous ce même nom dans le *Museum* de *Besler*. *Boerhaave* dans son *Ind. Hort. Lugd. Batav.* p. 4. 24. le nomme *Corallium album, geniculatum*. *Gualtieri*, dans son *Ind. Test. Conchyl.* lui donne les dénominations suivantes, *Lithophyton articulatum, internodiis striatis, albo fulvidis, nodis vero piceis*. Le nom *Accarbaar*, ou *Accarbarium*, que l'on trouve chez d'autres Ecrivains, vient apparemment du mot Malais, *Kalbahaar*. Les Hollandois l'appellent communément Corail articulé.

Il a d'ordinaire 12 à 14. pouces de hauteur. J'ai cependant vu, dans quelques Cabinets de Curieux, de ces arbrisseaux qui n'avoient guère moins de deux pieds rhénans. A mesure que la tige s'élève, elle se divise le plus souvent en branches, qui se subdivisent à leur tour en plusieurs autres rameaux, dont les extrémités sont déliées. Toute la tige, de même que les branches & les rameaux, sont partagés en digitations de grandeur différente, qui sont de substance pierreuse, d'un gris cendré, & creusés dans leur longueur par des sillons assez profonds. La matière qui se trouve entre chaque digitation, est plus menuë, lisse, de la nature de la corne, & d'un brun noirâtre: elle rend les rameaux plus souples, & sur-tout ceux qui sont le plus déliés. Au N^o. 1. les rameaux partent toujours des digitations pierreuses: on remarque quelque diversité au N^o. 2, où les rameaux sont entés dans la substance qui tient de la nature de la corne. Cette même substance intermédiaire, qui forme chaque articulation, est aussi d'un volume plus considérable dans cette dernière espèce que dans la première.

Ce Corail se trouve dans les Indes Orientales, & sur-tout aux environs des Iles Moluques, d'Amboine & de Banda. *Rumphius* nous apprend, dans son Herbar d'Amboine, que les habitans lui attribuent de grandes vertus médicinales: il ne paroît cependant pas que dans ce pays on en fasse jusqu'à présent grand cas à cet égard; quoiqu'il soit vrai qu'on y emploie, pour l'usage de la Médecine, une autre espèce qui lui ressemble, & à laquelle on donne le nom de Coralline, ou de Mouffe coralline.

N^o. 3. Ce Champignon ressemble à celui dont nous avons donné la description au N^o. 1. de la Planche précédente. Le beau Coquillage qui y est adhérent, porte le nom de Cliquette de Lépreux à fleurs, comme on peut le voir à la Lettre A.

N^o. 4. Il ne diffère pas du Champignon que l'on a représenté au N^o. 4. de la Planche CVIII.

N^o. 5. Nid composé d'une concrétion de Tubules ou Tuyaux de Vermisseaux marins communs.

On rencontre ces sortes de Tubules sur la plupart des rivages des

rum reperitur. Læves sunt, teretes, ac frequentissime, uti in hoc etiam specimine patet, inter sese magno numero convoluti, in unam massam concreverunt. Color est ex luteo cinereus. Eorum incolæ vermes sunt haud absimiles illis, qui palos aliaque ligna in mari perrodunt, conchis cochleisque marinis etiam crebro sese adfigunt, & paulatim incrementes totam superficiem illarum deturpant aut parietes etiam peredunt.

Num. 6. *Fragmentum saxi, variis plantis marinis eleganter obsessum.*

Inter multivaria illa maris producta, quæ oculis Curiosorum jam jam exposuimus, istud quidem, quod cum maxime descriptum imus, præ ceteris excellit. Univerfa saxi superficies adnatis undique diversissimis rebus marinis contacta est. Ad lit. A. elegans habetur fungus, foliis erectis, dentatis, qualem Num. 4. atque alibi ante descripsimus. Lit. B. alia species est, de qua sequente tabula, ubi longe grandius, ac magis distinctum exemplum proponetur, agemus. Quod ad lit. C. habetur, corpus peculiari est conformatione, atque extrinsecus perquam simile Agarico, seu fungo quercino, quem *Sterbeekius* in *theatro fungorum* pag. 259. K. descriptum dedit. Modum crescendi ista species non semper eundem sequitur. Quandoque, membranæ instar, per superficiem alicujus corporis expansa huic adnascitur, tumque averfa facie lævis est aut subtilibus modo rugis inæqualis: prout in nostro hoc specimine obtinet. Ut plurimum tamen numerosis crescit tuberibus, erectis, atque utraque facie eandem monstrat fabricationem. Superficies ejus undulata est, qualis fere in Maeandrite, aut lapide Encephalode, cernitur: at qui inter undulata juga decurrunt, sulci poros undique monstrant stellatos, minutis tenuibus foliolis, erectis, dentatis, conspicuos. Quocirca Madreporis adnumerari debet. Color est subgryseus. Lit. D. complures notat lapides stellatos, de quibus amplius in sequentibus tabulis dicemus. E. fruticem designat lignosum, crusta tartarea, crassa, nodosa, fusca, vestitum. Lit. F. habetur nidus vermium, qualem supra Num. 5. exhibuimus. A latere, inter diversas Fungorum species, etiam venusta conchula, quæ pallium variegatum vocatur, sese adfixit. Ceterum in hoc rerum genere vix memini me elegantius quid unquam conspexisse. Credibile autem est ab oris Curassavicus huc delatum esse.

Num. 7. *Coralium a calice aut catino dictum, infundibuliforme, foris porosum, intus asperis sulcis striatum.*

Multum inter se discrepant id genus corpora tum conformatione externa, tum partium suarum compage. Sæpe numero inveniuntur infundibuli aut calicis forma, alias simplici pariete, alias per varia seipimenta introrsum emissâ cavitatem interstingente: prout in hoc exemplo videre est. Quandoque & amplas referunt patinas, orbiculares, non admodum cavas, excavati instar coni, ex centro oram versus, oblique sursum divergentes. Quod hac icone exhibemus, ex gryseo dilute fusci est coloris, naturæ lapideæ, fragilis, interna facie leviter sulcatum, foris aliquanto lævius, numerosis valde foraminulis, minutis, rotundis, distinctum. Vidi, quorum interna superficies stellatis poris aut tubulis confita erat. *Gualtieri* in *Ind. Testar.* hujusmodi Coralium depingit sub nomine *Choanæ saxææ, crispata, rugosæ, minimis poris & verrucis undique exasperata.* Apud *Clusium*, *Beslerum*, aliosque plura habentur. Locus natalis in maribus Indiarum Orientalium.

Num. 8

des Indes Orientales & Occidentales, & même aussi sur les côtes de France. Ils sont lisses, arrondis; & d'ordinaire ils se trouvent confondus & entrelacés en grand nombre les uns dans les autres, ne formant ensemble qu'une seule masse, telle qu'elle est ici représentée. Leur couleur est d'un jaune cendré. Les habitans de ces Tuyaux sont des Vers, qui ne diffèrent pas de ceux qui rongent les estacades & autres bois qui se trouvent dans la mer. Ils s'attachent aussi souvent aux Conques & aux Coquilles de mer; & à mesure qu'ils croissent, ils en gâtent & défigurent toute la superficie, ils en consomment même entièrement les écailles.

Nº. 6. *Fragment de pierre de roche, orné de diverses plantes marines qui y sont attachées.*

De tant de productions marines extraordinaires & singulières, dont nous avons déjà donné l'agréable spectacle aux Curieux, il n'y en a aucune qui soit plus digne d'attention que celle que nous allons décrire ici. Toute la surface de la pierre est couverte de quantité de corps marins, qui s'y sont attachés de tous côtés, & dont la grande variété se fait sur-tout remarquer. On voit à la lettre A. un beau Champignon, à feuilles droites, dentelées, de la même espèce que celui dont nous avons donné ci-devant la description, tant au Nº. 4. qu'ailleurs. Celui qui est indiqué par la lettre B. est une autre espèce dont nous traiterons dans la Planche suivante, où il sera représenté plus en grand & plus distinctement. A la Lettre C. se trouve un corps d'une structure assez singulière, qui extérieurement ressemble beaucoup à l'Agaric, sorte de Champignon qui croît sur le chêne, & dont *Sterbeek* a donné la description à la page 259. K. de son *Théâtre des Champignons*. Cette espèce ne croît pas toujours d'une manière uniforme. Quelquefois elle s'étend comme une membrane, sur la surface du corps qu'elle tapisse, & alors le côté opposé est ou lisse ou tant soit peu ridé, de la manière qu'on le voit ici. Mais le plus souvent elle est de chaque côté toute boursoflée & hérissée d'un grand nombre de tubercules qui s'élèvent en-enhaut. Sa surface est onnée, à-peu-près com-

me la pierre nommée Maeandrite ou Encephalode; mais les sillons qui bordent & accompagnent ces ondes, sont parsemés de tous côtés de pores radiés, ornés de très-petites feuilles minces, droites & dentelées. Elle est de couleur grisâtre. La lettre D. indique plusieurs pierres étoilées, dont nous parlerons plus amplement dans les Planches suivantes. E désigne un arbrisseau ligneux, revêtu d'une croûte tartareuse, épaisse, noueuse, brune. La lettre F. fait voir un nid de Vermisseaux, semblable à celui que nous avons représenté ci-dessus au Nº. 5. A côté, entre les deux différentes sortes de Champignons, on voit encore une jolie Coquille, qui s'est attachée à la pierre, & qui est connue sous le nom de Mantreau bariolé. Du reste, ce morceau est l'un des plus beaux que je me souviens avoir jamais rencontré dans ce genre-là. Il y a tout lieu de croire qu'il a été apporté des côtes de Curaçao.

Nº. 7. *Corail, nommé Calice ou Tasse, fait en forme d'entonnoir, poreux en-dehors, & garni en-dedans de canclures rudes.*

Ces sortes de corps diffèrent beaucoup entre eux, tant par leur conformation extérieure, que par la structure de leurs parties. Souvent on en trouve qui ont la forme d'un entonnoir ou d'un gobelet, & dont le pourtour est tantôt simple, tantôt garni en-dedans de différentes sortes de sinuosités & de canclures, comme on peut le voir dans la figure que nous en donnons ici. Ils ressemblent quelquefois à de grands plats ou bassins, de figure orbiculaire, peu profonds, qui, comme un cône creux, s'évasent obliquement en-haut, du centre vers les bords. Celui que nous représentons ici, est d'un gris ou brun clair, pierreux, cassant, légèrement cannelé en-dedans, un peu plus lisse en-dehors, & parsemé d'un très-grand nombre de petits trous ronds. J'en ai vu, dont la surface interne étoit toute criblée de pores ou petits tuyaux radiés. *Gualtieri*, dans son *Index Testarum*, représente un de ces Coraux, sous le nom de *Choanæ saxææ, crispata, rugosæ, minimis poris & verrucis undique exasperata.* Il s'en trouve aussi dans *Clusius*, *Besler*, & autres. Ils croissent dans les mers des Indes Orientales.

Num. 8 & 9. *Coralium tubulatum, rubrum, ex plurimis tubulis, teretibus, coagmentatis, compositum.*

Veteres Scriptores, quos *Imperatus, Mercatus, Besslerus* aliique secuti sunt, *Alcyonii* nomen huic speciei dederunt. Videtur autem congeries modo esse tubulorum, quos vermiculi marini incolunt. Et hi quidem tam stupendo sæpe numero cohabitant, ut istiusmodi nidorum acervi inveniantur 60 & ultra librarum. Universa massa ex fistulis constat parvis, gracilibus, teretibus, rectis & obliquis, sanguinei coloris, quæ per intervalla inæqualia tenuibus septulis transversis, ejusdem materiæ, inter se colligantur. Fistulæ non omnes cum illis, quas sub se habent, communicant: nonnullæ lateraliter insistent inferioribus, aliæ perpendiculariter, ac in se mutuo confluunt. Frequens ad oras maritimas Indiæ Orientalis occurrit, & cum aliqua etiam varietate: uti binæ, quas damus, icones docent. Materies, unde constat, videtur eadem esse, quæ Coralii rubri vulgaris.

Num. 10. *Coralium album, lapideum, densum ac compactum; ramis. levibus, teretibus, multum divisis.*

Coralium istud texturæ est firmæ & compactæ. Rami majores foris densi ac læves, utrinque in ramulos abeunt laterales, qui, more majorum, denuo propagines breves, acutas, crispatas, emittunt. Color est ubique albus. In Indiis Orientalibus, rarius tamen, occurrit.

TABULA CENTESIMA ET UNDECIMA.

Num. 1 & 2. *Fungus marinus, lamellis tenuibus, subtiliter dentatis, erectis, ex centro radiatis.*

Distinctiora hic exhibemus istius Fungi exempla, quam quod præcedente tabula, Num. 6. lit. B. habetur. Unde & historiam ejus hoc potius loco dabimus. Dentatæ æque ac non dentatæ species ad idem genus Fungi marini referuntur. Forma hujus speciei plerumque est hemisphærica, planior. Bracteolæ erectæ, radiatæ, perquam teneræ sunt, marginibus subtiliter ferratis, omnesque, qua in commune centrum tendunt, deorsum vergunt; ut ibidem veluti intropressæ appareant. Ima facies hujus plantæ aut plana est, aut concava, subtilibusque sulcis, qui itidem versus centrum concurrunt, distincta. Color albus est vel dilute gryseus. Locus natalis in maribus Indicis.

Num. 3. *Fungus marinus, oblongus; bracteolis valde tenuibus, subtiliter denticulatis, erectis, squamosis, ex axi ad peripheriam protensis.*

Hanc inter & priorem speciem discrepantia hæc est, quod oblonga potius, quam orbicularis, hic detur conformatio. Erectæ quoque lamellæ haud recta ad circumferentiam tendunt, sed veluti abruptæ squamas piscium fere æmulantur. Eadem, qua diametro longitudinali appropinquant, itidem deorsum vergunt, profundumque ita sulcum in medio conficiunt. Color paulo magis gryseus est, quam prioris. Cetera tamen conveniunt. Inter nostrates quidam *Talpæ marinæ* nomen huic rei imponunt: at, quæ Num. 6. habetur, illud sibi magis proprium accepit.

Num. 4.

PLANCHE CENT-ONZIÈME.

Nº. 8 & 9. *Corail tubuleux, rouge, composé de plusieurs tuyaux arrondis, qui s'étant joints ensemble ne forment qu'une seule masse.*

Les anciens Ecrivains ont donné à cette espèce le nom d'*Alcyonium*, en quoi ils ont été suivis par *Imperati, Mercatus, Bessler,* & autres. Il semble que ce n'est qu'un assemblage de tuyaux, qui servent de domicile à des Vermisseaux marins. Ils se rassemblent souvent en un nombre si prodigieux, qu'on trouve de ces concrétions, qui pèsent jusqu'à 60 livres & même davantage. Toute la masse est formée de petits tubules, minces, arrondis, droits & obliques, de couleur de sang, collés ensemble, à des distances inégales, par des cloisons minces, faites en manière de membranes, & de même matière, qui les séparent transversalement les uns des autres. Les Tubules ne communiquent pas tous avec ceux qui sont placés au-dessous; quelques-uns reposent latéralement sur les inférieurs, d'autres y sont posés perpendiculairement, & s'abouchent réciproquement. Ce Corail se trouve fréquemment sur les côtes maritimes des Indes Orientales: on y remarque aussi quelque variété; comme cela paroît par les deux figures que nous en donnons. La matière dont il est composé, semble être la même que celle du Corail rouge commun.

Nº. 10. *Corail blanc, pierreux, serré & compacte; à rameaux lissés, arrondis, fort divisés.*

Ce Corail est d'une structure ferme & compacte. Les grosses branches, extérieurement denses & lissés, se divisent de part & d'autres en rameaux latéraux, qui, de même que les branches, se partagent encore en d'autres rameaux courts, pointus & froncés. Il est tout blanc. Il se trouve, quoique rarement, dans les Indes Orientales.

Nº. 1 & 2. *Champignon marin, à lames minces, un peu dentelées, droites, qui partant du centre en manière de rayons, forment un pourtour arrondi.*

Nous donnons ici deux figures de ce Champignon beaucoup plus distinctes, que celle qui s'en trouve au Nº. 6. lettre B. de la Planche précédente; & c'est pour cette raison que nous allons à présent en donner la description. Toutes ces espèces de Champignon marin, tant celles qui sont dentelées, que celles qui ne le sont pas, doivent être rapportées au même genre. Celle-ci est ordinairement demi-sphérique & plate. Ses petites feuilles sont droites, rayées, très-tendres, un peu dentelées sur les bords: toutes celles qui aboutissent au centre commun, tendent en-embas; ce qui fait qu'elles paroissent comme comprimées en cet endroit. Le dessous de cette plante est ou plat, ou concave, & orné de canclures déliées, qui vont aussi se réunir au centre. Sa couleur est blanche ou d'un gris clair. Elle croît dans les mers des Indes.

Nº. 3. *Champignon marin, oblong, à petites feuilles fort minces, légèrement dentelées, droites, écaillieuses, qui se rendent du centre à la circonférence.*

La différence qu'il y a entre cette espèce & la précédente, c'est que celle-ci est plutôt oblongue qu'orbiculaire. Les lames ou feuilles ne vont pas non plus en droite ligne à la circonférence, mais elles sont comme interrompues dans leur direction, en-forte qu'elles ressemblent assez bien à des écailles de poisson. Lorsqu'elles sont parvenues vers le milieu de leur longueur, elles vont en pente en s'affaissant, & forment en cet endroit un profond sillon. Cette espèce est plus grisâtre que la première; mais elles se ressemblent à tout autre égard. Il y a parmi nous des Curieux qui donnent à cette production le nom de *Taupe marine*; mais ce nom convient davantage à celle que l'on a représentée au Nº. 6.

Nº. 4.

Num. 4. *Fungus marinus, oblongus; lamellis valde tenuibus, subtiliter denticulatis, erectis, uno tenore ex axi ad peripheriam decurrentibus.*

Hæc species primæ, quam tertiæ, similia est. Lamellæ quippe continuo ductu ex medio ad ambitum feruntur, paulo tamen rudius ferratæ. Oblonga quoque figura, & medius sulcus differentiam facit. Color etiam magis subluteus.

Num. 5. *Fungus marinus, oblongus, grandis; lamellis tenuibus, parvis, erectis, subtiliter dentatis, squamosis; Pileus Neptuni dictus.*

Rerum naturalium Curiosi nomen Pilei Neptuni huic plantæ dederunt, quia averfa sede concava est & qualemcunque hinc pilei similitudinem præ se fert. Plerumque tamen convexior esse solet & circumferentia rotundior. Rarius autem sulcus ille cernitur, qui hic per medium decurrit, uti in prioribus speciebus, quamquam minus profundus. Erectæ lamellæ, squamosæ, paulo crassiores sunt, dentibusque majoribus armatæ, quam in prioribus. Incisuræ dentium quoque rectæ sunt, & margines iterum denticulati: quo fit, ut species ista ad tactum valde asperam sese exhibeat. Interna cavitatis superficies itidem innumeris scatet claviculis, minutis, extantibus. Color est dilute gryseus.

Num. 6. *Fungus marinus, oblongus; lamellis minimis, squameis, subtiliter denticulatis, erectis, in medio dorso stellatis; cui nomen est Talpæ marinæ.*

Hic est, qui præ ceteris nomen Talpæ marinæ obtinuit; tametsi forte aptius cochleæ terrestri nudæ, aut hirudini in aquis fossarum degenti, comparari posset. Lamellæ erectæ admodum breves & minutæ sunt, parvis denticulis ferratæ, ac dense inter se coactæ. In medio dorso plerumque etiam devexus cernitur sulcus, ibidemque bracteolæ in modum stellæ compositæ digeruntur. Averfa facies similiter, ut in prioribus, plus minus concava est: marginem tamen ejus lamellæ obsident; sed in medio subtiles extant spinulæ. Color est proxime, qualis priorum. Locus natalis in maribus Indicis, præsertim ad oras Amboinæ.

Quæ de his rebus, quas in hac tabula hucusque exposuimus, apud indefessum Naturæ Scrutatorem Rumphium in *Herbario Amboinensi* annotata inveniuntur, admodum memorabilia sunt. Libro nimirum XII. cap. XXVI. ita loquitur. *Sub aqua hi Fungi obducti sunt crasso visco instar Papeda vel amyli, quorumque plicæ elevatioribus gerunt oras instar denticulati limbi acicularum, quo fœminæ utuntur, hi insuper obsessi sunt innumeris oblongis vesiculis, ex eadem Papeda formatis, in quibus aliquod vivum, seu insectum observatur, si accurate sub aqua examinentur: quam primum vero extra aquam protrahuntur, hic mucus & vesicula inter plicas latent, & deliquescunt instar placentæ marinæ, teterrimum causantes factorem, antequam per pluvias abluantur.* Istud testimonium tanti Autoris, qui utinam naturam horum corporum accuratius indagasset! manifesta, meo quidem arbitrato, documenta vitæ animalis in his fungis exhibet; maxime sicubi & una considerentur, quæ a sagacissimo Ellis hisce temporibus detecta in nuperrime edito ejus tractatu de *historia naturali Coralliorum* exponuntur. Quæ porro idem Rumphius, eodem loco, superaddit, ingenium faxearum id genus concretionum magis etiam

Nº. 4. *Champignon marin, oblong, à lames très-minces, légèrement dentelées, droites, qui s'étendent de l'axe aux extrémités sans aucune interception.*

Cette espèce ressemble davantage à la première qu'à la troisième. Ses lames se rendent effectivement, tout d'un trait, du milieu à la circonférence; mais elles sont plus grossièrement dentelées. La figure oblongue & la cavité du milieu servent encore à les distinguer. La couleur est aussi un peu plus jaune.

Nº. 5. *Grand Champignon marin, oblong, à lames minces, petites, droites, légèrement dentelées, écailleuses, appelé le Bonnet de Neptune.*

Les Amateurs de l'histoire naturelle ont donné à cette plante le nom de Bonnet de Neptune, parce qu'étant creux par-dessous, il a à-peu-près la forme d'une calotte ou d'un bonnet. Il est cependant d'ordinaire plus convexe & plus arrondi. Mais on lui trouve plus rarement ce sillon qui traverse le milieu, & il y est aussi moins profond que dans les espèces précédentes. Ses lames droites & écailleuses sont un peu plus épaisses, & armées de dents plus grosses & plus fortes que celles des autres espèces. Les entailles des dents sont droites, & chaque dent est aussi garnie, tant en-haut que sur les côtés, de diverses autres petites dents; d'où il arrive que cette espèce est fort rude au toucher. La surface interne de la cavité est de même hérissée d'une infinité de petites pointes. La couleur est d'un gris clair.

Nº. 6. *Champignon marin, oblong, à lames très-petites, écailleuses, droites, garnies de dents déliées, radiées sur le milieu du dos; auquel on donne le nom de Taupe marine.*

C'est à ce Champignon que l'on donne particulièrement le nom
Tom. III.

de Taupe marine; quoiqu'il ressemble peut-être beaucoup plus au limaçon de terre sans coquille, ou à la sangsue qui se tient dans les eaux des fossés. Ses lames sont droites, très-courtes, menuës, garnies de petites dents, & fort ferrées les unes contre les autres. On voit aussi ordinairement sur le milieu du dos un sillon fait en pente, & les lames qui se trouvent en cet endroit sont radiées. Le dessous est plus ou moins concave, comme dans les espèces précédentes: le pourtour est néanmoins garni de petites lames; mais le milieu est hérissé de pointes déliées. La couleur approche assez de celle des autres espèces. Ce Champignon croît dans les mers des Indes, principalement sur les côtes d'Amboine.

Rien ne mérite plus l'attention des Curieux que les remarques qui ont été faites par Rumphius sur les productions dont nous avons parlé jusqu'à présent dans cette Table. Voici en effet ce que nous en apprend ce laborieux Naturaliste dans son *Herbier d'Amboine*, Livre XII. chap. XXVI. „ Ces Champignons, dit-il, sont revêtus „ sous l'eau d'une glu épaisse comme de la bouillie ou de l'empois, „ & leurs plis les plus élevés ont les bords, garnis à-peu-près comme „ me le sont ceux de certaines dentelles dont les femmes se servent. „ Ils sont aussi parsemés d'un nombre infini de vésicules oblongues, „ formées de la même glu, dans lesquelles on remarque quel- „ que chose de vivant, peut-être des Insectes, lorsqu'on les exa- „ mine exactement sous l'eau; mais aussi-tôt qu'on les tire de l'eau, „ cette mucosité & les vésicules s'affaissent, elles se cachent entre „ les plis, & se fondent comme ces zoophytes mollasses en forme „ de gâteau, qui se trouvent sur le rivage de la mer, répandant une „ odeur très-infeste, avant qu'elles aient été detrempées par la „ pluie”. Qu'il seroit à souhaiter qu'un Auteur si renommé eût examiné avec plus d'exactitude la nature de ces corps! Son témoignage prouve, ce me semble, qu'il y a dans ces Champignons une vie animale; sur-tout si l'on fait en même tems attention aux découvertes que M. Ellis a tout nouvellement faites avec une sagacité merveilleuse, & qu'il a publiées depuis peu dans son *Histoire naturelle des Coraux*. Ce que le même Rumphius ajoute au même endroit, dé-
F f f cèle

declarant: ait enim: *Plurimi plani incumbunt rupibus Corallinis, locum non mutant, licet ipsis non fixi sint.* Et paulo inferius, ubi de *Fungo saxeo oblongo* agit, hæc habentur: *laxe etiam Corallinis incumbunt saxis, nec locum mutant.* Multum sane miror, doctissimum Naturæ Mystam, ista animadversione nec instigatum fuisse ad scrutinium ulterius, nec ad dubitandum, an quidem pro veris plantis, prout ipse dubitanter de iis pronunciat, an potius pro ædificio animalculorum, haberi hæc corpora debeant. Neminem Naturæ Curiosorum, qui laudatum D. *Ellis* tractatum modo inspexerit, latere potest, complura istorum corporum ab animalculis, Polypis dictis, habitari. Superest, ut decernatur, utrum more plantarum nata, deinceps ab incolis suis occupentur, an vero & ab his de industria construantur. Quod si igitur, quæ de illis testatur *Rumphius*, perpendantur, *libere nimirum rupibus incumbere, & aliquid vivens in iis animadverti*; numne licebit statuere, saxea istiusmodi concrementa, undiquaque libera, neque alteri cuidam corpori affixa, plantas esse? Quando autem idem *Rumphius* opinatur, nec locum illa mutare, etiamsi nusquam adnata sint; mihi quidem, juxta receptum in historia naturali axioma, nihil frustra fieri, verosimilius videtur, animata hæc corpora omnino vim habere locomotivam, & pro exigentia animalium, quibus pro domicilio sunt, sive pabuli acquirendi causa, seu alias ob necessitates locum mutare.

Num. 7. *Fucus marinus; plicis crassis, erectis, inter sese convolutis.*

Multa sæpe est hujus speciei varietas ratione crassitie non minus, quam convolutionis plicarum. Inter juga plicarum foveæ habentur magis minusve profundæ, quæ oppositis utrinque lamellis, tenuibus, arcte compositis, instar *Mæandritæ*, stratae sunt. Color, ut omnium istarum specierum, ex gryseo albidus est. Litora saxosa eam frequenter exhibent. Dixerim fere hanc ipsam esse, quam *Boccone* in *Observationibus suis* os ignotum undulatum vocat.

Num. 8. *Fucus marinus; lamellis non dentatis, erectis, tenuissimis, implicatis.*

Vix discrepat hæc species ab illa, quam Tab. CVIII. Num. 3 & 5. descripsimus. Attamen paulo est densior & nitidior.

Num. 9. Et hanc jam aliquoties superiore tabula depictam descriptamque dedimus. Affixit sese ramulo corallino, eaque de causa hic proponitur, ut pateat res istas obviis quibusvis corporibus indiscriminim sese applicare.

TABULA CENTESIMA ET DUODECIMA.

Num. 1. *Lapis corallinus, globosus, undulatus; plicis crassis, inter se convolutis, superne glabris; cui nomen a Cerebro datum est.*

Encephalodes inde dicitur, quod conformatione sua utcunque referat cerebrum animalium, remoto cranio, nudatum. *Mercato Lapis lumbricatus & Lapis corallites* audit: *Bessleri Massa coralloides, Placenta coralloides: Gualtieri Mæandrites: Boccone* in modo laudatis *observationibus Astroites undulatus.*

Recte

cèle encore mieux la nature de ces sortes de concrétions pierreuses. Voici ce qu'il en dit. *La plupart de ces corps sont couchés de plat sur les roches corallines, sans changer de place, quoiqu'ils n'y soient pas attachés.* Voici ce qu'on trouve encore plus bas, à l'endroit où il traite du *Champignon pierreux oblong.* *Ils reposent aussi lâchement sur les roches corallines, & ne changent pas de place.* Je suis fort surpris qu'une remarque de cette importance n'ait pas porté ce savant Naturaliste à faire de nouvelles recherches, & ne lui ait pas donné lieu de soupçonner, si ces productions doivent être prises pour de véritables plantes, comme il semble en douter lui-même, ou plutôt pour l'ouvrage & la demeure de quelques petits animaux. Il n'y a point de Naturaliste qui, ayant lu le *Traité* de M. *Ellis*, ne soit convaincu, que plusieurs de ces corps sont habités par de petits animaux, auxquels on donne le nom de Polypes. La question est maintenant de savoir, si ces animalcules viennent seulement se loger dans ces prétendus plantes, pour en faire leur domicile, ou s'ils en font eux-mêmes les architectes. Si l'on pèse donc, comme il faut, ce que *Rumphius* nous en dit, savoir, *qu'ils reposent librement sur les rochers, & que l'on y remarque quelque chose de vivant*; comment osera-t-on établir, que ces sortes de concrétions pierreuses, isolées de toutes parts, & qui ne tiennent à aucun autre corps, sont réellement des plantes? Quant à ce que pense le même Auteur, qu'ils ne changent pas de place, quoiqu'ils ne tiennent à aucun autre corps; il me paroît très-vraisemblable, que ces êtres animés ont la faculté de se mouvoir, & que par conséquent ils changent de lieu, suivant le besoin des animaux auxquels ils servent de domicile, soit pour chercher de quoi se nourrir, soit pour quelques autres nécessités. C'est effectivement un axiome reçu dans l'histoire naturelle, qu'il ne se fait rien en-vain.

Nº. 7. *Fucus marin, à plis grossiers, droits, entrelacés.*

Cette espèce varie souvent beaucoup, tant par la grosseur de ses plis, que par leur entrelacement. Les interstices de ses bandes for-

ment des cavités plus ou moins profondes, qui sont traversées de chaque côté par des lames minces, ferrées, comme la *Mæandrite*. Sa couleur est d'un gris blanc, comme celle de toutes les autres espèces. On en trouve souvent sur les rochers pierreux. Je crois presque que c'est la même espèce, à laquelle *Boccone* donne le nom d'os ondé inconnu dans ses *Observations naturelles*.

Nº. 8. *Fucus marin, à lames sans dentelures, droites, très-minces, entrelacées.*

Il y a très-peu de différence entre cette espèce & celle dont nous avons donné la description aux Nº. 3 & 5. de la Planche CVIII. Elle est cependant un peu plus épaisse & plus nette.

Nº. 9. Celle-ci a déjà été représentée & décrite plus d'une fois dans la Planche précédente. Elle est adhérente à une petite branche de Corail; & nous ne l'exposons ici, que pour faire voir que ces productions s'attachent indistinctement à toutes sortes de corps.

PLANCHE CENT-DOUZIÈME.

Nº. 1. *Pierre coralline, en forme de boule, onlée, à plis épais, entortillés, lisses par-dessus; connue sous le nom d'Encephalode.*

Cette Pierre s'appelle *Encephalode*, parce qu'elle ressemble en quelque sorte par sa forme au cerveau des animaux, tel qu'il paroît après qu'on en a enlevé le crane. *Mercati* la nomme *Lapis lumbricatus & Lapis corallites*: *Bessler* lui donne le nom de *Massa coralloides*, ou de *Placenta coralloides*: *Gualtieri* l'appelle *Mæandrites*; & *Boccone*, dans ses *Observations naturelles*, la désigne sous le nom

Recte quidem undulatus dicitur, quia superficies ejus externa undarum volutiones haud inepte exprimit: at Astroita nomen malim servari aliis speciebus deinceps secuturis. Accedo sententiæ Clarissimi *Burmanni*, quum in annotatione sua ad cap. XXVII, libr. XII, Herbarii Amboinensis *Rumphii*, statuit, hunc ipsum lapidem habendum esse pro *saxo calcario* aut *capitato*, cujus ingentia strata in insulis Moluccanis inveniri, calcemque vivam inde urendo confici Autor testetur. Nec diffiteri tamen possum, descriptionem horum lapidum *Rumphianam* perobscuram esse.

Indubium est, id genus lapides reperiri stupendæ molis, nec certam semper servare formam. Plerumque nihilominus aut globosi sunt, aut ovati. Undarum juga elevata dorso tument planiore, lævi, inter hæc innumeræ cernuntur bracteolæ, oppositæ, in commune centrum coeuntes, quæ sua positione itidem undulati quid exhibent. Sepimenta isthæc membranacea introrsum quoque sese exporrigunt: quo fit, ut substantia horum lapidum spongiosa appareat. In vetustis tamen & grandioribus massis foveæ ac rimæ ut plurimum materie corallina suffercuntur. Color est dilute gryseus. Locus natalis in Mediterraneo æque ac Indicis maribus.

Num. 2 & 3. *Lapis corallites, irregularis, undulatus; plicis inter se convolutis, superne acuminatis.*

Priori quidem similis, differt tamen ratione undularum plicarum, quæ in dorso acutiora assurgunt. Intermediæ quoque lamellæ magis inter sese distant, ductuque obliquiore & profundius deorsum feruntur.

Num. 4. *Lapis corallites, irregularis, undulatus; plicis per diversa plana digestis.*

Credibile mihi videtur, fragmentum hoc esse laterale. Dixeri ideo nullatenus a priore discrepare, sicubi a latere sinistro adspexeris.

Num. 5. *Lapis corallites, globosus, undulatus; plicis crassis, tortuosis, superne velut canaliculatis.*

Lata plicarum juga hic aliquantum sulcata sunt. Nec forsân longe a veritate abfuerit, qui ponat, hanc speciem ab illa Num. 1. haud diversam esse, latasque & tumentes plicas tempore demum operi penitus ac consolidari.

Num. 6. *Lapis corallites, globosus, undulatus; plicis crassis, tortuosis, similiter, ac interstitia, lamellatis.*

In hac specie elevatæ rugæ dehiscunt, bracteolisque haud minus, quam reliqua pars, distinguuntur. Laterales quoque eminentium jugorum parietes perpendiculariter assurgunt.

Num. 7. Ab illo Num. 5. non differt, nisi plicarum jugis gracilioribus.

Num. 8. *Astroites irregularis; foveis stellatis amplis, nequaquam rotundis, sed angulosis.*

Quæ inter Astroitas & Maeandritas intercedit differentia, a multis perperam prætervisa, in eo sita est,

nom d'*Astroite ondée*. C'est avec raison qu'on lui donne cette dernière dénomination, puisque sa surface externe représente assez bien le mouvement des ondes: mais il vaut mieux réserver le nom d'*Astroite* pour les autres espèces dont nous parlerons ci-dessous. J'adopte le sentiment du très-célèbre M. *Burman*, qui, dans sa remarque sur le Chap. XXVII. du Liv. XII. de l'Herbier d'Amboine de *Rumphius*, prétend que cette même pierre doit être prise pour la *pierre de chaux*, ou pierre faite en manière de tête, dont cet Auteur dit qu'on trouve de grands lits dans les Iles Moluques, où on la brûle pour en faire de la chaux vive. Je ne saurois cependant me dispenser de reconnoître, qu'il y a bien de l'obscurité dans la description que *Rumphius* nous donne de ces pierres.

C'est une chose certaine, qu'on trouve de ces pierres d'une grosseur prodigieuse, & qu'elles n'ont pas toujours la même forme. Elles sont cependant d'ordinaire ou rondes, ou ovales. La surface supérieure est plate & lisse, mais les plis qui y serpentent, représentent des éminences en manière d'ondes, entre lesquelles paroissent quantité de jets, opposés les uns aux autres, aboutissant à un centre commun, & dont l'arrangement est tel, qu'on les prendroit aussi pour autant de petites ondes. Ces jets, ou cloisons membraneuses, se jettent en-dedans: d'où il arrive que la substance de ces pierres paroît spongieuse. Mais lorsqu'elles sont vieilles & qu'elles forment de grosses masses, les cavités se trouvent ordinairement remplies par une matière coralline. Elles sont toutes d'un gris clair. Il y en a & dans la Méditerranée, & dans les Mers des Indes.

Nº. 2 & 3. *Pierre coralline, irrégulière, ondée, à plis entortillés, & dont le dessus est hérissé de pointes.*

Celle-ci diffère de la précédente, en ce que ses bandes ondées sont plus saillantes & plus chargées de pointes. Les membranes ou lames intermédiaires sont aussi plus éloignées les unes des autres, elles serpentent davantage, & se jettent plus profondément en-embas.

Nº. 4. *Pierre coralline, irrégulière, ondée, dont les plis sont différemment rangés les uns au-dessus des autres.*

J'ai tout lieu de croire que cette pierre n'est qu'un fragment latéral. Aussi ne paroît-elle pas différer de la précédente, lors surtout qu'on la regarde du côté gauche.

Nº. 5. *Pierre coralline, globuleuse, ondée, à bandes épaisses, tortueuses, & comme canelées par-dessus.*

Les larges bandes de cette espèce sont un peu canelées. Il y a bien de l'apparence qu'elle ne diffère pas de celle du Nº. 1. & que ses plis, larges & gonflés, se consolident avec le tems tout-à-fait en se remplissant.

Nº. 6. *Pierre coralline, arrondie, ondée, à bandes épaisses, tortueuses, séparées les unes des autres par des lames membraneuses intermédiaires.*

Les bandes saillantes de celle-ci sont crévassées, & parsemées, comme tout le reste, de membranes filamenteuses. Le pourtour des bandes gonflées s'élève aussi perpendiculairement.

Nº. 7. Elle ne diffère de celle du Nº. 5. que par ses plis qui sont plus étroits.

Nº. 8. *Astroite irrégulier à pores étoilés, amples, non arrondis, mais anguleux.*

C'est à-tort que plusieurs Naturalistes n'ont fait aucune mention de la différence qui se trouve entre les Astroites & les Mæandrites. Cette différence consiste en ce que les Mæandrites ont des bandes

est, quod Maeandritæ undulata habeant & tortuosa juga; Astroitæ contra perpetuo poros monstrant stellatos, sive orbiculares, seu angulosos: utraque enim figura in eodem lapide quandoque occurrit; ita tamen, ut stella undique circumscripta sit. Utrumque genus spongiosum est, poris per universam substantiam diffusis. Interim nonnulli verorum Astroitæ, quos hoc loco exhibemus, tenui modo cortice constant, qui rupi aliisve lapidibus diversæ naturæ superinductus est atque adhæret: prout sub Num. 9. manifeste videre licet. Plerique Autores nomen *Astroita*, *Fungi lapidei porosi*, aut *Spongia Corallita*, illis imponunt.

Rarior est, quam hoc articulo proponimus, species. Lamellæ, quæ stellam conficiunt, in medio profunde descendunt. Stella quælibet distincta est atque ab aliis interventu porosorum sepimentorum separata. Color dilute gryseus est, nonnunquam in luteum vergens. In maribus Indicis aliisque inveniuntur.

Num. 9. *Astroites globosus, ima & laterali parte conspiciendus, stellulis minutis, radiatis, in medio devexis.*

Huc etiam refer Num. 12. 14. 17 & 18. Omnia hæc exempla ad unam eandemque speciem pertinent, nec nisi magnitudine pororum aut stellarum differunt. Stellulæ quidem singulæ seorsim consistunt; nec tamen, ut in aliis speciebus, sua quælibet fimbria circumscriptæ sunt. Astroitæ Num. 9. tenui modo crusta constat, lapidi calcario superinducta.

Num. 10. 11. 16. 20 & 21. *Astroita globosi; poris irregularibus, angulosis.*

Ad speciem, quæ sub Num. 8. descripta est, referri debent; longe tamen subtilioribus & magis adensatis bracteolis constant.

Num. 13 & 22. *Astroita globosi; poris in medio depressis, in ambitu tantillum extuberantibus.*

Quum lamellæ stellarum in peripheria paulo elevatiores sint, superficies hujus speciei rudior ac asperior ad tactum apparet, hacque nota facile est eam a ceteris dignoscere.

Num. 15 & 19. *Astroites oblongus; fimbria singulorum pororum itidem lamellata.*

Orbiculares stellulæ hic in ambitu suo minimis circumscriptæ sunt bracteolis, erectis, quæ undique per omnia stellarum interstitia sese diffundunt.

Num. 23. 24. 25. 26 & 27. *Fungi marini, oblongi; parietibus crassis, erectis, compressis, oblongam veluti ac lateraliter compressam scutellam imitantes.*

Ut conformatione differant, omnes tamen ad illam speciem, quæ Tab. CXI. Num. 7. descripta est, pertinent. Scutellæ formam æmulantur: ambiens enim extansque ora passim ad latera intropressa est. Intus bracteolæ comparent subtiles, acuminatæ, quæ inde ab extante ora, & qua hæc intropressa est, profunde deorsum versus medium tendunt. Color, qualis omnium istarum specierum, dilute gryseus, veluti lapideus est, locusque natalis idem in maribus Indicis aliisque.

Num. 28.

ondées & tortueuses; au-lieu que les Astroïtes sont toujours garnis de pores étoilés, tantôt orbitaires, tantôt anguleux: car ces deux figures se rencontrent quelquefois dans la même pierre; de manière néanmoins que l'étoile est bornée de toutes parts. Ces deux espèces sont spongieuses, aiant des pores répandus dans toute leur substance. Il y a cependant quelques-uns de ces véritables Astroïtes que nous représentons ici, qui ne sont composés que d'une simple écorce ou écaille, laquelle est recouverte de roche ou d'autres pierres, auxquelles elle est adhérente, comme on peut le voir clairement au N^o. 9. Ces pierres sont connues de la plupart des Auteurs sous les noms d'*Astroïtes*, de *Champignons pierreux*, poreux, d'*Eponges corallines*, &c.

L'espèce, que nous exposons ici, est très-rare. Les lames membraneuses, dont l'étoile est composée, pénètrent dans leur centre profondément. Chaque étoile est isolée, & séparée des autres par des cloisons poreuses intermédiaires. La couleur est d'un gris clair, tirant quelquefois sur le jaune. Toutes ces pierres se trouvent dans les mers des Indes & autres.

N^o. 9. *Astroïte globuleux, vu par-dessous & de côté, à petites étoiles radiées, qui vont en pente dans le milieu.*

Rapportez encore ici les N^o. 12. 14. 17 & 18. Tous ces Astroïtes appartiennent à une seule & même espèce, & ne diffèrent que par la grandeur des pores ou des étoiles. Chaque étoile est à la vérité isolée; mais leur pourtour n'est point frangé comme celui des autres espèces. L'Astroïte du N^o. 9. n'est formé que d'une croute ou écorce mince, qui couvre une pierre à chaux à laquelle elle est attachée.

N^o. 10. 11. 16. 20 & 21. *Astroïtes globuleux, à pores irréguliers, anguleux.*

On doit les rapporter à l'espèce, dont on a donné la description au N^o. 8. mais leurs jets sont plus déliés & plus ferrés.

N^o. 13 & 22. *Astroïtes globuleux, à pores enfoncés dans le milieu, & un peu saillans dans leur pourtour.*

Comme les petites feuilles ou lames des étoiles ont le pourtour un peu plus élevé, la surface de cette espèce paroît plus rude & plus âpre au toucher, & c'est par-là qu'il est facile de la distinguer des autres.

N^o. 15 & 19. *Astroïte oblong, à pores dont les franges sont aussi garnies de petites lames.*

Les étoiles orbitaires sont ici bordées de petits jets saillans, qui se répandent de chaque côté dans tous les interstices des étoiles.

N^o. 23. 24. 25. 26 & 27. *Champignons marins, oblongs, à bords épais, saillans, recourbés, faits en manière d'écuelle ou jatte oblongue, comprimée sur les côtés.*

Quelque différence que l'on remarque dans le port de ces Champignons, ils appartiennent cependant tous à l'espèce, dont on a donné la description au N^o. 7. de la Planche CXI. Ils ont la forme d'une écuelle: car ils ont tout-autour les bords relevés, qui se recourbent çà & là sur les côtés. On voit en dedans de petits jets pointus, qui partant du bord saillant, à l'endroit où il est recourbé, vont s'enfoncer profondément en embas vers le milieu. La couleur est, comme la pierre, d'un gris cendré, & telle qu'on la remarque dans toutes ces espèces. C'est encore dans les mers des Indes & autres qu'on les trouve.

N^o. 28.

Num. 28. 29 & 30. *Fungi marini globosi & oblongi; lamellis tenuibus, erectis, non denticulatis.*

Vix discrepant a Num. 1 & 2 superioris tabulæ. Disci hinc potest, figuram istorum corporum incertam esse. Erectæ bracteolæ tenues sunt, non dentatæ, dense compositæ, & cultri velut aciem habent.

Num. 31 & 32. Hic Talpam marinam, quam priore tabula sub Num. 6. descripsimus, utroque latere conspiciendam damus.

TABULA CENTESIMA ET TERTIA DECIMA.

Coralium grande, cornu cervini forma; ramis latis, planis; poris innumeris, tubulatis, intus stellatis.

Rariori huic Corallo, quod dedimus, nomen competere videtur ob externam conformationem, qua cornua cervina juniora, ramosa, complanata, spongiosa, refert. Utrique in latos tenuesque ramos sese expandit. Superficies undiquaque tubulis extantibus, minutis, aspera est, qui ope microscopii intus examinati, cavitatem monstrant stellula obsessam. Inde spongiosum est, leve, simul tamen asperum ac rude ad tactum. Ad basin, qua fragmento rupis adfixum est, nonnulli istorum tubulorum quoque comparent. Unde forsân modum, quo nascitur & crescit, utcunque eruere licet. Color est ex subluteo gryseus. Locus natalis verosimiliter in maribus Indiæ Orientalis. Plerique Auctores, Boerhaavius, Gualtieri & alii ad *Madreporas* referunt.

TABULA CENTESIMA ET QUARTA DECIMA.

Num. 1. *Coralium, cornu cervini forma; ramis teretibus, acutis; poris plurimis, tubulatis, intus stellatis.*

A priore diversum hoc Coralium illa æmulator cervorum cornua, quæ multos teretesque ramos habent. Caudex medius, teres, utrinque & nonnunquam per omnem suum ambitum, in ramos teretes, æquales, sese dividit, hique iterum in alios, omnes tamen in cuspidem desinentes. Universa superficies quoque obsessa est tubulis exiguis, erectis, intus stellatis. Color est obscure luteus, ad rufum vergens; plerumque tamen ex gryseo albicans. In maribus Indiæ Orientalis & Occidentalis crescunt & *Madrepores* tubulatis, stellatis, quoque annumerari debent.

Imæ fedi elegantissimi hujus Corallii alia sese affixit species plane diversa, quæ *Muscus lapidosus Imperato* audit. Crescit is forma prorsus irregulari: plerumque tamen foliis gaudet latis, ventilabriforibus, similitudine quorundam Agaricorum. Primo hæc intuitu solida & lævia apparent; at curatius examinata, intus aliquantum porosa sunt, externa autem superficie innumeris foraminulis, parvis, rotundis, distincta: quo fit, ut a nonnullis Auctoribus inter *Milleporas* referantur. Color est, qualis saxorum, gryseus, undiquaque minutis punctis, fuscis, quæ adnatæ spongiosæ materiæ debentur, varius. *Muscus* hic corallinus sæpe & saturate luteus invenitur.

Num. 2. *Paxilli corallini, cuspidati vel aciculati, intus stellati.*

Modi, quibus Natura res creatas produxit, numero ac varietate infiniti sunt. Quod hoc loco exhibemus, corpus corallinum ex quatuor constat paxillis, teretibus, recta assurgentibus, qui in cuspidem singuli capillares desinunt. Ob eorundem eximiam longitudinem, quæ tabulæ magnitudinem excedebat, perfractos depingere oportuit. Inde, quæ a latere sunt, quatuor fragmenta concipi debent tanquam im-

Nº. 28. 29 & 30. *Champignons marins globuleux & oblongs, à lames déliées, saillantes, non dentelées.*

Ils diffèrent peu de ceux des Nº. 1 & 2. de la Planche précédente. Ceci nous apprend que ces corps ne sont pas toujours faits de la même manière. Les jets saillans sont déliés, non dentelés, ferrés les uns contre les autres, & tranchans comme la lame d'un couteau.

Nº. 31 & 32. Nous faisons voir ici, des deux côtés, la Taupé marine, dont on a donné la description au Nº. 6 de la Planche précédente.

PLANCHE CENT-TREIZIÈME.

Nº. 1. *Grand Corail, fait en manière de bois de Cerf, à rameaux larges & plats, parsemé d'une infinité de pores, tubuleux, étoilés en-dedans.*

Le nom que nous donnons à ce rare Corail, paroît lui convenir, à cause de la ressemblance qu'il a extérieurement avec un bois de Cerf encore jeune, rameux, applati, spongieux. Il se partage de part & d'autre en rameaux larges & minces. Sa superficie est toute hérissée de petits tuyaux saillans, drus. Lorsqu'on examine ces tubules à l'aide du microscope, on y découvre une étoile qui en tapisse la cavité. Delà vient que ce Corail est spongieux, léger, & cependant âpre & rude au toucher. A l'endroit de la base, où il embrasse un fragment de roche, on aperçoit aussi quelques-uns de ces petits tuyaux: ce qui pourroit peut-être servir à faire connoître la manière dont il se forme. Sa couleur est d'un gris jaunâtre. Il y a bien de l'apparence qu'il croît dans les mers des Indes Orientales. La plupart des Auteurs, *Boerhaave*, *Gualtieri*, & autres, le rangent dans la classe des *Madrepores*.

PLANCHE CENT-QUATORZIÈME.

Nº. 1. *Corail, fait en bois de Cerf; à rameaux arrondis, pointus; garni de quantité de pores tubuleux, étoilés en-dedans.*

Ce Corail diffère du précédent, en ce qu'il ressemble à ces bois

de Cerf, dont les branches sont en grand nombre & arrondies. La tige du milieu, arrondie, se divise de chaque côté, & même quelquefois dans toute sa circonférence, en branches arrondies, égales, lesquelles se partagent en rameaux, qui se terminent tous en pointe aussi bien que les branches. Toute la superficie est aussi hérissée de petits tubules, saillans, radiés en-dedans. La couleur de ce Corail est d'un jaune foncé, tirant sur le roux, quoique le plus souvent elle soit d'un gris blanchâtre. Il croît dans les mers des Indes Orientales & Occidentales. On doit aussi le mettre au nombre des *Madrepores* tubuleux, étoilés.

Au pied de ce magnifique Corail se voit encore une autre espèce toute différente, qui s'y est attachée, & à laquelle *Imperato* a donné le nom de *Muscus lapidosus*, ou Mousse pierreuse. Celui-ci n'est point uniforme dans sa manière de croître; mais il se trouve ordinairement garni de feuilles larges, faites en éventail, & qui ressemblent assez à certains Agarics. A la première vue elles paroissent lisses & solides; mais lorsqu'on vient à les examiner de plus près, on s'aperçoit qu'elles sont un peu poreuses en-dedans, & que leur surface externe est percée d'une infinité de petits trous ronds; ce qui a porté quelques Auteurs à mettre ce Corail dans la classe des *Millepores*. Il est d'un gris de pierre, & madré par-tout de petites taches brunes, lesquelles doivent leur origine à une matière spongieuse qui s'y est attachée. On trouve aussi souvent de cette Mousse coralline d'un jaune foncé.

Nº. 2. *Coraux, fait en manière de poinçons ou d'aiguilles, & étoilés en-dedans.*

Il y a dans les productions de la Nature une variété infinie. Le corps corallin que nous exposons ici, est composé de quatre jets, faits en poinçons, arrondis, s'élevans droit en-haut, & finissans en pointes capillaires. Il a fallu les représenter rompus, à cause de leur longueur excessive, qui surpassoit la grandeur de la Planche. Les quatre autres jets que l'on voit tout à côté, ne doivent être regardés que comme les parties supérieures de ceux qui sont encore enclavés dans le roc. Sa surface extérieure paroît comme

posita illis, quæ in rupe etiamnum defixa cernuntur. Externa superficies tenuissimis veluti costulis distincta est, & undiquaque minimis lineolis ac maculis, marmoris in modum, albido super fundo variegata. Intus ad fracturæ superficiem porus cernitur stellatus, qui per universam paxilli longitudinem decurrit. Dubito, num *Rumphio*, Herbarii Amboinensis parte VI. pag. 226. dicatur *Palmijuncus marinus*, albus; *Kalbabaar puti lacki lacki*.

Num. 3. *Frutex marinus, corneus; ramis erectis, planiusculis, qui utrinque spinas emittunt.*

Prioribus tabulis plures ejus generis frutices jam depicti descriptique a nobis sunt. Rami recta assurgentes, utroque latere, plurimis spinis, sine ordine erumpentibus, armati sunt. Color est obscure fuscus. In maribus Indicis reperiuntur.

TABULA CENTESIMA QUINTA ET DECIMA.

Num. 1. 2. 3. 4. 5. 6 & 7. *Coralium rubrum, quod a sanguine nomen habet, ramis solidis, teretibus, sinuosis, obtusis.*

Inter omnia Coraliorum diversa genera speciesque, hoc quidem & notissimum est & præstantissimum. Forma quarumvis id genus arbuscularum non una atque eadem est ob causas accidentarias, quæ plerumque clementum aliter atque aliter determinant. Inde est, quod alias in planitiem expansæ ventilabri formam affectent; alias in omnem ambitum suos ramos dispergant. Majores rami ut plurimum teretes sunt, inque ramulos laterales denuo, sinuose ac æquabiliter, sese partiuntur. Extrema ramorum constanter fere, furcæ in modum, in duos abeunt apices, breves, obtusos, inæqualis longitudinis. Quum hæ arbusculæ arte nondum repurgatæ ac expolitæ sunt; prouti in museis Curiosorum plerumque occurrunt; rami earum, & maxime caudex, manifestis sulcis, qui regulariter ab ima sede sursum tendentes sinuosum eorumdem ductum sequuntur, interstincti apparent. Quin & sæpiuscule tum complures cernuntur pori, coloris ex cinereo albidi, quos in exemplo Num. 1. conspiciere licet. Basis, aut ita dicta radix, pro more aliorum Coraliorum, plano latoque pede sese affigit rupi aut cuivis alteri corpori, unde ramis deorsum porrectis ad prominentia sub aquis saxa, horumque in cavitatibus, crescit. Color est sanguineus, ex quo nomen Coralii sanguinei accepit: quandoque tamen & pallide rubet, imo in luteum vergit. Tanto fere præstantius habetur, quo ramis est crassioribus, grandioribus, solidioribus, tum quo saturiore ac nitidior tinctum rubore, eoque, quod rarum est, prorsus immaculato. Istis notis præditum ingenti sæpe pretio in publicis auctionibus divenditur. En indicem pretiorum, quibus nonnulla id genus Coralia musei B. *Seba*, quum hoc publice venum distraheretur, pro Aula, ut perhibebatur, Hasso Casellana comparata, constiterunt!

Coralii arbuscula	XIV unciarum	-	-	-	-	florenis 105:
-	XVII	-	-	-	-	120:
-	XI & dimid.	-	-	-	-	76:
-	VI & dimid.	-	-	-	-	52:
-	V & dimid.	-	-	-	-	60:
-	III & dimid.	-	-	-	-	42:
-	II	-	-	-	-	30:
-	III	-	-	-	-	36:

----- IV

un tissu formé de côtes très-déliées, & elle est, comme le marbre, toute parsemée de raies & de taches très-petites sur un fond blanc. A l'endroit où la surface a été rompue, on voit une cavité étoilée, qui parcourt toute la longueur du jet. Je ne sai si ce n'est pas ce que *Rumphius* appelle, dans son Herbar d'Amboine, part. VI. pag. 226. *Palmijuncus marinus, albus, Kalbabaar puti lacki lacki*.

Nº. 3. *Arbrisseau marin, qui tient de la nature de la corne; à rameaux droits, aplatis, d'où partent de chaque côté des jets pointus.*

Nous avons déjà décrit & représenté, dans les Planches précédentes, plusieurs arbrisseaux de cette espèce. Leurs rameaux montent droit, & sont armés de chaque côté de quantité de jets, pointus comme des épines, & disposés assez irrégulièrement. Leur couleur est d'un brun foncé. On les trouve dans les mers des Indes.

PLANCHE CENT-QUINZIÈME.

Nº. 1. 2. 3. 4. 5. 6 & 7. *Corail sanguin, ainsi nommé à cause de sa couleur de sang; à rameaux solides, arrondis, tortueux, obtus.*

De toutes les diverses sortes de Coraux, celui-ci est sans contredit & le plus connu, & le plus estimé. On doit attribuer la diversité qu'on remarque dans le port & dans la forme de ceux de cette espèce, à des accidens qui les font croître fort différemment. De là vient que les uns prennent une forme plate en manière d'éventail; tandis que d'autres jettent leurs branches de tous côtés. Les plus grosses branches sont ordinairement arondies, & se divisent ensuite en rameaux latéraux, tortus & de même figure. Leurs extrémités se terminent presque toujours, comme une fourche, en deux

fourchons, courts, obtus, & plus ou moins longs. Lorsque ces arbrisseaux sont bien netoyés & bien polis, tels qu'ils se trouvent d'ordinaire dans les cabinets des Curieux, on remarque très-distinctement sur leurs branches, & particulièrement sur la tige, des canelures, qui serpentent régulièrement de bas en haut, en suivant le cours tortueux des branches. On y aperçoit même souvent quantité de pores, d'un blanc cendré, comme on en voit sur l'arbrisseau représenté au Nº. 1. La base, que l'on nomme aussi la racine, embrasse, comme les autres Coraux, à l'aide d'un pied large & plat, ou une pierre de roche, ou quelque autre corps; d'où il arrive que les branches végètent en-embras suspenduës par leur base aux avances des rochers qui se trouvent sous les eaux, ou au fond même des antres & des cavernes de la mer. Il est de couleur sanguine, ce qui lui a fait donner le nom de Corail sanguin: il est cependant quelquefois d'un rouge pâle, il tire même sur le jaune. On en fait d'autant plus de cas, que ses branches sont plus grosses, plus grandes, plus solides; qu'il est d'un rouge plus foncé, plus net; qu'il est enfin sans tache, ce qui arrive rarement. Celui qui a ces qualités se vend fort cher dans les ventes publiques. Nous allons joindre ici les prix auxquels ont monté quelques-uns de ces Coraux du Cabinet de M. *Seba*, lorsqu'il s'est vendu publiquement, & qui ont été achetés, à ce qu'on prétend, pour la Cour de Hesse Cassel.

Les Coraux de XIV onces	-	-	-	-	-	florins 105:
-	XVII	-	-	-	-	120:
-	XI & demie	-	-	-	-	76:
-	VI & demie	-	-	-	-	52:
-	V & demie	-	-	-	-	60:
-	III & demie	-	-	-	-	42:
-	II	-	-	-	-	30:
-	III	-	-	-	-	36:

----- IV

- - - - -	IV & dimid.	- - - - -	35:
- - - - -	VI & dimid.	- - - - -	80:
- - - - -	V	- - - - -	65:
- - - - -	VI & dimid.	- - - - -	92:
- - - - -	VI & dimid.	- - - - -	75:
- - - - -	III	- - - - -	50:

Innotescit hinc facile, pretia multum differre, ponderibus licet æqualibus, pro vario coloris gradu, aut ramorum majore minoreve crassitie. D. Tavenier in *Itinerario suo per Indias Orientales* testatur, Corallium istud rubrum apud Japonia incolas tanto in pretio haberi, ut etiam gemmis præferatur, & gleba ejus, quæ ovi magnitudine est, vel viginti mille imperialibus inter ipsos æstimetur. Præter melioris notæ ramos qui maxime ad varia opera, aut a Curiosis ad museorum ornamenta, deliguntur, minores ramuli & fragmenta quoque ad usus medicatos, tanquam remedium absorbens, adhibentur. Præmissa calcinatione ac lævigatione in minutissimum pulverem multæ in eo particulæ ferreæ, ope magnetis, inveniuntur. Mense Aprili ad Julium usque Corallium istud in mari Mediterraneo, ad litora quædam Sardinia, Corsica, Africa, Sicilia, Catalonia & Majorca, captatur, non sine periculo, subter aquis, ad variam profunditatem, interventu propriorum instrumentorum, de rupibus abruptum protractumque.

Comes *Marfigli* inter præcipuos est, qui de Corallo rubro egerunt: uti ex ejusdem *Historia Physica Maris* patet. De iis, quæ circa florem Coralii hujus a se animadversa memorat, variæ sunt variorum opiniones. Doctissimi tum Parisiensis, tum aliarum Academiarum Socii magna cum probabilitate asserunt, quos Ille flores esse existimavit non esse, nisi *Polypos*, quorum ante mentionem fecimus. Ceterum quicumque fere Historiæ naturalis Scriptores, Plinius, Theophrastus, Cæsalpinus, Boccone, Tournefort, Boerhaave, Tavenier, &c. de hoc Corallo agunt.

Num. 1. Ramum exhibet, quo vix elegantior unquam visus est. Is saturo sanguinis rubore tinctus, passim nonnullos monstrat poros ex gryseo albicantes. A latere sinistro monstrat quædam ex-crescentia datur.

Num. 2. Priore vix inferior est. Caudices etiam longe crassiores sunt, sed color paulo pallidior.

Num. 3. Ne minimum quidem vitium habet. Ramis modo gracilioribus est.

Num. 4. 5. 6. Adjecimus, ut de magnitudinis diversitate constaret.

Num. 7. Fruticulus est nodosissimus, poris quidem magnis, at superficiariis modo, distinctus, more priorum, fragmento rupis spongiosæ, gryseæ, unde progerminavit, etiamnum insidens.

TABULA CENTESIMA ET SEXTA DECIMA.

Num. 1 & 2. *Corallium lapidosum, album; ramis nullo ordine inter sese implicatis, porosiss; poris amplis, intus stellatis; Corallium album vulgo dictum.*

Medicis, pro suo loquendi more, tres usitatæ sunt Coraliorum species; rubrum puta, quod modo sub nomine Coralii sanguinei descripsimus; album deinde, quod hoc loco exhibetur; nigrum denique Tab. CIV. Num. 2. descriptum. Postremum tamen veri Coralii nomen haud meretur; quum potius frutex modo sit marinus, durus, corneus, qui plerumque nomine *Ceratophyti* venit, raroque in usu est.

Corallium nostrum ramis gaudet teretibus, lævibus, sinuose ac confuse inter se mutuo contortis, qui un-

- - - - -	IV & demie	- - - - -	35:
- - - - -	VI & demie	- - - - -	80:
- - - - -	V	- - - - -	65:
- - - - -	VI & demie	- - - - -	92:
- - - - -	VI & demie	- - - - -	75:
- - - - -	III	- - - - -	50:

On voit par cette liste, que les prix diffèrent beaucoup, quoique les poids soient égaux; ce qui vient ou de la variété de la couleur, qui est plus ou moins belle, ou de la différence des branches, suivant qu'elles sont plus ou moins grosses. *Tavernier* assure, dans son *Voyage des Indes Orientales*, que ce Corail rouge est si estimé des Japonois, qu'ils le préfèrent aux pierres précieuses; de sorte qu'un morceau de cet arbutte, de la grosseur d'un œuf, vaut chez eux jusqu'à vingt-mille écus. Outre que l'on recherche les plus belles branches pour divers ouvrages, ou pour orner les cabinets des Curieux, on se sert aussi, dans la Médecine, des moindres rameaux & des fragmens, comme d'un absorbant. Lorsqu'on l'a calciné & bien netoyé, on le réduit en une poudre très-fine, de laquelle on tire, à l'aide de l'aiman, plusieurs particules de fer. C'est au mois d'Avril jusqu'en Juillet qu'on pêche ce Corail dans la Méditerranée, sur certaines côtes de Sardaigne, de Corse, d'Afrique, de Sicile, de Catalogne & de Majorque. Cette pêche du Corail ne se fait pas sans danger: à l'aide de certains instrumens, destinés à cet usage, on l'arrache & on l'enlève des rochers qui sont sous l'eau à diverses profondeurs.

Le Comte de *Marfili* est un des principaux qui ont traité du Corail rouge, comme cela paroît par son *Histoire physique de la Mer*. Les sentimens sont fort partagés sur les observations qu'il dit avoir faites touchant les fleurs de ce Corail. De très-habiles Membres de l'Académie Royale des Sciences de Paris, & d'autres Académies, prétendent avec beaucoup de vraisemblance, que ce qu'il a pris pour des fleurs, n'est autre chose que des *Polyper*, espèce de petits animaux dont nous avons déjà fait mention ci-dessus. Du reste,

tous ceux qui ont écrit sur l'Histoire naturelle, comme *PLINE*, *Theophraste*, *Cæsalpin*, *Boccone*, *Tournefort*, *Boerhaave*, *Tavernier*, &c. n'ont pas oublié de traiter de ce Corail.

Nº. 1. représente une des plus belles branches que l'on puisse jamais voir. Elle est d'un rouge de sang foncé, & parsemé çà & là de quelques pores d'un gris blanchâtre. On voit au côté gauche une excroissance monstrueuse.

Nº. 2. Ce Corail ne le cède guère au précédent. Ses tiges sont beaucoup plus grosses, mais sa couleur est plus pâle.

Nº. 3. Celui-ci n'a pas le moindre défaut. Ses branches sont seulement un peu trop déliées.

Nº. 4. 5. 6. Nous ne joignons ceux-ci aux autres que pour faire voir la diversité de leur grandeur.

Nº. 7. est un arbrisseau fort nouveau, à grands pores, mais peu profonds. Il repose, de même que les autres, sur un fragment de roche spongieuse, grise, où il a végété.

PLANCHE CENT-SEIXIÈME.

Nº. 1 & 2. *Corail pierreux, blanc; à rameaux entrelacés sans nulle symétrie; criblé de grands pores, étoilés en-dedans; connu communément sous le nom de Corail blanc.*

Suivant la manière de parler des Médecins, il y a trois espèces de Coraux qui sont en usage; savoir, le rouge, dont nous avons donné ci-dessus la description sous le nom de Corail sanguin; ensuite le blanc, que nous représentons ici; enfin le noir, qui a été décrit à la Planche CIV. Nº. 2. Ce dernier ne mérite cependant pas le nom de vrai Corail, puisque ce n'est plutôt qu'un arbrisseau marin dur, de la nature de la corne, que l'on appelle ordinairement *Ceratophyte*, & qui est rarement en usage.

Le Corail, dont il est ici question, a les rameaux arondis, lisses,

undiquaque poris pertusi sunt amplis, multum inter se distitis, ultra superficiem ramorum utcunque prominulis, intus stellatis & in caveam dilatatis. Rami maximi & crassissimi, raro exemplo, intus passim excavati sunt, nec stellati, sed interna superficie læves, ad similitudinem tubulorum. Color est albus nitidus. In sinibus variorum marium, ut Mediterranei aliorumque, invenitur. *Gualtierio* audit *Acropora alba foraminulis stellatis amplioribus: Corallium album, oculatum, officinarum*. Dubito, num, quod *Labat* in *Itinerario suo per insulas Gallicas Americae*, tom. 2. pag. 88. memorat, id ipsum, de quo hic agimus, Corallium sit. Notatu certe dignissimum est, quod Autor iste de modo crescendi hujus corporis ibidem narrat.

Num. 3. *Corallium album, lapidosum; ramis nullo ordine inter sese implicatis, ad extremitates stellatis.*

Hæc ejusdem generis altera species est, quæ haud raro, & vel frequentius etiam, quam prior, in officinis pharmacopœorum pro Corallo albo venalis prostat. Eo tantum differt, quod superficie non sit foraminulenta, extremisque ramis velut in stellas efflorescat.

Num. 4. Fungus modo est marinus, formæ ordinatioris, lamellis tenuibus, erectis, non dentatis, qualem Tab. CIX. Num. 1. descriptum dedimus.

Num. 5. *Corallium tenerum, ramosum, plumatile; poris intus stellatis.*

Mira venustate frutex iste corallinus præcellit. Tenelli ejus rami innumeris constant tubulis aut caliculis, exiguis, calicis in modum ex ora repanda in angustum fundum coeuntibus, intus stellatis; ut ideo quivis ramulus veluti plumosus appareat. Materies fragilis est; color gryseus.

Num. 6. Eadem est Coralii species, quam cochleæ marinæ adnatam Tab. CVIII. Num. 8. exhibuimus.

Num. 7. *Gleba Corallina, alba, calcaria, ut plurimum irregulariter globosa, aut ovata.*

Vix aliud nomen, quam pisorum Corallinorum, his glebis commode dederis; nisi singulare pro ipsis genus velis constituere. Topho haud absimiles sunt, nec nisi ad classem Tophorum pertinere mihi videntur. Materies earum calcaria est, alias rudior, alias subtilior; externa facies tuberosa, ramosa; interior compages solida, coacta, nec tamen lapideæ duritiei. Vidi minores, quæ tragematibus plane similes erant. Sæpe etiam nautæ hujusmodi glebularum ex creta conficiunt, imperitisque fraudulente pro plantis marinis divendunt. Locus natalis in mari mediterraneo.

Num. 8. *Alcyonium ramosum, ungulae forma; ramis obtusis, nodosis.*

Quum aptius aliud nomen huic corpori marino imponendum haud succurreret, visum est id ad Alcyonia referre: quo quidem titulo Veteres id genus rerum donasse videntur. Extrinsecus compactum est & satis læve, si exceperis minores quasdam protuberantias. Tenuis cuticula textum molle, spongiosum, irregulare, contegit. Substantia mollis est ac minime ponderosa. Ceterum, quod *Mercati* in *Metallototeca Vaticana* p. 106. depictum descriptumque exhibet, huic nostro prorsus simile dixero, nisi quod porosum sit, minusque addensatum. Color est flavescens. Locus natalis ignotus.

FINIS TOMI TERTII.

ses, tortueux, entrelacés confusément les uns dans les autres. Ces rameaux sont par-tout criblés de grands trous ou pores, fort distans les uns des autres, débordans en quelque sorte la superficie, étoilés & canelés en-dedans. Les branches les plus grosses & les plus épaisses sont çà & là percées & creusées en-dedans, non radiées, mais leur surface interne est lisse comme celle des tubules. La couleur est d'un blanc bien net. On le trouve dans les golfes de diverses mers, comme de la Méditerranée & d'autres encore. *Gualtieri* l'appelle *Acropora alba, foraminulis stellatis amplioribus: Corallium album, oculatum, officinarum*. Je ne sais si ce que *Labat* rapporte dans son *Voyage aux Iles Françaises de l'Amérique*, tom. 2. pag. 88. n'est pas ce même Corail dont il s'agit ici. Rien ne mérite plus d'être remarqué, que ce que dit cet Auteur, au même endroit, touchant la manière de végéter de cette production.

Nº. 3. *Corail blanc, pierreux; à rameaux entortillés pêle-mêle les uns dans les autres, étoilés aux extrémités.*

Cette seconde espèce du même genre, se vend souvent, & même plus fréquemment que la précédente, dans les boutiques, sous le nom de Corail blanc. Elle n'en diffère qu'en ce que sa surface n'est pas criblée de trous, & que ses branches se terminent par des fleurs radiées.

Nº. 4. Ce n'est qu'un Champignon marin, de la forme la plus régulière, à lames minces, droites, non dentelées, & tel que nous l'avons décrit au Nº. 1. de la Planche CIX.

Nº. 5. *Corail tendre, branchu, plumeté; à pores étoilés en-dedans.*

Ce Corail est d'une beauté tout-à-fait rare & merveilleuse. Ses tendres rameaux sont formés d'un nombre prodigieux de tubules, étoilés en-dedans éfilés en-bas, dont le bord recourbé est évafé en

manière de calice; de sorte que chaque petit rameau paroît comme plumeté. Il est fort cassant, & de couleur grise.

Nº. 6. C'est la même espèce de Corail, qui est représentée adhérente à une Coquille de mer au Nº. 8. de la Planche CVIII.

Nº. 7. *Concrétion coralline, blanche, de la nature de la chaux, d'ordinaire irrégulièrement ronde ou ovale.*

Il n'y a guère de nom qui convienne mieux à ces concrétions, que celui de balles ou de boules corallines; à moins qu'on ne veuille établir en leur faveur quelque nouveau genre particulier. Elles ressemblent beaucoup à certaines espèces de Tuf, & il me semble qu'on pourroit les ranger dans la même classe. La matière dont elles sont composées est tantôt fort fine, tantôt fort rude & grossière. La surface est tuberculeuse, rameuse; mais le dedans est d'un tissu ferme, ferré, sans avoir cependant la dureté de la pierre. J'en ai vu de petites, qui ressembloient parfaitement à ces compositions de sucre que les Hollandois appellent *bruidsuikers*. Les Matelots en font aussi souvent avec de la craie, & les vendent frauduleusement pour des plantes marines à ceux qui ne les connoissent pas.

Nº. 8. *Alcyonium rameux, fait en manière de grise; à branches émoussées, nouvelles.*

Comme on ne pouvoit guère trouver de nom qui convînt mieux à ce corps marin, nous avons cru devoir le rapporter aux Alcyonium; dénomination dont les Anciens semblent s'être servi pour désigner ces sortes de productions. Il est extérieurement compacte & assez lisse, on lui remarque seulement quelques petits tubercules. Une pellicule mince couvre & enveloppe un tissu mou, spongieux, irrégulier. Sa substance est molasse & légère. Celui dont *Mercati* a donné la figure & la description dans sa *Metallototeca Vaticana*, pag. 106. ressemble parfaitement au nôtre; à cela près néanmoins, qu'il n'a point de pores, & qu'il est ferme & compacte. Sa couleur tire sur le jaune. On ne fait où il croît.

